gis deferentis que oppoſita erat prius fuerat aux.ſ.quando ſunt indirecto augis equantis.ſed poſt efficitur oppoſitum augis.ſ.quando eſt in oppoſito augis equantis. Similiter iſta duo ſunt in eadem dyametro.⁊ tunc ambo eccentrici ſunt vnus eccentricus. Apparet etiam ex iam dictis ꝙ quãuis centrum epicicli percurrat ſuum deferentē bis in anno.tamen non eſt in auge niſi ſemel:quia dū cētrum epicicli eſt in vna medietate ſui equantis. centrum eccentrici deferentis currit in medietate ſui paruuli circuli ſuperpoſita alteri medietati equantis quod eſt ſupra cētrum. Et quando centrum epicicli eſt in auge tunc eſt in puncto deferentis quod maxime poteſt remoueri a terra ⁊ ſic poteſt eſſe in loco maxime remoto a terra.ſed illud non poteſt eſſe in puncto maxime accedente terre.quia quãdo eſt in oppoſito augis equãtis que prius fuit aux ſui deferētis.tunc ambo circuli ſunt vnus circulus.⁊ tunc eſt centrū epicicli in oppoſito augis equantis. Sed tamen ſunt duo loca in quibus maxime accedit centrum epicicli centro terre.⁊ in alijs locis non poteſt tantū accedere. Illa vero duo loca ſunt puncta prope oppoſitum augis equantis vel deferentis terminantia lineas contingentes paruulum circulum ſuper quem mouetur centrum deferentis. ⁊ tranſeuntes per centrum terre. Cum igitur cētrum epicicli eſt in auge ſtatim incipit ire verſus orientem. in ſuo deferente. Et ſimiliter centrum deferentis incipit ire verſus occidentem in ſuo paruulo circulo. Et quãdo centrū epicicli eſt in capite lune contingentis. quod caput eſt prope oppoſitum augis equãtis.tunc eſt centrum deferentis in puncto contactus parui circuli cum ipſa linea.⁊ tunc eſt aux deferentis in maxima remotione ab auge equantis.⁊ tunc eſt centrū epicicli in oppoſito augis deferentis. Quare tunc eſt in maiori a propinquatione ad terram:quia cum centrū deferentis deſcendit plus in ſuo circulo paruo. plus remouetur oppoſitum augis deferentis a centro terre.quod facile patebit aſpicienti in figura ſubiecta.⁊ intelligenti motum. Et quãdiu erit centrum epicicli in iſto arcu deferentis, qui eſt inter duo puncta ſibi oppoſita.vel capita contingētium linearum que capita ſunt propinqua oppoſito augis equantis ſemper eſt in oppoſito augis deferentis. Et ſequitur ex hoc ꝙ quantum currit epiciclus in vna parte.tãtum currit centrum deferentis in alia. ergo ſemper erunt in eadem linea tranſeunte p centrū terre ⁊ per centrū deferentis.⁊ nunquã tantum appropinquabit centrū epicicli cētro terre.quãtum appropinquabit capitibus linearum contingētium. Medius vero motus mercurij ⁊ veneris:⁊ medium centrum ⁊ verum.⁊ medium argumentum ⁊ verū ⁊ equatio centri in zodiaco ⁊ in epiciclo.⁊ aux vera ⁊ media.⁊ equatio argumenti. omnia iſta ſic deſcribuntur in mercurio ⁊ venere.ſicut in tribus ſuperioribus videlicet ſaturno. Ioue ⁊ marte. Equationes autem argumenti mercurij creſcunt vt in tribus ſuperioribus centro epicicli appropinquante terre. Equationes vero que ſcribūtur in tabula ſunt equationes ac ſi ſemper fuiſſet centrum epicicli interſecatione circuli equantis cum deferente. Cum enim centrum epicicli eſt in auge mouetur ſtatim verſus orientem.⁊ etiam interſecatio illa.ſ.deferentis ⁊ equantis que, eſt ante ipſum mouetur ad ipſum.ſ.ad centrū epicicli quare coniunguntur. Et equationes argumenti que ibi contingunt ſunt continue ſcripte in tabula. Similiter contingit in alia ſectione.centro epicicli exiſtente in alijs locis deferentis.⁊ ſumuntur equationes argumenti per minuta proportionalia.quare opꝫ ꝙ tria paria ſint minutorum proportionalium. Minuta enī proportionalia ad longitudinem longiorē.⁊ eſt exceſſus linee exeuntis a centro terre ad cētrū epicicli ipſo exiſtēte in auge deferētis ad lineaſ exeūtē ad interſecatiōes circulorꝫ exceſſus linee exeūtis a cētro terre ad interſectiōes ad lineas cōtingentes vbi eſt maxia appropinquatio epicicli centro terre. Et iterum ab eodem loco vſqꝫ ad oppoſitum augis equãtis cum ſit linea exiēs quare mutantur minuta proportionalia. Diuerſitas dyametri circuli breuis dupliciter eſt deſcribenda.ſicut in tribus ſuperioribus. Venus vero habet deferentem ⁊ equãtem diſpoſitos ſic ſicut tres ſuperiores.⁊ in eodem loco eleuantur in quo eccentricus ſolis. Et centrū epicicli ſui ita cito mouet̃ ſicut ſol.quare medius motus ſolis eſt medius motus ſuus eo ꝙ linee exeūtē a centro terre eq̄diſtant due linee.quarum vna exit a centro eccentrici ſolis per centrū ſolis.⁊ alia exiens a centro equãtis per centrū epicicli. Deferens ⁊ equãs imobiles ſunt niſi quãtum ad motum octaue ſpere.preter hoc ꝙ deferēs mouet̃ in latitudine ad meridiem ⁊ ad ſeptētrionē.ita vt cum aliquando deferens ⁊ equãs ſunt in eadem plana ſuperficie.ſ.ſub ecliptica in breui mouetur ab eadem linea verſus vtrumqꝫ polum declinet deferens. Et de hoc motu dicemus in latitudinibus. Oia alia de venere ſimilia ſunt in tribus ſuperioribus.



SEquitur de retrogradatione planetarum.ad quod ſciendum eſt ꝙ planeta dicitur eſſe directus quãdo motus eius iuuatur motu epicicli contra firmamentū celi. Retrogradus planeta dicitur quando eius motus non iuuatur motu epicicli. Statio prima dicitur punctus epicicli in quo incipit retrogradari planeta. Statio ſecūda planete dicitur punctus in quo incipit dirigi. Conditiones autem predicte ſunt tantum in quinqꝫ planetis.videlicet directio ⁊ retrogradatio.⁊ appellantur prima ⁊ ſecunda ſtatio. Luna vero non dicitur habere iſta accidentia quãuis habeat epiciclum.propter hoc quia ſemper citius mouetur epiciclus quã ipſa luna.ſ.in epiciclo. Dicitur tamē in ſuperiori parte epicicli tarda curſu ⁊ in īferiori velox curſu. Statio prima in ſecunda ſignificatione dicitur arcus epicicli cadens inter veram augem epicicli.⁊ punctum ſtationis ſecunde in prima ſignificatione arcus dico pertranſiens per primam ſtationem. Arcus vero retrogradationis eſt arcus epicicli cadens inter ſtationem primam ⁊ ſecundam.⁊ iſte arcus minoratur ſecundum ꝙ centrum epicicli accedit ad centrum terre.quare mutantur puncta ſtationum. Et ſi ſubtrahatur arcus prime ſtationis ab arcu ſecunde ſtationis.remanet arcus retrogradationis. Et ſi ſubtrahatur prima ſtatio a toto circulo remanet arcus ſecunde.nam tantus eſt arcus.a.b.c.quantus eſt arcus.a.c.b. Medius motus cuiuſlibet planete ad tempus prete

ritum quod non ſcribitur in tabula ſic accipitur. Accipe radicem in annis collectis: poſtea accipe curſum medium in expanſis annorum intermediorum ⁊ que ſunt inter primum annum collectorum ⁊ anni quem tu vis ſcire ⁊ iſtū curſum extrahe de radice ſi fieri poteſt. Si non addatur radici vna reuolutio .ſ. 12. ſigna ⁊ reſiduum eſt medius motus planete quiſitus. Media oppoſitio vel coniunctio dicitur ſecundum medios motus .ſ. vera ſecūdum veros. viſibilis ſecūdum viſibiles ⁊ inuiſibiles motus. ⁊ hĭ motus terminantur lineis ductis a ſuperficie terre quam habitamus ⁊ hoc attenditur ſigno gradu. mīto ⁊ ſecundo. Digiti eclipſis dicuntur duodecime dyametri corporis lunaris. Minuta caſus dicuntur minuta celi que tranſit luna a principio eclipſis vſq; ad medium. ſi non obſcuratur tota luna. vel vſq; ad principium aut finem totalis obſcurationis ſi tota obſcuratur. In ſole minuta caſus ſunt minuta que trāſit luna a principio eclipſis ſolis vſq; ad mediū. Minuta dimidĭ more dicuntur minuta que tranſit luna a principio obſcurationis vſq; ad medium. Et propter hoc ſi illa minuta diuidantur per motum lune equalē in vna hora venit tempus in quo tēpore pertranſit ea. Puncta reſidui dicuntur partes dyametri epicicli que ſunt ab auge vſq; ad directum lune. Argumenta que ponunt in lineis tabularum eclipſium ſunt argumenta latitudinis interſe equipollentia ⁊ latitudines eq̄pollentes. Anni maiores ad numerum terminorum computantur. Minores ad reuolutionem. Mediocres anni ſunt medĭ inter maiores ⁊ minores ſolis ⁊ lune. Maiores anni ſunt eorum maiores circuitus. Minores minimi Mediocres medĭ. Tardi dicuntur planete ideſt minuti curſu quādo ſunt retrogradi. Veloces planete dicunt .i. acuti quādo ſunt directi. Acuti vero numero dicunt qn̄ equatio additur ſuper medium curſum. Acuti lumine dicunt cū recedunt a ſole vel ſol ab eis. Minuti lumine dicuntur cū accedunt ad ſolem vel ſol ad eos. Nature proprietates ⁊ operationes planetarum ⁊ ſignorum determinantur tali conditione q̄ ſemꝑ ſuit inceptio a ſole q: nobilior eſt ceteris planetis. ⁊ ab ariete q: nobilius eſt ſignorꝫ. ⁊ a media die. q: nobilior eſt ps diei. Et ſm ſitum equationis q: mediū mūdi exiſtit.



Latitudo planete dr̄ diſtātia ipſius a via ſolis. Declinatio dicitur ipſius diſtātia ab equinoctiali. pꝫ ergo q̄ ſol non hꝫ latitudinem ſꝫ ſolā declinationē quā declinationē accipimus in ſole ꝑ diſtantiam centri ſolis ab interſectione prima quā facit circulus ſolis cū eq̄noctiali in principio arietis. Latitudinem lune accipimus ꝑ diſtātiā cētri corporis lune ab īterſectione prima quam facit circulus lune cū circulo ſolis .i. a capite draconis. Et ſi accipimꝰ declinationē gradus orbis ſignorꝫ in quo eſt luna. ⁊ in eadē hora accipimꝰ latitudinē lune ab orbe ſignorū .ſ. a via ſolis ⁊ ſi fuerint ambe .ſ. latitudo ⁊ declinatio ſeptētrionales vel meridionales iungimꝰ vtraſq; ⁊ erit nobis declinatio lune ab eq̄noctiali. Et ſi fuerint diuerſe ſubtrahimus minorē de maiori. Similr̄ ⁊ in alĭs planetis inuenitur declinatio. Et eſt notādū q̄ eccētricus lune ſemꝑ eodē modo diſtat a via ſolis. Et epiciclus lune ſemꝑ eſt ī ſupficie eccētrici. quare luna nō hꝫ niſi vnā latitudinē. Alĭ autē planete .ſ. quinq; accidētales habent duplicē latitudinē. vnā quidē ex epiciclo qui inclinatur ab eccētrico. Aliā ex eccentrico qui inclinatur a via ſolis. Et ꝑ tabulam binarĭ inuenitur latitudo ſm epiciclū ⁊ ꝑ tabulā quaternarĭ inuenit latitudo ſm eccētricū. Et dr̄ binarĭ q: duos hꝫ introitus. Et tabula binarĭ eſt facta ad medietatē circuli. Et quaternarĭ ad quartā partē circuli ideſt tabula binarĭ eſt facta ad ſex ſigna .ſ. q̄libet tabula ſuo ſigno. Et tabula q̄ternarĭ tribus ſignis .ſ. q̄libet tabula vni ſigno q̄ deſeruit octo ſignis ꝑ equipollentiā ſicut tabula binarĭ deſeruit duobꝰ ſignis ꝑ eq̄pollentiā. cū ē q: tabula binarĭ eſt ad epiciclū. iō intratur in eā cū argumēto. Et q: tabula quaternarĭ eſt ad cētrū ideo intrat in eā cū diſtātia a nodo capitis. Et latitudo q̄ ſcribit in tabula binarĭ eſt diſtātia ꝑtiū drie epicicli .i. a circūferentia eccētrici. diſtātia dico cōputata verſus viā ſolis q̄ dr̄ ecliptica q: ī ipſa vel ꝓpe cōtingūt eclipſes ſolis ⁊ lune. Inclinat dico ita .ſ. q̄ ſemꝑ erit planeta inter eclipticā ⁊ cētrū epicicli. niſi cū cētrū epicicli fuerit in capite vel in cauda tūc .n. epiciclus ē directus in eccētrico. Et qn̄ eſt in auge epicicli. planeta tūc maxīe a via ſolis declinat q̄re tūc maxima inuenit latitudo in tabula hoc eſt in locis ītermedĭs q: mediocriter inclinat ⁊ mediocris inuenit latitudo. Et latitudo que ſcribitur in tabula quaternarĭ eſt diſtantia circūferētie eccentrici a via ſolis que diſtantia eſt paruula prope nodos ⁊ maxime in locis remotis a nodis per tria ſigna. Et propter hoc inuenitur in tabula quaternarĭ latitudo in principio maior in fine maxima ⁊ in medio mediocris. pꝫ ergo q̄ inuentis iſtis duabus latitudinibus ſemꝑ vna erit ſubtrahenda ab alia. Compoſitor tamē tabularū ad oſtētionē ſui magiſterĭ voluit ponere veros numeros latitudinum predictarū in quibus vnus ſemper in altero trahit. Sed poſuit numeros equipollentes in quibus ſi diuideretur vnum per alterum veniſſet idem quod ꝓueniret ſi vnus verorꝫ numerorum ſubtraheretur ab altero. Et eſt ſciendū q̄ omni ſubtractioni equipollet aliqua diuiſio ⁊ econuerſo. Idem enim eſt ſi diuidas ſex per tria quaſi ſi ſubtrahas duo a quatuor. Et ideo diuiditur vna latitudo per aliam. Cum centrum epicicli eſt in nodis tunc nulle ſunt latitudines. tunc enim directus eſt epiciclus in eccētrico. ⁊ centrum epicicli eſt in via ſolis. Et q̄ numeri qui ſunt in tabula non ſunt veri patet. per hoc q̄ in tabula mercurĭ inuenitur latitudo minor ſex gradibus ⁊ ſic eſſet aliquādo extra zodiacum tamē per diuiſionē iſtius. Sed per aliam ꝓuenit eius vera latitudo. Et hoc q̄ dixi cum probatur per tabulas latitudinis integras. ſi inuenietur in quibus fit ſubtractio vel additio loco diuiſionis. Et dicit q̄ ſi diuidas latitudinē. ſecūdā per primā quod cōputāda eſt latitudo a via ſolis. Et ſi primā per aliā cōputanda eſt latitudo zodiaci vt tanta ſit vna latitudo duorum gradum ſm vnā computationem quātum altera quatuor graduū ſm alteram cōputationem. Caput ⁊ cauda triū ſuperiorū planetarum imobiles ſunt. Caput autē ⁊ cauda mercurĭ ⁊ veneris non ſemꝑ morantur ſed mouent. Et ideo aliter inuenitur argumentum latitudinis ī tabulis ſuperioribꝰ ⁊ aliter in iſtis duobus. Caput enim veneris ⁊ mercurĭ mouētur tali proportione q̄ verus locus capitis veneris ⁊ mercurĭ ab eis diſtat ſemper tantum q̄tum ⁊ nō verus locus capitis ſcriptus in canone diſtat a loco qui fit ex medio loſis ⁊ argumēto illorum equato. Ideoq; addimus argu-

menta illorum medio ſolis. Uera loca capitum dicuntur computata ab ariete ſecundum ſucceſſionem ſignorum in zodiaco. ſ. aries. tau. gemi. can. et cetera. Medij curſus capitum dicuntur computari econuerſo. ſ. aries. piſ. aqua. et cetera. quia medius capitis cum vero capite faciunt. 12. ſigna integre.

Compoſitores tabularum ſuper ciuitatē Arin dicuntur fuiſſe Nembroth. ḋ ſtirpe noe. hermes. yconimus ptholomeus. qui primus fecit aſtrolabium. Albathā Albumeſſar et Algoriſmus. hij quidem prenominati as tabulas ſic ſapienter compoſuerunt ꝙ poſtea non apparuit aliquis tam doctus ꝙ ſciuerit componere leuiores. Arin ciuitas eſt magna diues ac potens ac ſita eſt in medio mundi non totius orbis terre ſed huius zone tantum que verſus ſeptētrionem dicitur temperata et diſtat ab vtriſqꝫ gradibus Allexandrinis poſitis ſub equatore in oriente et occidente 90. gradibus et ab vtroqꝫ polo. 90. gradibus. Unde ſtellarum in tot horis per quot horas diſtant loca Arin ſubtrabat vel addat dico tantūmodo in annis collectis. Equantis planetis ante meridiem vel poſt pone gradum ſolis in linea meridionali. et nota in Almuri et fac cum tranſire vel retroire. 15. gradibus quot horas habueris poſt meridiem vel ante et ſic inuenies vel habebis aſcendentem ad horas preſentem. Luna exiſtente in medio celi ſi equaueris eam per tabulas alicuius regionis ſcies longitudinem inter regiones per differentiam locorum lune et non oportebit te expectare eclipſim. Si acceperis altitudinem infimi limbi ſolis et lune in dorſo aſtrolabij et altitudinem inferioris limbi et notaueris motum alidade ſcies quātitatem dyametrorum ſolis et lune reſpiciens ſolem mediante aliquo panno. Et nota ꝙ auges dicuntur verſus orientem ſeptem gradibus in. 900. annis. et totidem verſus occidentem in alijs. 900. annis. Et modo ſumus in primo motu. Et ideo anno adduntur ſecunda. Item dicitur moueri ab Albatem in. 60. annis et quatuor menſibus gradu vno ſemper verſus orientem. Alfagranus autem narrat eas moueri in 100. annis gradu vno ſemper verſus orientem. Item nota ꝙ dicitur a multis peritorum ꝙ quādiu ſol fuerit in medietate eccentrici ſui que maxime remouetur a terra. ſ. in longitudine lōgiori magis eleuabitur alidada in dorſo aſtrolabij in meridie quam gradus ſolis in rethe poſitus ſup almucatarath in meridie. Econuerſo fit in reliqua medietate eccentrici. Et quacunqꝫ die erit maior diſtātia inter has duas altitudines in eadem erit ſol in auge eccentrici. in prima medietate dicta et quāta erit diſtantia tanta erit eccētricus et quātum nadir ſolis ceciderunt infra locum ſup quē caderet gradus ſolis ſi poneretur ſup conſimilē numerū inter almū catarath. In tātam erit fallacia hore tunc accepte. hoc modo conſiderato vno āno in meridie et in quo die ſit ſol in auge et quātum eleuetur ſol tunc per alidadam habebis quātū aux ſit mota in āno vno. Et hoc modo dr̄ Albatē inueniſſe auges planetaꝝ quāti moueant in vno āno menſe et die. et tabulas ad hoc cōpoſuit. et habuit magnum aſtrolabium vt tricubitum aut maioris quātitatis quod habuimus et in manu habuimus pluries.


Linea egrediens a centro terre. p centrū corporis planete ad celū oſtēdit verū locū planete: vt patet de ſole radiāte. Nā recipientes radiū ſolis per foramina aſtrolabij vel per vmbrā virge erecte. veraciter ſumus ſignū celi omni vice. Linea porrecta a loco in quo noſſumus p cētrū corporis planete ad celum oſtendit locum in quo planeta videt eē et non eſt niſi quādo planeta eſt tm̄ in nr̄o zenith. Tūc. n. linea egrediens a cētro terre ad cētrū corporis planete: et linea porrecta a loco in quo nos ſumus eadē eſt et locus in quo terminat idē alias nō. Arcus igitur interceptus iter locū verū et locū in quo planeta eē vr̄ dicitur reflectio vel diuerſitas aſpectus. Eſt autē dicta reflectio aliqñ in latitudine aliqñ aūt in longitudine aliqñ diuerſa aliqñ maior aliqñ minor. Et eſt ſciendū ꝙ in ſtellis que ſunt ſupra ſolē nō eſt reflectio ſenſu pceptibilis. ſ. Saturno Joue et Marte ſed tm̄ in ſole venere. mercurio et luna quoꝝ ſol et luna optinēt principatū. In ſole aūt extrahit reflectio triū minutorū ad plus. et qñ eſt idē ſol iuxta orizontē maxie aūt ſentitur in luna. Eſt aūt tota reflexio in longitudine qñ planeta eſt in meridiano aſpicientis. Eſt autē tota reflexio in latitudine quādo planeta eſt in arculo altitudinis. Et eſt diuerſa. i. partim in longitudine et partim in latitudine quādo planeta nō eſt in meridiano aſpicientis nec in circulo altitudinis note. Eſt etiā aliqñ maior pp vnaꝫ de duab⁹ cauſis vel pp ābas. Sūt. n. due cauſe pp quas reflexio eſt maior et minor ſilr vna eſt qñ magis diſtat a nr̄o zenith vnde iuxta orizontē maxima eſt reflexio. Alia eſt qñ ppingor eſt terre. Unde qñ luna eſt in longitudine propinquiore et iuxta orizontē aggregantur de reflexione gradus vnus et minuta. 44. que eſt omnium reflexionum maxima. Qñ vero eſt in longitudine longiori aggregant. 54. minuta. In horis aūt eclipſium quod magis aggregatur de reflexione eſt gradus vnus et quatuor minuta.

Anni xp̄i mot⁹ octaue ſpere. hic vero mot⁹ circa mediū āni collocat vt quaſi equaliter pcedat qꝛ in tā paucis ānis nō ē magna ineqlitas. Anni xp̄i gradus minuta. ſecūda.

Aſpect⁹ planetaꝝ ſic pōt inueniri intret cū gradu eqtionis cuiuſlibꝫ planetei tabula aſcēſionis ſignoꝝ in circulo directo q incipit ab ariete et graduū numerus iūctus ſub ſigno gerētī ipſum planetā ſignet deīde intrat cū gradib⁹ equationis cuiuſlibet alterius et numerus graduū inuēt⁹ ſup gerētē ipſum accipiatur et iſtoꝝ ſecundoꝝ numeroꝝ ſic acceptoꝝ minor a maiore demātur ſi ſuper creuerit. ſexta ps circuli erit ſextilis aſpectus. ſi remāſerit. qrta ps circuli erit qrt⁹ aſpectus. ſi remāſerint tot gradus quot cōplent. tertia pars circuli erit trinus aſpect⁹ et ſi remāſerit medietas oppoſitōis. et ſi plures gradus remāſerint nō aſpiciēt ſe planete ſi nihil remāſerit erūt tūc ipſi planete iuncti corporalr. ſi remāſerint tot gradus quot cōplectit alteri⁹ ſplēdor erūt tūc iūcti lumine ipſi planete et non corporaliter.

Explete eſt theorica planetarum. Deo gratias.





polꝰ mũdi ſeu arcticus
circulus arcticus
polus zodiaci
tropicꝰ cancri
zodiacus
Equinoctialis
tropicꝰ capꝛicoꝛ
Circulus antarcticus
polus mũdi antarctic
Mundi
Sphera

¶ Prohemium Auctoris.

Tractatū de ſphera q̄tuor capitulis diſtiguimus. Dicturi primo compoſitionē ſphere quid ſit ſphera: quid eiꝰ centrum: quid axis ſphere: quid ſit polus mūdi: quot ſūt ſphere: ⁊ que ſit forma mūdi. In ſcḋo de circulis ex q̄bus ſphera mālis cōponit̄: ⁊ illa ſupceleſtis (q̄ p iſtā imaginatur) cōponi intelligitur. In tertio de ortu ⁊ occaſu ſignoꝝ: de diuerſitate dieꝝ ⁊ noctiū: que ſit habitantibus in diuerſis locis: ⁊ de diuiſione climatum. In quarto de circulis ⁊ motibus planetaꝝ: ⁊ de cauſis eclipſium.

¶ Diffinitio Sphere. Cap̄.j.

Sphera igitur ab Euclide ſic deſcribitur. Sphera eſt tranſitus circūferētie dimidij circuli quotiēs fixa diametro (quouſq; ad locū ſuum redeat) circunducitur: id eſt Sphera eſt tale rotūdum ⁊ ſolidū: quod deſcribitur ab Arcu ſemicirculi circunducto.




Elucidatis cauſis recurrendū eſt ad formā tractatus. Diuiditur autem iſte tractatus in quatuor capitula: vt Auctor ponit in littera. Nam in primo tractatu de principijs huius ſcie. videlicet quid ſit Sphera: quid Axis: q̄d polus: ⁊ quid ſit forma mundi. Et in ſcḋo de vnoquoq; circulorum ipſius ponendo cām ſpālem. In tertio de ortu ⁊ occaſu ſignorū: ⁊ de hijs que cauſant̄ ab eis: ſcilicet de diuerſitate noctiū ⁊ dierum. Et de diuerſitate habitantiū in diuerſis climatibus. Et de diuiſione ſeptem climatum. In quarto ⁊ vltimo de circulis planetarum ⁊ de eorū motibus. Et de cauſa eclipſis Solis ⁊ Lune. Primum capl̄m incipit ⌊Sphera ab Euclide ⁊c.⌋ Scḋz incipit ibi ⌊Hoꝝ circuloꝝ ⁊c.⌋ Tertium ibi ⌊Signorum ortus ⁊ occaſus ⁊c.⌋ Quartū incipit ibi ⌊Notandum q̄ ſol hꝫ ⁊c.⌋ Adhuc primū capitulum diuidit̄ in duas: q2 primo Joannes tractat de principijs huius artis. Et in ſecundo de forma mūdi. Scḋo incipit ibi ⌊Uniuerſalis mundi machina ⁊c.⌋ Prima ps ſpectat ad preſentem lectionem. Diuiditur aūt preſens lectio in partes duas. In prima ponit diffinitionem Spere: ⁊ in ſcḋa eius diuiſionem. ſcḋa ibi ⌊Sphera aūt dupliciter diuiditur.⌋ Prima iterum in duas. nā in prima oſtendit duplicem diffinitionem ſphere: ⁊ in ſecunda oſtendit quid ſit centrum: quid axis: ⁊ quid polus. Secunda pars incipit ibi ⌊Linea vero tranſiens per mediū ⁊c.⌋ Dicit de prima parte q̄ ſphera diffinitur ab Euclide q̄ eſt tranſitus circūferentie circuli dimidij quotiēs fixa diametro quouſq; redeat ad eundem locum circumducitur ⁊ exponit dicens: q̄ ſphera eſt tale rotundum ſolidum quod deſcribitur ab arcu dimidij circuli circumducto. ¶ Juxta qḋ eſt intelligendū ꝓpter littere expoſitionem q̄ circulus eſt ſuperficies plana vna linea contenta: que dicit̄ circunferentia. Superficies vero contenta dicit̄ circulus. Deinde cum dicit ⌊A fixa diametro.⌋ eſt ſciendū q̄ diametrou eſt linea recta trāſiens p medium circuli. Et dicitur diametron a dia qḋ eſt duo: ⁊ metros qḋ eſt menſura: quaſi duo menſurans. i. polum arcticum ⁊ polum antarcticū. cū3 dicit ⌊Ab arcu dimidij circuli.⌋ Eſt ſciendum  q̄ arcus eſt quelibet poſitio circunferentie contēta ſic. Et h̄ ē qḋ dicit.

¶ Sphera ēt a Theodoſio ſic deſcribitur. Sphera eſt ſolidū quoddā vna ſuperficie ꝯtētū: in cuius medio punctus eſt: a quo oēs linee ducte ad circunferētiā ſunt equales. Et ille punctus dr̄ cētrū ſphere. Linea vero recta tranſiens p centrū ſphere applicans extremitates ſuas ad circunferentiā ex vtraq; pte dicitur axis ſphere: duo quidem pūcta axem terminantia dicuntur poli mundi.

¶ Hic ponit aliam diffinitionē ſphere datā a Theodoſio. Et dicit q̄ ſphera eſt corpus ſolidum contentū vna ſuperficie: in cuius medio eſt pūctus: a quo oēs  linee ducte ad circunferentiam ſunt equales: ⁊ ſic ⁊ ille pūctus dicit̄ centꝝ illius ſphere. ¶ Circa quam ptem eſt notādū q̄ corpus eſt longitudo cū latitudine ⁊ ꝓfunditate: cuius extremitates ſunt ſuperficies ſic  Superficies eſt longitudo cum latitudine: cuius extremitates ſunt linee  Superficies eſt dupl'r. Superficies plana: vt in campis: ⁊ decliuis: ſiue conexa: vt in montibus. Et de iſta intendit cū dicit ⌊Una ſuperficie ⁊c.⌋ In cuius medio eſt punctus. Nā pūctus eſt cuius ps nō eſt. ⌊A quo.⌋ ſ. puncto. ⌊Oēs linee ⁊c.⌋ Linea vero ē lōgitudo ſine latitudine: cuius extremitates ſunt duo puncta —— ⌊Et ille punctus ⁊c.⌋ q̄ centrū eſt pūctus in medio circuli: a quo oēs linee ducte ad circunferentiā ſunt equales. ¶ Circa iſtam ptem ſolet eſſe duplex dubitatio: ⁊ p̄ vtrum ſphere moueant̄ ab vno motore vel a pluribus. ⁊ ſi a pluribꝰ querat̄ quot ſunt ⁊ cuiuſmodi ſunt motores: ⁊ videt̄ primo q̄ ſphere ab vno ⁊ non a pluribus moueant̄ duobus motiuis: quoꝝ primū eſt: duobus mobilibus: quoꝝ vnum in motu ſuo ab alio regulat̄: ſufficit vnus p̄mus motor vl'is ⁊ plures ſuperfluūt. ſed motus ſpheraꝝ celeſtiū a primo mobile regulat̄. ergo vnus eſt motor ⁊ nō plures celeſtiū circuloꝝ. ḡ relinquit̄ q̄ ſphere ab vno ⁊ nō a pluribꝰ moueant̄. ¶ Sc̄ḋo dicit pho p̄ phyſi. q̄ melius eſt ponere vnū pn̄ q̄ꝫ multa ⁊ finita q̄ꝫ īfinita. igit̄ melius ē ponere vnū motorē q̄ꝫ plures. ¶ Oppoſitū vnius mobilis vnus eſt motor. ḡ plurīū mobilium plures ſunt motores: ſed orbes celoꝝ ſunt plures ⁊ diſtincti mobiles: ḡ mouent̄ a pluribus motoribꝰ ⁊ non ab vno. ¶ Sc̄ḋo. diuerſoꝝ ⁊ ꝯrioꝝ motuū nālium diuerſi ⁊ ꝯrij ſunt motores. Sed motus celoꝝ ſunt diuerſi: ⁊ ꝯrij motus. nā p̄ma ſphera mouet̄ ab oriēte in occidēs. Stelle vero erratice eꝯ quare ⁊c. ¶ Ad iſtā q̄ōnem breuiter eſt dōm: q2 ſnīa cōis eſt q̄ celū mouet̄ ab vno vl'i motore ⁊ a pluribus particularibus: tñ oēs reducunt̄ ad primū motorem ⁊ regulant̄ p illum. Primus nāq; motor mouet ſm allationem cōtinuā vniformē que eſt cā continuationis vniformitatis in natura. Inferiores aūt mouent ſm allationem continuā: ſed nō vniformē: q2 obliquant̄ a meridie verſus ſeptentrionē: ⁊ ſunt cā difformitatis q̄ ſunt in gnātiōe ⁊ corruptiōe. ¶ Uñ ad formā rōnū cū dr̄ q̄ duobus mobilibus

quoꝝ vnum in motu ſuo ab alio regulariter ſufficit vnus motor ⁊ plures ſupfluūt. Dico ꝙ ſufficit vnus motor vniuerſalis ⁊ plures particulares nō ſupfluunt: quia ſi mobilia ſunt plura ⁊ motores ſunt plures ⁊ particulares abſq; eo ꝙ potentia ſuperioris excludat potentiam inferioris: vel econuerſo: vel virtus motiua mouet manum: manus mouet lapidem: lapis aūt aquam: tñ virtus eſt motor primus vniuerſalis ⁊ oēs alij particulares. ¶ Ad ſcḋam rationē eſt dicendum ꝙ melius eſt ponere vnum motorem vlem ⁊ primus ꝙ̄ multos particulares qui eſt deus. Dic ꝙ verum eſt: poſſunt tñ poni nihilominus ⁊ alij motores ſub eo quorum virtus in mouendo eſt eis influxa a lumine bonitatis primi. ¶ Scḋo queratur quot numero ſunt motores: dico ꝙ multe ſunt opiniones quas dimitto: tñ duas ponam que mihi meliores oībus videnť. Prima ſuit Ariſto. q poſuit ꝙ vna ſphera plures hʒ motus. Et ꝙ illi plures mot⁹ ſunt a pluribus ⁊ diuerſis motoribus: vt dicit in. 12° metaphyſice. vbi inquirit ⁊ ꝓbat numerum motoꝝ ſm numerum motuū tāgitq; plures motus in Sole ⁊ Luna: ⁊ ſilr in alijs. Alia eſt opinio Auicenne quā teneo ⁊ credo verā ponit in 9° ſue metaphy. ſi bene recolo duplicē ordinē itelligentiaꝝ ſeparataꝝ: qḋā enī eſt itelligētia ꝑma que eſt motio vniuerſitatis: ⁊ primum ꝑncipium totius cāe. Scḋarie autē intelligentie ſunt in decē ordinibus vt ipſe ponit: quare prima mouet celum vniformē qḋ eſt primū mobile. Scḋa mouet ſpherā ſtellaꝝ fixaꝝ. Tertia mouet ſpherā ſaturni. 4° mouet ſpheram Iouis. Quinta mouet ſpheram martis. Sexta mouet ſpheram Solis. Septima ſpheram Veneris. Octaua ſpheram Mercurij. Nona ſpheram Lune. De decima ſic dicit. Decima eſt itelligētia que influit ſup naturas aīas ⁊ intelligentias: ⁊ eſt intelligentia mundi terreni: ⁊ vocamus ipſam itelligētiā: itelligētiā agentē. Et ex hoc multi accipiūt ꝙ intellectus agens ſit intelligentia decimi ordinis intelligentiaruʒ ſeparataꝝ. vtrum aūt intellectus agens ſit intelligentiaꝝ alibi hʒ ingri. Cuius modi auteʒ nature ſunt motores iſti. vtrū ſint corporei vel icorporei. Et vī ꝙ incorporei quia intelligunt: ⁊ eſt rō q: motor nobilior nobiliori debeť mobili. Sed nulluʒ corp⁹ nobilius eſt corpore celeſti. immo ipſuʒ eſt nobilius alijs corporibus quare ⁊c̄. ¶ Linea vero ⁊c̄.]In hac pte auctor notificat qḋ ſit axis ſphere: ⁊ quid ſint poli: ⁊ diuiditur in duas: q: in prima notificat quid ſit axis: ⁊ in ſcḋa qḋ ſint poli. ſcḋa ibi. Duo v̊o puncta ⁊c̄.]Dicit de prima ꝙ axis eſt quedā linea recta trāſiens ꝑ centrum terre applicās extremitates ſuas ex vtraq; parte ad circumferentiam ipſius ſphere. Hec vero axis ſiue linea latine dicitur diametro a dia qḋ eſt duo ⁊ metros qḋ eſt menſura: quia iſta linea per cētrum ducta mēſurat circulum diuidendo eū in duas partes equales. Arabice vero vel hebraice dicif Nugear. vnde Meſalach in libro de virtute motoris Nugear ſphere eſt linea recta tranſiens ꝑ centrum ex vtraq; parte ad ſuperficiem ꝑueniens cum ipſa ſphera figitur ⁊ ſphera circa ipſam voluitur. hoc idem dicit Theodoſius in pricipio de ſpheris. ¶ Duo vero puncta ⁊c̄.]Hic notificat qḋ ſint poli in ſphera: ⁊ dicit ꝙ duo puncta terminantia axem. ſ. lineam dicuntur poli mundi. Unde Theodoſius in principio de ſpheris. Sphere autē nigear ſunt extremitates: ⁊ ſunt puncta extrema axem terminantia. Iuxta qḋ eſt intelligendum ꝙ iſta puncta iſtius linee imaginate dicūr poli ſub quadā ſimilitudine ſic ponit Ptolomeus 4° de actibus ſeparatis: poli dicunť a poliēdo q̄ politi: ſicut enim due extremitates ligni tranſuerſalis i plauſtro qḋ dicif axis plauſtri ſup qua totum plauſtrum figitur ⁊ mouef: ⁊ ex circūuolutione ſunt polite ⁊ plane: ex qua ratōe ⁊ poli dicunť ſm quādaʒ metaphorā ⁊ in celo. Sed eſt ſciendū ꝙ linea iſta recta q̄ dī axis ꝓtenſa a polo in polū accipif hoc mathematice ⁊ non phyſice.


¶ Sphera aūt dupl̄r diuiditur ſm ſubſtātiā ⁊ ſm accidens. Scḋm ſubām in ſphera nouem ſcilicet ſpheram nonā q̄ primus mot⁹ ſiue primū mobile dī. ⁊ in ſphera ſtellarum fixarum q̄ firmamentū nūcupatur: ⁊ in ſeptem ſpheras ſeptem planetaꝝ. Quaꝝ quedam ſunt maiores quedam minores ſm ꝙ plus accedunt vel recedunt a firmamento. Unī inter illas ſphera Saturni maxima ē. Sphera vero lune minima prout in ſequēti figuratione continetur.




¶ Sequif illa pars in qua ponit duplicē diuiſionem iſtius ſphere: ⁊ diuiditur iſta pars in duas: quia in prima ponit diuiſionē ſphere ſm ſubaʒ: ⁊ in ſcḋa pōit ſm accidēs: ſcḋa pars incipit ibi. [Scḋʒ vero accidēs ⁊c̄.]Dicit de illa parte ꝙ ſphera diuidif ſm ſubām: ⁊ ſm accidens. ſm ſubſtātiam diuiditur in nonā ſpherā: que eſt primū mobile: ⁊ in ſpheram ſtellarum fixarum que dicitur firmamentū: ⁊ in ſeptem ſpheras ſepteʒ planetarū: quedā vero ſunt maiores quedaʒ vero minores: ſm ꝙ plus vel minus accedunt ad firmamentum. Et concludit ꝙ inter illas ſpheras ſphera Saturni eſt maxima ſphera Lune minima. ꝓut patet in ſequenti figura. Circa iſtam partem multiplex eſt dubitatio. Primo vtrū celum totū a cōnexo ſupreme ſphere vſq; ad cōcauum orbis lune ſit cōtinuū aut ſint orbes ꝑ ſe diſtincti. Scḋo a quo magis depēdeat actio gubernationis iſtorū inferiorum an a primo mobili an ab octaua ſpera. an a

7. ſpheris. Tertio vtrum illi celi ꝛ differant ſecundum ſpeciem an conueniant in aliqua forma ſpecifica. Quarto quid importetur per iſta nomina planetarum. ¶ Circa primam arguitur ꝙ a concauo orbis lune vſq; ad conuexum ſupreme ſphere ſit vnum corpus continuum tali ratione. Si celum non eſſet vnū corpus continuum: ſed per multos orbes diſtinctum: tunc ad motuz vnius non ſequeretur motus alterius: conſequens eſt falſuz: ergo et antecedens: falſitas ꝯñtis eſt nota declaratur cõſequētia. Quia primum mobile rapit ꝛ trahit ſecū ſpheras inferiores ita ꝙ ſm magis ꝛ minus appropinquat ad ipſum mouetur velocius ꝛ tardius: ergo vt videt̄ nõ recipiunt adinuicem diſtinctionem. ¶ Pᷓ. ſi nõ ſit totum vnū corpus continuū ſed per multos orbes diſtinctum tūc illi orbes erunt contigui: ꝛ cum cõtigua ſint illa quoꝝ vltima ſunt ſimul vt habet̄ quinto phyſicoꝝ: opꝫ ꝙ eoꝝuꝫ termini ſint ſimul ſine interpoſitione alicuius corporis mediū inter ipſa ꝛ ſic ad huc ſequeret̄ ꝙ totum eſt vnū corpus indiſtinctū. ¶ Oppoſitum: impoſſe eſt vnū ꝛ idē corpus cõtinuū ſimul diuerſis ꝛ oppoſitis motibus moueri. Sed inferiores orbes ſeptem. ſ. planetarum mouent̄ ꝛ nitunt̄ contra firmamētuꝫ ſm Ptolomeū quarto de actibus ſeparatis. caplo pͥmo. ergo nõ eſt vnum corpus cõtinuuꝫ. ¶ Dico ad q̄ōnem dimittēdo opiones ꝙ ꝯtactus põt intelligi altero duoꝝ modoꝝ. vno modo ꝑut eſt corporalis. alio modo v̄tute. Dico ergo ꝙ pͥmū mobile nõ tangit orbes īferiores cõtactu corporali ſicut corpus mouet corpus: ſed ſpirituali prout influit ſe in eis. ¶ Ad ſcðm dico ꝙ orbes non ſunt continui nec contigui: ſed eſt corpus medium inter eos recipiens compreſſionem ſm ſētētiam Thebit ꝛ Alberti. ¶ Sed dic ꝛ melius ꝙ celum cõtinuū quo ad lumen: quia vnuꝫ lumē per totum diffundit̄. ſ. ſolare: ſed eſt cõtiguuꝫ quo ad motum: ꝛ ſic ſoluunt̄ rationes. ¶ Scðo eſt dubitatio vtrum actio gubernationis iſtoꝝ īferiorum depēdeat: an a pͥmo mobili: an ab octaua ſphera: an ab aliꝭ ſeptem ſpheris. ꝛ videtur ꝙ a pͥmo mobili tali ratione: quia illud quo aliꝭ ineſt motus ab eo principalr̄ eſt actio gubernationis iſtorū īferiorum. Sed primū mobile eſt illud quo aliꝭ ineſt motus: quare ꝛc. minor iſtius rõnis eſt nota quia ipſum aliꝭ dat moueri oēs alios regulans in mouendo: maior de mēte phi q̄rto meta. declarat̄ dicētis vnūquoq; magis alioꝝ cauſa eſt ſꝫ ꝙ aliꝭ ineſt actio: quare ſi motus ineſt aliꝭ ꝑpter primum mobile: ergo ab eo pͥncipalr̄ eſt actio. ¶ Probatur ꝙ ab octaua ſpera pͥncipalr̄ dependat: naꝫ illud excellit aliud in agendo in quo ſunt plures excellentie actionis. Sed in octaua ſphera ſunt plures excellentie actionis: quia intelligentia motus ꝛ lumen cū pͥmum mobile careat lumine. ergo ab octaua ſphera dependet potiꝰ q̄ꝫ a primo mobili. ¶ Probatur ꝙ a ſeptem ſpheris tali ratione illud qᷦ formalius eſt: ꝛ pluribus mouetur motibus ab eo eſt actio principalis. Sed ſeptem planete formaliores ſunt ꝛ pluribus mouentur motibus: vt eſt notum quare ab eis eſt actio principalis. ¶ Dico ad queſtionem ꝙ ſicut eſt in elementatis: ſic ꝛ ſub quadam ſimilitudine eſt in celo. Nam forma lꝫ ſit principium actionis: non tñ ipſa agit nec etiam mã: ſed cõpoſitū: ſic a ſimili ꝛ in celo: lꝫ primum mobile in celo teneat locum forme: vel planete non eſt v̄tus tñ totuꝫ corpus celeſte compoſitū ex oībꝰ ſpheris in hec inferiora agit perficit ꝛ gubernat. Quia pͥmuꝫ mobile non poſſet agere ſine lumine ꝛ motu orbiūꝫ alioꝝ: nec orbes ſine pͥmo mobili: quia ſi primum mobile nõ retardaret orbes in motu non fieret ꝑportio temporꝝ: nec mutarent̄ elīta ſpecierum quibꝰ nõ ſtaret vita. ergo ipſoꝝ celoꝝ actio eſt cõuerſiones vadunt eorum viꝭ. ¶ Tertio eſt dubitatio vtrum celi ſint eiuſdē forme vel nature ſpecifice: ꝛ videt̄ ꝙ ſic. Nam Meſalach in libro de ſphera mota probat ꝑpoſituꝫ tali ratione. Aliqua natura cõcludit omnibus orbibus motum circularē: hunc autē nõ pñt participare oēs ſimul: niſi per formam eandē. ergo videt̄ ꝙ oēs orbes non differant ſm formam vel ſpēm. ¶ Ad iſtam q̄ōnem dico breuiter (vt dicit phūs in ſcðo de celo) ꝙ oēs orbes ſunt vnius nãe ſm formam in genere: diuerſarum vero nãrū ſꝫ formaꝫ in ſpecie: ꝛ hoc eſt inuenire tam in ſtellis q̄ꝫ in orbibus: nam differt opatio Iouis ab operatione Saturni. Cum ergo operatio arguat formā ꝛ ope ſint diuerſa. ergo diuerſitas erit formarum. Nā ſicut natura elementaris continet quatuor corpora. eorū natura eſt eadem ſm genus: ſed diuerſificat̄ ſm ſpēꝫ. Terra nãq; diuerſificatur ab aqua: ꝛ ſic de aliꝭ. Sic etiam nã celeſtis vt eſt aggregatum quoddā ex oībus orbibꝰ ꝛ ſtellis dicit̄ vna eſſentia ſm genus: tamen ſm ſpēm eſt diuerſa. Et ex hoc ſoluit̄ ratio Meſalach: quia illum motū circularem participant celeſtia corpora per eandē formam in genere ꝛ non per eandem in ſpecie. ¶ Dico de quarto ꝙ planetarum noīa ſunt ꝯſequētia rebus. Nam Saturnus dicitur a ſaturitate: quia quicquid dat cum plenitudine tribuit. Nam ſi in natiuitate alicuius fuerit impeditus in ſummo dicit miſeriaꝫ ꝛ lachrymabilem paupertateꝫ. Si vero beniuolus ꝛ in bona parte circuli maximam tribuit dignitatem: vt dicit Ptolomeus q̄rto de ac. ſe. Saturnus mirabiles imprimit effectus cum fuerit in ſui ꝑpria manſione. ¶ Iuppiter pater iuuans vel ter iuuans qꝛ ſolus exiſtens iuuat: quia fortuna ꝛ amicus nature. Scðo ſi cõiūgitur maliuolo mutat nãm illius ad bonum. Tertio ſi cõiūgit̄ beniuolo corpo: aliter vel aſpectu augmentat eius bonitatem. ¶ Mars a morte dicit̄: qui celeritatem cum impetu dat humanis. ¶ Sol veluti ſolus lucens qui ſpiritum irradiat rationis. ¶ Venus a Venere qui pulchritudinis eſt venator ꝛ ludus eſt ꝛ letitia mundi noſtri. ¶ Mercurius a mercede: quia rationalitatis ꝛ eloquentie dictus pater. ¶ Luna dicta in lumine vna que cogitatiuam potentiam tribuit creaturis. Si quis iſta voluerit cõplete legat epl̄am quā miſi Cancellario Bononieñ. ciuitatis.

¶ Secundum accidens autē diuiditur in ſpheram rectam ꝛ obliquā. Illi enim dicūtur habere ſpheram rectam: qui manent ſub equinoctiali: ſi aliq̄s ibi manere poſſit. Et dicitur recta: quoniā neuter poloruꝫ magis altero illis eleuatur. Vel quoniā illorum horizon interſecat equinoctialē ꝛ interſecatur ab eodē ad angulos rectos ſpherales.



Illi v̄o dicūt̄ hr̄e ſpherā obbliquaꝫ quicūq; habitāt circa equinoctialē vel vltra. Illis eniꝫ ſupra horizontē alter poloruꝫ ſemper eleuatur reliquꝰ v̄o ſemper deprimit̄. Vl̄ quoniam illoꝝ horizon artificialis interſecat equinoctialem ꝛ interſecatur ab eodēꝫ ad angulos impares ꝛ obliquos.



¶ In iſta parte ponit diuiſionem datam ſm accidens: ⁊ diuiditur iſta pars in duas: quia primo manifeſtat qui ſunt illi qui habent ſpheram rectam. Et in ſecundo exponit qui ſunt illi qui habent ſpheram obliquam. ſecunda ibi. Illi dicuntur ⁊c. Dicit de prima ꝙ ſphera diuiditur ſecundū accidens in ſpheram rectaꝫ ⁊ obliquaꝫ. Illi vero dicuntur habere ſpheram rectam qui habitant ſub linea equinoctiali: ſi ibi aliquis poſſet manere: ⁊ aſſignat duplicem cauſam quare iſti habent rectam ſpheram: quia neuter polorum illis magis eleuatur: vel quoniam oriçon illorum interſecat equinoctialem: ⁊ equinoctialis interſecat oriçontem ad angulos rectos ſperales. Iuxta quam partem eſt ſciendum ꝙ diuiſio iſta data per accidens: cuꝫ dicit ꝙ ſphera per accidens diuiditur in ſpheram rectam ⁊ obliquam dicitur per accidens. ſ. per aliud: quia ab alio habet quod dicatur recta vel obliqua in relatione ad habitabilem diuerſitatem. Oportet vos ſcire quid appellet auctor angulos rectos ſperales. ¶ Circa quod eſt notanduꝫ ꝙ angulus rectus eſt quem facit linea ſupra lineam quando contangit illam perpendiculariter: id eſt quādo facit duos angulos ex vtraq; parte equales: vt ſic ⊥ Unde ⊥ omnes anguli recti adinuicem ſunt equales: vt ſic ⊥ Obliquus ſiue obtuſus eſt ille qui maior eſt recto: vt hic ⊥ inter angulorum quidā ſunt recti ⁊ eq̄les: vt ſic ⊥ Quidā acuti ⁊ obtuſi: vt ſic ∠ Angulus rectus eſt quando vnus non eſt maior altero. Angulus obtuſus qui maior eſt recto ⁊ acutus ſimiliter ſe habet. Anguli ſpherales dicuntur anguli corporis ſpherici: ⁊ diuiduntur ſicut anguli ſuperficiales in rectos et obliquos. Nam ſuperficiales anguli dicuntur qui in ſuperficie plana deſcribuntur: quorum quidam ſunt recti: ⁊ quidam ſunt obliqui: vt dictum eſt. ¶ Illi dicuntur ⁊c. In parte iſta notificat qui ſunt illi qui habent ſpheram obliquam qui habitant citra vel vltra equinoctialem: ⁊ aſſignat cauſam duplicem: quia alter polus magis illis eleuatur ſuper oriçontem ⁊ reliquus ſemper deprimitur: aſſignat aliam cauſam: vel quia illis oriçon artificialis interſecat circulum equinoctialem ad angulos ſpherales ⁊ obliquos. ¶ Circa iſtam parteꝫ vt intelligatis eſt duplex dubitatio. Primo vtrum ſit ponere ſpheraꝫ rectam ⁊ obliquam. Secundo vtrūꝫ locus ſub equinoctiali linea ſit habitabilis. Et primo videtur ꝙ non ſit dare ſpheram rectā nec obliquam: quia vnius ſphere vnus debet eſſe oriçon tantum ſicut et vnus zodiacus ⁊ vnus equinoctialis. Et ſic de alijs circulis. Sed ſphera continens totum vniuerſum eſt vna: alioquin eſſet actu ponere plures mundos quod improbatum eſt penitus. Cum ergo non ſit niſi vnus oriçon non erit ponere niſi vnam ſpheram. ſ. rectam: non autem obliquam: ſed oriçon eſt terminatio viſus ⁊ circulus diuidens medietateꝫ celi viſam a medietate non viſa. Unde quot ſunt loca diuerſa ſuper terram tot ſunt oriçontes: ſed cuilibet oriçonti reſpondet ſphera ſua licet nō ſecundum realitatem: ſed ſecundum rationem: quare cuꝫ oriçon ſit in omni parte obliquus vel rectus: ergo erit ponere ſpheram rectam vel obliquam. ¶ Dicendum eſt ad queſtionem vna cum Ptolomeo ⁊ Meſalach in libro de virtute motoris qui ponunt duplicem oriçontem. ſ. artificialem ⁊ rationalem. Eſt autem oriçon artificialis dimidium ſphere per viſum comprehenſum. Rationalis vero eſt dimidiatio ſphere totius que intelligitur diuidi ſuperficie ſecante centrum terre ⁊ extenſa per quatuor puncta orientis: occidentis: aquilonis: ⁊ meridiei. Et ab hoc oriçonte dicitur ſphera recta: a primo ſcilicet artificiali dicitur obliqua. Cum igitur ſphera totius vniuerſalis ſit vna tantum ſicut patet ex predictis: ⁊ oriçon ipſius eſt vnus: oriçon obliquus eſt multiplex: eo ꝙ ſecundum diuerſitatem habitantium ⁊ partes ⁊ loca diuerſa diuerſificatur obliquus. patet ꝙ eadem ſphera numero ſecundum ſubſtantiam eſt vna ⁊ ſecundum rationem plures: propter quod ⁊ diuiſio ſphere in obliquam ⁊ rectam dicitur per accidens. ¶ Ad formaꝫ rationis cum dicitur vnius ſphere ſecundum ſubſtantiam non poteſt eſſe niſi vnus zodiacus ⁊ vnus equinoctialis. ſimiliter nec niſi vnus oriçon. Dico ꝙ verū eſt rationalis vel naturalis. artificialis multiplex reſpectu hominum ipſam terram diuerſimode habitantium. ¶ De ſecundo queratur vtrum locus ſub equinoctiali linea ſit habitabilis. Et videtur ꝙ non: quia radius incidens alicui perpendiculariter in ſeipſum reflectitur. Sed cum radius reflexus in ſeipſum cauſet aduſtionem: ⁊ in parte illa perpendiculariter in ſeipſum reflectatur: quare aduſtio erit ibi: ⁊ per conſequens inhabitabilis erit. ¶ In oppoſitum eſt Ptolomeus in quadripartito libro 2°. capitulo ſecundo. vbi tractat de proprietatibus illorum qui habitant in medio mundi: ⁊ ſubdit: ꝙ anime eorum ⁊ qualitates domeſtice ſunt ſuaues. ¶ In oppoſitum eſt Auicenna primo canone fen prima. primo capitulo de complexionibus dicens ꝙ ibi aer non alteratur alteratione ſenſibili: ſed ſemper eorum complexionibus eſt conſimilis: ⁊ probatur ratione. Quia ſicut habetur in ſecūdo de generatione ſolis in obliquo circulo per acceſſuꝫ eſt cauſa generationis: per receſſum eſt cauſa corruptionis: ergo vbi ſol equaliter accedit ⁊ recedit: ibi oportebit eſſe potiſſimam habitationem: quia radix habitationis ē equalitas: ſꝫ hec ē ſub equinoctiali. quare ⁊c. De iſta queſtione iſtud non teneo pro veritate: ſed latius ſi deo placuerit diſputabo.

¶ Que forma ſit mundi.



Uniuerſalis autem mūdi machina in duo diuiditur in etheream ſcilicet ⁊ elementarem regionem. Elementaris quidem alterationi cōtinue peruia exiſtens in quatuor diuiditur. Eſt enim terra tanq̄ꝫ mundi centrū in medio omniū ſita: circa quam aqua: circa aquā aer: circa aereꝫ ignis illic purus ⁊ non turbidus orbē Lune attingens: vt ait Ariſtotiles i libro metheororum: ſic. n. ea diſpoſuit deus glorioſus ⁊ ſublimis. Et hec q̄tuor elemēta dicunt q̄ viciſſim a ſemetipſis alterantur corrūpuntur ⁊ regenerantur. Sunt autē elementa corpora ſimplicia: que ī partes diuerſarū formaruꝫ minime diuidi poſſūt. Ex quorum cōmixtiōe diuerſe generatorum ſpecies fiunt. Quorū trium quodlibet terrā orbiculariter vndiq; circūdat: niſi quātū ſiccitas terre humori aque obſiſtit ad vitā animantiū tuendam. Omnia etiam preter terrā mobilia exiſtunt: que vt centrū mūdi pō

derositate

deroſitate ſui magnum extremorum motũ vndiqꝫ equaliter fugiens rotunde ſphere medium poſſidet.

POſtq̃ auctor in ſuperiori capitulo tractauit de principijs huius ſcientie. videlicet quid ſit ſphera: quid axis: ⁊ qd polus: diuidẽs ſpheram ſm accidens ⁊ ſubſtantiã. In iſto caplo determinat de natura vl'i: ⁊ de ſuis partibus ⁊ de alijs accidentibus in gñali in ſe. Scdo in ſpeciali de ſuis p̃mis partibus ⁊ extremis. ſcda pars ĩcipit ibi [Qd autem totum celum voluat' ⁊c̃.] In p̃ma parte ponit diuiſionẽ vniuerſi. Et in ſcda ꝓſequit' mẽbra dicte diuiſionis. ſcda incipit ibi [Elementaris quidẽ ⁊c̃.] In prima determinat de elementari: ⁊ in ſecunda de etherea. ſcda ibi [Circa vero elementarẽ ⁊c̃.] Adhuc in prima tractat de partibus ⁊ natura: ⁊ de ſitu partiũ ⁊ ordine elementaris in generali. ⁊ in ſecunda declat quare dicunt' elẽta ⁊ quid ſint. tertio de forma ⁊ ſitu ⁊ nã eoꝝ in ſpãli. ſcda ibi [Et hec quatuor elemẽta ⁊c̃.] tertia ibi [Quoꝝ trium ⁊c̃.] Dicit de prima parte ꝙ tota ⁊ vniuerſalis machina diuiditur in ethereã .i. in quintã eſſentiã: ⁊ in regionẽ elementorũ. ¶ Circa iſtã partẽ debetis intelligere ꝙ ether dicitur duobus modis. qðdã eſt inflãmãs ⁊ inflãmabile: vt ignis quoddã eſt inflãmabile ⁊ non inflãmãs: vt aer quoddam nec inflãmans nec inflãmabile vt celum. Et de iſto intelligit hec. ſ. de celo. ¶ Elementaris ⁊c̃.] Hic declarat mẽbrum predicte diuiſionis: ⁊ dicit ꝙ elementaris machina ſubiecta eſt continue tranſmutatiõi que diuiditur in quatuor elementa: quia terra eſt tanq̃ centrum in medio poſita: circa quam eſt aqua: circa aquã eſt aer: circa aerem eſt ignis: illic purus non turbidus attingens concauum orbis lune: ⁊ vt dicit Ariſto. in libro metheo. ſic diſpoſuit deus ſublimis ⁊ glorioſus. ¶ Et hec quatuor elẽta ⁊c̃.] In iſta parte oñdit quare dicũt' elẽta: ⁊ quid ſint. Et dicit ꝙ elẽta dicũt' q̃ adinuicẽ alterant' ⁊ corrũpunt' ⁊ gñant': ⁊ ponit diuiſionẽ ipſorum dicens ꝙ ſunt corpora ſimplicia que non poſſunt diuidi in partes diuerſaꝝ formaꝝ: ex cõmixtione quoꝝ diuerſe fiunt ſpecies generatoꝝ. In iſta vero lectione non dilato ſpiritũ meũ: quia intendo legere aſtrologiam ad quam electus ſum ⁊ non philoſophiam. Unde dicit ꝙ elementa non fuerũt niſi quatuor: ⁊ quomodo alterantur ⁊ corrumpuntur alibi dictum eſt. Deinde cũ dicit. ¶ Quorum trium ⁊c̃.] Hic ponit ſitum formaꝫ ⁊ naturam iſtorum: ⁊ dicit ꝙ quodlibet iſtorum trium. ſ. aeris aque ⁊ ignis circundat terram circulariter: niſi quantum ſiccitas terre reſiſtit humiditati atqꝫ ad vitam animaliũ conſeruandam. Et ſubdit ꝙ omnia preter terram mouentur: que. ſ. terra ſui grauitate motũ magnũ vndiqꝫ equaliter fugiens medium rotunde ſphere poſſidet. ¶ Circa iſtam lectionem eſt multiplex dubitatio. Et primo vtrum elementa habeant figuram. Scdo vtrum terra ſit in medio. Tertio quare rotunditas aque deficit potius q̃ in igne aere ⁊ terra. De primo arguo ꝙ elementa non ſint figure orbicularis: ſed recte: et alii ratione motus eius ſequit' formam. Et ſm ꝙ habetur quarto celi ⁊ mundi graue vel leue quantum dat ſibi de forma: tantũ dat ſibi de motu ⁊ loco: ⁊ de alijs que conſequuntur ad ipſam formã ⁊ figura ſequitur ipſam formam perfectam ⁊ completam. Cum ergo motus elementorum ſit rectus: mouentur enĩ grauia deorſum per lineam rectam: leuia eodẽ modo ſurſum. Ergo videtur ꝙ figura eorum ſit recta. ¶ Preterea elementa cum ſint in potentia ad mixtum non retinẽt formas ſuas in actu: alioquin non conuenirent ad conſtitutionem mixti. ergo non poſſunt retinere aliquam formaꝫ: ⁊ ſic nec orbicularem. ¶ Oppoſitum: celum vt probatum eſt a Ptolomeo ⁊ Ariſto. eſt rotundũ. ſed locus ⁊ locatũ in ſuperficiebus adequantur: vt patet de aqua in vaſe: ⁊ de alijs oĩbus. ergo corpus contentũ a concauo orbis lune oportet eſſe orbicularẽ. ¶ Uado ad formam rationis ad quam dicendum eſt ꝙ elementa non habent formam perfectam ⁊ completam. nam lꝫ habeant quandam formam materialem figura ſequitur talem formam. ideo cũ elementa careant tali forma non habent figuram aliquã naturalem que ex ſe debeatur eis lꝫ ex motu eorum per ſe ſint concauitatis orbicularis. ¶ Ad ſcdam dico ꝙ ratio illa concludit de elemento in quantum eſt mobile ad mixtum: ⁊ ſic non habet figuram nãliter: non autem de elemẽto prout eſt mobile ad vbi. ¶ Scdo eſt dubium vtrum terra ſit in medio celi. Et videtur breuiter ꝙ non: quia corpus grauiſſimum eſt corpus terre: ibi non ſuſtentatur ab alio. ergo cum ſit corpus grauiſſimum videtur ꝙ debeat cadere vel ſtet ibi per violentiam. ¶ Iſta eſt ratio laicorum. Et quidam noſter Eſculanus ſepe facit iſtam qõnem cum matre ſua: vt conuicine pauperrime de ipſius ſcientia admirentur. Idcirco iſtam qõnem ſoluere non ſum dignus. ¶ De ſecundo ꝙ queritur quare iſta orbicularitas defecit in aqua potius q̃ in alijs elẽtis. Dico ꝙ natura nihil fruſtra facit: ⁊ ſemper quod eſt melius operatur: cum fecit hominem: cuius gratia omnia ſunt facta: diuiſit illam partem terre diſcopertaꝫ: vt hoĩes ⁊ animalia cõſeruarentur in eſſe. De iſto paſſu multe ſunt opiniones: q̃s propter breuitatem omitto. Sed iſtud eſt veritas quia deus per ſui potentiam fecit vt ſcribitur. congregentur aque que ſub celo ſunt: ⁊ terra fiat arida ⁊c̃.

CIrca elemẽtarẽ quidẽ regionem etherea regio lucida a variatõe oĩ ſua ĩmutabili eẽntia immunis exiſtẽs motu ↄtinuo circularit' icedit: ⁊ hec a philoſophis quinta nuncupat' eſſentia. Cuius nouẽ ſunt ſphere ſicut in primo pertractatũ eſt: ſcilicet Lune Mercurij Ueneris Solis Martis Iouis Saturni Stellarũ fixaruꝫ ⁊ celi vltimi. Iſtaꝝ autẽ quelibet ſuperior inferiorẽꝫ ſpherice circundat.

POſtq̃ Auctor in ſupiori parte tractauit de regione elementari. In iſta parte tractat de regione celeſti. Et diuidit' iſta pars in partes tres. Nam in prima tractat de natura ⁊ motu ipſius ſimul: ⁊ in ſcda ex quibus ſpheris componitur: ⁊ in tertia de modo continentie ſpherarum. ſcda ibi [Cuius nouem ſunt ſphere ⁊c̃.] tertia ibi [Iſtaꝝ autem quelibet ⁊c̃.] Dicit de prima parte ꝙ ſupra elementarem regionem eſt etherea lucida: id eſt totum corpus celeſte compoſitum ex omnibus ſpheris que ab omni mutatione ⁊ peregrina impreſſione per ſuam eſſentiam ſtat immutabilis: ⁊ mouetur motu continuo circulariter: ⁊ iſta vocatur a phis eſſentia. Subaudi quia nõ eſt eſſentie terreſtris: nec aquee nec aeree nec ignee. ¶ Cuius nouem ſunt ⁊c̃.] Dicit ꝙ nouem ſunt ſphere ex quibus iſta quinta eſſentia componitur ſicut dictũ eſt. ſ. ſphera Lune: ſphera Mercurij: Ueneris: Solis: Martis: Iouis: Saturni: Stellaꝝ fixaꝝ: ⁊ ſphera primi mobilis ſiue none ſphere. ¶ Circa iſtam partem debetis notare ꝙ Auctor incepit a computatione ſpherarum a ſphera lune ⁊ non a primo a nobili: ⁊ ratio fuit iſta: quia tota virtus quinte eſſentie virtualr' reperitur in luna vt dicit Hipparcus in libro de trimenti nature: ⁊ propter hoc potiſſime ſoluere primo qõ a me querebant multotiens Eſculani dicentes quare ho

miſſes timent Lunam potius ꝙ̃ Solem vel Jouem cum Sol ſit nobilior Luna. Reſpondetis quia ſicut dicit Ptolomeus quarto de ac. ſe. Luna eſt ſicut ſubiectuꝫ. Alij planete ſunt tanꝙ̃ forme. Unde ſicut i ſubiecto eſt virtus forme ⁊ forma: ſic in Luna eſt virtus omnium planetarum ⁊ aliarum ſtellarum: quia primum mobile imprimit virtutem ſuam in octauam ſpheram octaua ſphera in ſpheram Saturni. Saturnus in ſpheram Jouis. Juppiter in ſpheram Martis. Mars in ſpheram Solis. Sol in ſpheram Ueneris. Uenus in ſpheram Mercurij. Mercurius in Lunam: ⁊ hic eſt tactus celi vlterius Luna cum omnibus influentijs agit in elementa: elementa alterant complexiones: complexionibus alteratis alterantur anime que in nobis ſunt: quia anime conſequuntur corpora: vt dicit philoſophus in principio ſue phyſionomie ⁊ iſte influentie quas recipit Luna dicuntur influentie communes. Recipit autem influentias ſpeciales ſicut per aſpectus ſtellarum vel per coniunctiones: ideo dicebat Segel habeto ergo Lunam ſignificatricem omnium rerum quia ſanitas illius eſt ſanitas omnis rei ⁊ detrimentum ipſius eſt detrimentum totius nature. Dicit Hermes primo de ſpe. ⁊ ō lu. ⁊ Hippocras primo pronoſticorum. eſt quoddam celeſte ſidus in quo medicum preuidere oportet: cuius ſi tanta fuerit prudentia admirabilis nimium erit: per tale ſidus vel ſignum intelligit ipſam lunaꝫ prout ipſa recipit diſpoſitiones omnium planetarum qua generatio ⁊ corruptio germināt in terrenis. De alijs proprietatibus Lune ⁊ aliarum ſtellarum tractabo cum expoſitiones faciam ſuper alios libros aſtrologie: ſed hic iſta ſufficiāt. ℭ Iſtaruꝫ autem ⁊c̃.] Dicit ꝙ quelibet iſtarum ſpherarum circundat circulariter inferiorem. ſ. Lunam: vel inferiorem ſcilicet elementarem regionem. Deinde cum dicit.

ℭ Quarum quidem duo ſunt motus. Unus eſt enim celi vltimi ſuper duas axis extremitates: ſcilicet polum arcticum ⁊ antarcticum ab oriente per occidentem in orientem iterum rediens: quē equinoctialis circulus per medium diuidit. Eſt etiam alius inferiorum ſpherarū motus per obliquuꝫ huic oppoſitus ſuper axes ſuos diſtātes a primis. xxiij. gradibus: ⁊. xxxiij. minutis. Sed primus omnes alias ſpheras ſecum impetu ſuo rapit infra diem ⁊ noctem circa terram ſemel: illis tamē contra nitentibus: vt octaua ſphera in centū annis gradu vno. Hunc ſiquidē motuꝫ ſcd̄m diuidit per medium zodiacus: ſub quo quilibet planetarum ſpheram habet propriā in qua defertur motu proprio contra celi vltimi motū: ⁊ in diuerſis ſpatijs tempoꝝ ipſum metitur: vt Saturnus in. xxx. annis Juppiter in. xij. Mars in duobus. Sol in. ccclxv. diebus ⁊ ſex horis fere. Uenus ⁊ Mercurius fere ſimiliter. Luna vero in. xxvij. diebꝰ ⁊ octo horis.


ℭ In iſta parte tractat de motu ⁊ diuiditur iſta pars i partes duas. nam in prima oſtendit ſpheraruꝫ duplicem motum primo de motu primi mobili exequendo. Secundo de motu aliarum ſpherarū. Secūda pars incipit ibi[Eſt autem alius inferiorum ⁊c̃.] Adhuc iſta diuiditur quia primo oſtendit motum aliarum ſpherarum eſſe oppoſitum motui primi mobilis. Et in tertio oſtendit potentiaꝫ primi motus: ⁊ per conſequens motum accidētalem aliarum ſpherarum ⁊ diuiſionem octaue ſphere a zodiaco et quomodo planete peragrant ipſum in diuerſis temporibus. ſecūda ibi[Sed primus omnes ⁊c̃.] tertia ibi[Hunc ſiquidem ſecundum ⁊c̃.] Dicit de prima ꝙ duo ſunt motus ſpherarum: vnus eſt firmamenti id eſt primi mobilis ſuper duas extremitates axis id eſt linee imaginate de polo ad polum: ⁊ iſte motus eſt ab oriente in occidens quem ſcilicet motum equinoctialis diuidit per medium ⁊ hic ē. ℭ Circa iſtam partem vos iuuenes duo debetis notare. Primum eſt ꝙ motus primi celi eſt ab oriente in occidentem ⁊ ſemper iſte motus eſt vniformis. Alij vero celi mouentur ab occidente in orientem contra iſtum motum: ⁊ dicitur iſte motus naturalis. Alius motus eorum eſt accidentalis: vt quia raptu primi mobilis mouentur ab oriente in occidenteꝫ circa terraꝫ ſemel. Exempli gratia imaginamini vnam rotam volui ⁊ formicam contra motum rote moueri motu naturali mouebit formica duplici motu ſcilicet naturali contra motum rote: ⁊ accidentali ſcilicet motu rote: ſic ergo accipite ſimile ⁊ in celo. ℭ Secundum notate ꝙ motuꝫ primi celi equinoctialis circulus diuidit per mediuꝫ vt patet in ſphera: ⁊ iſte equinoctialis dicitur tripliciter: ſcilicet equinoctialis equator diei ⁊ dicitur cingulus. Dicitur equinoctialis quia Sol attingens puncta: ſcilicet ipſius Arietis ⁊ Libre ſit equinoctiuꝫ per vniuerſam terram. Dicitur equator diei quia diem equat cum nocte vt ſupra dictum eſt. Dicitur cingulus quia ſicut cingulus vel coria diuidit corpora per mediuꝫ ſic iſte equinoctialis diuidit totum celum in duo equalia: quia equalit̃ diſtat a polo arctico ⁊ antarctico: vt patet in ſphera. ℭ Eſt alius inferiorum ⁊c̃.] Ponit motum naturalem aliarum ſpherarum ⁊ dicit ꝙ eſt alius motus aliarū ſpherarum a motu primi mobilis: quia motus aliarum eſt oppoſitus motui primi: ⁊ iſte motus eſt ſuper polos diſtantes a primis polis per viginti tres gradus. ℭ Circa iſtam partem eſt dubitatio. Utrum motus contrarius ſit in celo. ⁊ videtur ꝙ non tali ratione. Quorumlibet motuum contrarietas eſt a compoſitione contrariorum: ergo in quibus non eſt compoſitio contrariorum nec contrarietas in motu: ſed in corporibus celeſtibus nihil eſt cōtrarium nec in eis eſt contrarioruꝫ compoſitio: quare ⁊c̃. Maior huius propoſitiōis eſt nota: declaratur minor de mente philoſophi primo celi ⁊ mundi: qui dicit ꝙ motui ſimplici ⁊ circulari nihil eſt contrarium: ⁊ vocat motum ſimplicem motum totius celi quare in celo non erit dare contrarium motum. ℭ Iuxta quod eſt intelligendum propter ſolutionem rationis: quia cum motus terreſtriuꝫ dependeant a celeſtibus vt a cauſa qui motus ſunt varij ⁊ diuerſi ⁊ celum agat per motum ⁊ lumen: ⁊ ſic regulat ⁊ gubernat: quare vt eſſet a cauſa conſeruationis effectuum diuerſorum oportuit ipſum varijs ⁊ diuerſis motibꝰ moueri. Tamen in iſtis motibus non eſt contrarietas vera: ſed eſt quodammodo. Unde cum dicitur: motus celi ſunt contrarij. id eſt contra euntes quia vadunt inferiores ſphere contra primum mobile: que contrarietas eſt q̃dam motus proportio vt planete ſub ſignis radient tempore menſurato vt inde obſeruetur eſſentia inferiorum. Unde ad formaꝫ rationis cum dicitur quorumlibet motuum ⁊c̃. Dico ꝙ ratio iſta concludit in motu recto ⁊ nō in motu circulari: quia motus rectus eſt a compoſitione contrariorum: motus circularis nō eſt a compoſitione cōtrariorum. quare ⁊c̃. ℭ Sed primus ⁊c̃.] Dicit ꝙ motus primi mobilis omnes alios ſuo impetu rapit infra diē ⁊ noctem circa terram ſemel: tamen inferiores contra nituntur motu naturali: ⁊ iſto motu peragrant zodiacū vt

octaua

octaua ſphera in centrum annis gradu vno: ⁊ hoc eſt qđ dicit. ¶ Iuxta qđ eſt itelligēdū ꝙ de motu octaue ſphere eſt multiplex opinio. Quidā inſani capitis dicunt ꝙ non debemus addere aliquid ꝑpter motū octaue ſphere: quia non eſt error ſenſibilis et iſta opinio eſt digna riſu. Alij credunt ꝙ mot⁹ iſte fiat vltra ⁊ vltra ꝓcedēdo ſicut motus planetarū. id eſt a primo gradu Arietis in ſcđm ⁊ tertiū ⁊ quartū ⁊ quintū. Et ſic per oīa ſigna peragraret aliquā ſtellā per multa tēpora. Unde dicebant ꝙ ſicut luna in vigintiſeptē diebus ⁊ octo horis faciebat curſum ſuū. Saturnus in triginta annis ita ⁊ ſtelle fixe ſiue octaua ſphera totū peragrant zodiacū in triginta ſex milibus annorū ⁊ iſtius opinionis fuerunt Ptolomeus Albumaſar ⁊ Alphagranus. Unde vnus poſuit motum octaue ſphere quinquaginta quinque. ſcđa per annū ⁊ ſic vniformiter ⁊ equaliter in eternū: alius poſuit triginta ſex ſcđa ī vno anno. Sed iſta eſt opinio vera iſtius motus ⁊ motus iſte non vniformis eſt nec procedit vltra decē gradus ad plus. Sȝ tūc quelibet ſtella circuendo reuertit̃ ad locum ſuū. Exēpli grā qñ fuit initium arietis in ſeptētrione equinoctialis ⁊ zodiaci: ſtella que tunc fuit in medietate latitudinis zodiaci in q̄nto gradu Arietis egreſſa eſt de linea que eſt in medietate zodiaci ⁊ aſcendit ſupra paruū ⁊ paruū circulariter mouebat̃ quaſi in circulo cuius cētrum erat in ipſa ſeptētrione: aſcendit itaq̄ȝ illa ſtella ad ſuperiorem partem illius parui circuli: ⁊ poſtea deſcendit de illo paruo circulo ⁊ reuerſa eſt ad mediam lineam zodiaci ⁊ ex illa parte in plaga auſtrali. Tunc deſcendit illa ſtella ſub linea illa ⁊ ſic peragrando illum circulum totum reuerſa eſt ad locum priorem vnde exiuit: ⁊ iſto motu mouentur omnes alie ſtelle. Et hoc nihil aliud eſt niſi ꝙ ſphera ſtellarū voluitur ſuper duo puncta que poli dicuntur: qui poli non ſunt bene firmi aut fixi: ſed titubant ⁊ inclinantur ⁊ deuiantur ſicut barcha in mari. Hijs vero dictis reſpice ad figuram. ¶ Hunc ſiquidem ⁊c.] Dicit ꝙ motum ſecundum ſcilicet octaue ſphere zodiacus diuidit per medium: ſub quo zodiaco quilibet planetarum habet ſpherā propriam in qua mouetur proprio motu ⁊ in diuerſis ſpatijs temporum complet curſum ſuum vt Saturnus in triginta annis. Iuppiter in duodecim annis. Mars in duobus. Sol in trecentum ſexaginta quinque diebus ⁊ ſex horis. Venus Mercurius fere in eodem tempore cū Sole. Luna in vigintiſeptem diebus ⁊ octo horis: ⁊ hoc eſt quod dicit. ¶ Iuxta quod eſt intelligendum ꝙ zodiacus diuidit octauam ſpheram ⁊ ſub ipſo zodiaco mouentur omnes planete motu naturali: vt patet in ſphera: qui vero zodiacus triplici nomine nuncupatur videlicet circulus obliquus Zodiacus ⁊ ſignifer. Vocatur ab Ariſtotile ſecūdo de gñatione: obliquus circulus dicit ꝙ ſm acceſſum ⁊ receſſum planetarum per circulum obliquum ⁊ zodiacum fiunt generationes ⁊ corruptiones. Vocatur zodiacus a zoe quod eſt vita quia per motum planetarum ſub ipſo eſt vita omnibus inferioribus. Vocatur ſignifer quaſi ſigna ferens quia in eo ſunt ſigna vt aries ⁊ cetera.

¶ De celi reuolutione.

Quod autē celum voluat̃ ab oriente in occidentem ſignum eſt. Stelle que oriuntur in oriēte: ſemꝑ eleuant̃ paulatim ⁊ ſucceſſiue quouſq̄ȝ in medium celi veniant: ⁊ ſunt ſemper in eadem ꝓpinquitate ⁊ remotione adinuicē: ⁊ ita ſemper ſe habentes tēdunt in occaſū continue ⁊ vniformiter. Eſt ⁊ aliud ſignū.



Stelle q̄ ſūt iuxta polū arcticū: que nobis nunq̄ȝ occidunt mouent̃ cōtinue ⁊ vniformiter circa polū dſcribendo circulos ſuos: ⁊ ſemper ſunt inequali diſtantia adinuicē ⁊ propinquitate. Unde per iſtos duos motus continuos ſtellarum tam tendentium ad occaſum q̄ȝ non: patet ꝙ firmamentū mouetur ab oriente in occidentem.

Oſtenſo ſupra de numero partium vniuerſi ⁊ de ordine motu ſitu ⁊ figura. In iſta parte eſt Auctoris intentio tractare de primis ⁊ extremis partibus vniuerſi: videlicet de celo ⁊ terra. Et diuiditur iſta pars in partes duas. Nam in prima oſtendit celum moueri ⁊ habere formam rotundam: ⁊ in ſcđa de terra. ſecunda ibi[Quod autem terra ſit rotunda ⁊c.] Nam primo dat intentum. Secundo declarat per aliud ſignū: ⁊ in tertio concludit. ſecūda ibi[Eſt aūt aliud ſignū. Tertia ibi[Unde per iſtos ⁊c.] Dicit de prima ꝙ celum moueatur de oriente in occidentem eſt iſtud ſignum: quia ſtelle que oriuntur in orientem eleuantur paulatim ⁊ ſucceſſiue quouſq̄ȝ veniant ad medium celi ⁊ ſemper ſunt in eadem propinquitate ⁊ remotione adinuicem. Et ita ſemper ſe habentes tendunt vniformiter ad occaſum: ⁊ hoc eſt quod dicit. ¶ Circa iſtam partem eſt vna breuis dubitatio. Et primo vtrum celum moueatur: ⁊ videtur ꝙ non iſta ratione. Nobiliori corpori nobilior debetur diſpoſitio. Sed nullum corpus nobilius eſt corpore celeſti: quare ⁊c. Sed quies eſt nobilior diſpoſitio quam ſit motus: quare ⁊c. maior huius rationis eſt nota. Declaro minorem. nā quies eſt nobilior motu inquantum dicit actum. Motus vero dicit potētiam: quia motus eſt actus entis in potentia. ergo debetur celo quieſcere potius q̄ȝ moueri. ¶ Ad queſtionem dico breuiter: quia ſententia eſt cōmunis ꝙ celum mouet̃. Et motus eſt ei nobilior diſpoſitio q̄ȝ ſit quies: ⁊ eſt ratio quia illud quo agens ſuum attingit finem: eſt ei nobilior diſpoſitio q̄ȝ id quo non poteſt. Sed celum ꝑ motum attingit ſuum finem qui eſt conſeruare generationem iferiorū: ⁊ per quieſcere non poſſet: quare ⁊c. ¶ Ad rationem dico ꝙ ſimplr loquendo quies eſt nobilior diſpoſitio q̄ȝ ſit motus. Non tamē quo ad finem celi: quia finis celi eſt ꝯſeruare actum inferiorum quē non poſſet conſequi per quietē. ergo ei debetur moueri potius q̄ȝ quieſcere. ¶ Eſt autem aliud ſignum ⁊c.] In iſta parte dicit ꝙ eſt aliud ſignum ꝙ celū moueatur: quia ſtelle que ſunt iuxta polum arcticū. ſ. ille ſeptem ſtelle que ſunt perpetue apparitionis que nunq̄ȝ occidunt mouentur continue ⁊ vniformiter circa polum arcticum deſcribendo circulos ſuos: ⁊ ſunt in eadem propinquitate ⁊ equali diſtantia. ¶ Circa iſtam partem vos iuuenes duo debetis notare. Primo ꝙ iſte ſeptem ſtelle que ſemper nobis apparēt non tēdūt ad occaſū nec oriūtur: cauſa eſt breuitas circuli earum. Scđo vt cognoſcatis tramōtanā vbi eſt ſumma celi altitudo. Scire debetis ꝙ ſupra iſtas ſeptem ſtellas que dicunt̃ plauſtrum ſunt due ſtelle magne ⁊ eiuſdem quātitatis que vocantur duo fratres: ⁊ ſunt de natura Mercurij ⁊ formalr agūt vt Mercurius: ⁊ ſuper iſtas duas ſtellas eſt tramontana que declinat potius ad palledinem q̄ȝ ad rubedinē: ⁊ circa ipſam ſunt infinite ſtelle: ⁊ melius apparet cum luna non fuerit

ſup̃ra orizontem. ℂ Unde per iſtos duos ⁊c.] Dicit q̄ p̄ iſtos duos motus continuos ſtellarum tā tendentiū ad occaſum ſubaudi que oriuntur ⁊ occidunt: tū nō tēdentium ſubaudi de ſeptem ſtellis que ſunt prope polum: patet q̄ firmamentū mouet̄ ab oriente ī occidēs: ⁊ h̄ eſt qd̄ dicit.

ℂ De celi rotunditate

Quod autē ſit celū rotundū: triplex eſt rō: ſimilitudo: cōmoditas: ⁊ neceſſitas. Similitudo eni: qm̄ mundus ſenſibilis factus ē ad ſimilitudinē mundi archetypi: in quo non eſt pricipiū neq̄ finis. Unde ad hui⁹ ſimilitudinē mundus ſenſibilis habet formā rotundā: ī qua non eſt aſſignare principiū neq̄ finem.

Oſtēſo q̄ auctor in ſuperiori parte oſtēdit celum eſſe mobile de oriente in occidens per duo ſigna. In iſta parte oſtendit celum eſſe rotundum. Et diuidit̄ iſta pars in partes duas: et in prima dat itentū: ⁊ in ſcda proſequit̄. ſcda ibi Similitudo ⁊c.] Et hec pars diuidit̄ in partes quatuor. Nā in p̄ma oſtendit rotunditatē celi per ſilitudinē. Scd̄o per cōmoditatē. Tertio per neceſſitatem. Quarto per auctoritatē. ſcda incipit ibi Cōmoditas.] tertia ibi Neceſſitas.] qrta ibi Dicit Alphagrani⁹.] Dicit de p̄ma parte q̄ atit ipſum celū ſit rotūdū: triplex eſt ratio. Prima eſt ſiltudo. alia eſt cōmoditas. ⁊ tertia eſt neceſſitas. ℂ Iuxta qd̄ eſt itelligēdū qd̄ dicit q̄ eſt ratio triplex q̄ celū ſit rotundū: dicit q̄ eſt ſiltudo: q2 ſimilitudo iſtius mūdi ante ſecula erat in mēte diuina: ſicut ſpecies future domus in domificatore. Sed cū i p̄ſentia dei ſit illud qd̄ eſt excellentius ⁊ qd̄ eſt nobilius: ⁊ qd̄ eſt cōmodius ⁊ magis neceſſarium ad cauſandū: ergo ſimilitudo iſtius mundi ſenſibilis ante eius creationem erat vna cauſa q̄ celū deberet eſſe ſpherice figure. Sed illud qd̄ eſt in preſentia diuina ſub forma prepoſiti neceſſario euenit q̄uis talis preſentia nō iponat neceſſitatē in humanis: vt Theologi dicunt. Cōmoditas eſt alia rō q2 deus ⁊ natura: q̄ melius eſt operatur. Unde cū in prouidētia ſua in qua nō cadit error vidit q̄ celum debebat oīa cōtinere. dedit ei formā q̄ eſt capaciſſima figurarū: ⁊ hec eſt rotūda. ergo cōmoditas eſt ratio q̄ celum ſit rotundū. Neceſſitas eſt alia rō q2 vidēs diuina natura q̄ ſi erat celū alterius figure: vt puta trilatere vel quatrilatere tunc erat dare corpus ſine loco: ⁊ locus ſine corpore: vt apparebit infra. ergo ſimilitudo commoditas ⁊ neceſſitas fuit ratio vt celū eſſet rotunde figure. ℂ Similitudo ⁊c.] In iſta parte probat celū eſſe rotundū per ſilitudinem: ⁊ dicit q̄ mundus iſte ſenſibilis factus eſt ⁊ habuit formam rotundam. Iuxta quā partem debetis notare q̄ mundus iſte archetypus dicit̄ illa ſpecies iſtius mundi ſenſibilis que ante ſecula erat in mente diuina. Et dicitur archetypus ab archos quod eſt principalis. Et ſicut deus non habuit nec principium nec finem ſic iſta ſimilitudo non habuit nec principium nec finem. Scd̄o debetis ſcire q̄ creatio mundi quatuor modis dicit̄. Primo anno añ ſecula p̄ut vniuerſitas mūdi in mēte diuina cōcipit̄: que conceptio ſiue ſiltudo archetypus mundus dicit̄. Unde ſcribit̄ theologice. Qd̄ factum eſt in ipſo vita erat. Scd̄o creatio mundi dicitur: que ad exemplū p̄mi hic ſenſibilis mundus mālis creatur. Unde ſcribitur theologice. Qui manet in eternum creauit oīa ſimul. Tertio dicitur creatio mundi cum per formas ⁊ ſpecies in ſex diebus deus fecit opera ſua valde bona: vt ſcribit̄ theologice. Creauit deus celum ⁊ terrā ⁊ oīa que in eis ſunt. Quarto ⁊ vltimo dicit̄ mundi creatio cū vnum ens ab alio ſeparauit: vt hoiem ab hoie: arborem ab arbore: vt vnumquodq̄ de ſui generis ſemine naſcatur. Sed hic auctor accipit ſecundo modo.

ℂ Cōmoditas quia oīuz corpoꝝ hyſoperimetrorū ſphera maximū eſt: oīuz etiā formarū rotunda eſt capaciſſima: quoniā igit̄ maximū ⁊ rotundum: ideo capaciſſimum: vnde cū mūdus oīa contineat: talis forma fuit illi vtilis ⁊ commoda.

ℂ In iſta parte probat celum eſſe rotundū per cōmoditatem. Et dicit q̄ ſm̄ commoditatem celū debet eſſe rotūdū quia corpus rotundum eſt maximū oīuz corpoꝝ hyſoperimetrorū: ⁊ ſubaudi corporum que mēſurant̄ forma circulari: ⁊ forma rotunda eſt capaciſſima oīum figurarum: quia ſphericū eſt maximū rotundū: ideo capaciſſimum. Unde cum mundus cōtineat oīa tali forma eſt ei vtilis ⁊ commoda. Circa iſtam partē debetis intelligere q̄ corp⁹ hyſoperimetrorum dicit̄ corpus mēſurabile menſura circulari. Cuius ſpēs ſunt: ſphericū columnale: coniale: pyramidale. Sed iter oēs ſpecies ſphericum eſt magis rotundum: ⁊ per cōſequens capaciſſimum. Aliud debetis ſcire quod dicit: q̄ forma rotunda eſt capaciſſima oīum figurarum: ⁊ videt̄ oculata fide alijs demonſtrationibus pretermiſſis accipite cerā liquidā ⁊ faciatis vnā formā rotundā ad modū ſchyphi ⁊ impleatis illā aqua ⁊ poſtea cōſeruetis. Et ex eadē cera faciatis forma triangularem vel quadrangularem: ⁊ ſic partē cere vt prius extendatis videbitis q̄ triangularis forma nō erit capax illi⁹ aque.


ℂ Neceſſitas: quoniā ſi mūd⁹ eēt alteri⁹ forme q̄ʒ rotūde: ſcilicet trilatere vl̄ quatrilatere vel multilatere ſequerentur duo ipoſſibilia. ſ. q̄ aliq̄s locus eſſet vacuus: ⁊ corpus ſine loco: quorū vtrūq̄ falſum eſt: ſicut patet in angulis eleuatis ⁊ circumuolutis.

ℂ In hec parte oſtendit celum eſſe rotundum per neceſſitatem: ⁊ dicit q̄ ex neceſſitate mundus debebat eſſe rotundus: quia ſi eſſet alterius figure: vt puta ſcilicet triangularis ⁊ quadrāgularis: ſequeretur q̄ aut eſſet locus vacuus aut ſine corpore: aut corpus ſine loco: quorum vtrūq̄ eſt falſum: vt ponit exemplum in angulis eleuatis ⁊ circumuolutis. Iuxta quod debetis ſcire vos iuuenes vt intelligatis q̄ auctor dicit q̄ ſi celum eſſet trilatere vel quadrilatere vel multilatere: tunc eſſet locus vacuus ⁊ ſine corpore vel corpus ſine loco. Imaginamini celum eſſe quadrāgulare: ⁊ extra celum nō eſſe aliquid: cum prima pars celi eleuaretur in loco in quo fuit prius: pars illa eſſet vacua: ⁊ illa pars eleuata eſſet vbi non eſſet locus: vt ſic loquar ⁊ ſic intelligatis.



ℂ Itē ſic dicit Alphagran⁹ ſi celū eēt planū: aliq̄ ps celi eēt nobis ꝓpīgor alia: illa ſcilʒ q̄ eēt ſupra caput nr̄m: igit̄ ſtella ibi exiſtēs eēt nob̄ ꝓpiquior q̄ʒ exiſtēs ī ortu vl̄ occaſu Sed q̄ nobis propiquiora ſunt maiora vident̄. Ergo ſol vel alia ſtella exiſtens in medio celi maior videri deberet q̄ʒ exiſtēs ī ortu vel

vel occaſu: cui⁹ ↄtriū videm⁹ ↄtingere. Maior eni appet ſol vel alia ſtella exiſtēs i oriente vel occidēte ꝙ̄ in medio celi: ſed cū rei veritas ita non ſit. Huius apparentie cā eſt: ꝙ in tpe hyemali vel pluuiali quidā vapores aſcēdūt inter aſpectuʒ nr̄m ⁊ ſolē vel aliam ſtellam ⁊ cū illi vapores ſint corpus diaphanum diſgregant radios nr̄os viſuales: ita ꝙ nō cōprehendunt rē in ſua naturali ⁊ ve-






ra ꝙ̄titate: ſicut pʒ de denario ꝓiecto in fundo aque limpide q pp ſilem diſgregationē radioꝝ appet maioris ꝙ̄ ſue vere ꝙ̄titatis.

¶ In iſta parte probat per auctoritatē ip̄i⁹ Alphagrāi. Et diuidit̄ iſta ps in ptes ꝙ̄tuor. Nā in pma ꝓbat p auctoritatē ipſius Alphagrani. Et in ſcd̄o oſ̄ndit p rōnē. In tertia mouet qd̄dā dubiū. Et in quarta ſoluit. Scd̄a ibi [Sʒ q̄ ꝓpiquiora.] Tertia ibi [Maior eni appet ſol.] Quarta ibi [Huius cā apparētia ⁊c̄.] Dicit de iſta pte ꝙ Alphagranus dicit ꝙ ſi celū eēt planū: aliq̄ ps celi eſſet nobis magis ꝓpinq̄: vꝫ pūcta illa que eſſet ſupra caput nr̄m. Et ſtella q̄ eſſet ſupra caput nr̄m deberet maior appere ꝙ̄ ſtella q̄ eſſet in ortu vel occaſu. ¶ Sʒ que ꝓpingora.] In iſta perte ponit aliam rōnem ⁊ dicit ꝙ illa que ſunt magis ꝓpinqua nobis apparerent maiora. Sol ergo exiſtēs in medio celi deberet videri maior ꝙ̄ exiſtens in ortu vel occaſu cuius cōtrariū apparet. ¶ Maior ei ⁊c̄.] Hic mouet qd̄daʒ dubiū ⁊ dicit ꝙ maior appet Sol vel alia ſtella exiſtēs in oriente vel in occidēte ꝙ̄ in medio celi ꝙ̄tuis rei veritas nō ſit ita. ¶ Huius cauſa ⁊c̄.] Hic ſoluit ⁊ dicit ꝙ cauſa huius apparentie eſt iſta q2 qdā vapores aſcendūt inter aſpectum noſtrum ⁊ ſolē vel aliā ſtellā. ⁊ cum illi vapores ſint corpus diaphanum diſgregant radios noſtros viſibiles ita ꝙ non comprehendunt rem in ſua vā ꝙ̄titate ſicut patet de denario proiecto in profundo aque liquide qui propter diſgregationem radiorum apparet maioris quantitatis ꝙ̄ ſit in veritate rei ⁊ hoc eſt quod dicit.

¶ Q terra ſit rotunda

Quod etiā terra ſit rotūda ſic patet. Signa ⁊ ſtelle nō equaliter oriunt̄ ⁊ occidūt oībus hoībus vbiq; exiſtentibus: ſed prius oriunt̄ ⁊ occidunt illis qui ſunt vel verſus orienteʒ: ⁊ ꝙ citius ⁊ tardius oriuntur ⁊ occidunt quibuſdam: cauſa eſt tumor terre: qd̄ bn̄ patet per ea que ſiunt in ſublimi. Una enim ⁊ eadem eclipſis lune numero (que apparet nobis in prima hora noctis) appet orientalibus circa horā noctis tertiā. Un̄ ↄſtat ꝙ pri⁹ fuit illis nox ⁊ ſol prius eis occidit ꝙ̄ nobis. Cuius rei cā eſt tantū tumor terre. Q terra etiam habeat tumoroſitatem a ſeptētriōe in auſtrū: ⁊ ecōtra ſic patet. Exiſtentibus verſus ſeptētrionē qdā ſtelle ſunt ſempiterne apparitiōis ſcilicet q̄ ꝓpinque accedūt ad polū arcticum: alie vero ſunt ſempitern occultationis ſicut ille q̄ ſunt ꝓpique polo ātarctico. Si igit̄ aliqs ꝓcederet a ſeptētrione verſus auſtrū: itm̄ poſſet ꝓcedere: ꝙ ſtelle q̄ prius erāt ei ſempiterne apparitiōis: ei iā tenderēt in occaſū: ⁊ ꝙ̄to magis accederet ad auſtrū tāto plus mouerēt in occaſū. Ille iteꝝ idē hō poſſet videre ſtellas q̄ pri⁹ fuerāt ei ſempiterne occultationis. Et ecōuerſo cōtigeret alicui ꝓcedenti ab auſtro verſus ſeptētrionē. Huius autē rei cauſa eſt tumor terre. Item ſi terra eſſet plana ab oriente in occidētē: taʒ cito orirētur ſtelle occidētalibus ꝙ̄ orientalibus: qd̄ pʒ eſſe falſuʒ. Itē ſi terra eſſet plana a ſeptētrione in auſtrū: ⁊ ecōtra. Stelle q̄ eſſent alicui ſempiterne apparitionis: ſemꝑ apparerēt ei quocūq; ꝓcederent: qd̄ falſuʒ eſt. Sed ꝙ plana ſit pre nimia eius quātitate hominum viſui apparet.






Oſtquam Auctor i ſuperiori parte docuit figuram ſuperiorum: in iſta parte oſtēdit duo inferiora. ſ. terram ⁊ aquam eſſe ſphérice figure. Diuiditur iſta pars in duaſ. nam in prima oſtendit figuram terre ⁊ in ſecunda figuram aque. ſecunda ibi [Q autem aqua] Dicit de prima parte ꝙ terra ſit rotunda patet ⁊ hoc eſt notum. ¶ Stelle ⁊c̄.] In iſta parte probat intentū ſuū ⁊ diuidit̄ iſta pars in tribus. ſecunda ibi [Quod autem orientalibus ⁊c̄.] Tertia ibi [Unde conſtat ꝙ prius ⁊c̄.] Dicit ꝙ iſtud eſt ſignum ꝙ terra ſit rotūda q2 ſigna ⁊ ſtelle non in vna hora nec equaliter oriunt̄ oībus exiſtentibus in omni loco: ſed prius ſtelle oriuntur ⁊ occidunt illis qui ſunt in oriēte ꝙ̄ illis qui ſunt iuxta occidentem: ⁊ huius rei nō eſt alia cauſa niſi tu

mo: .i. rotunditas terre. ¶ Quod autem ⁊c.] Hic ponit declarationem minoris ⁊ dicit ꝙ autē ſubaudi hoc ſit verum ꝙ orientalibus citius ſtelle ꝙ̃ occidentalibus oriantur patet per illud quod apparet in altis ſicut in obſcuritate lune: q: vna ⁊ eadem obſcuritas minor apparet nobis ī prima hora noctis que apparet illis de oriente in hora tertia. ¶ Unde conſtat ⁊c.] Hic concludit ⁊ dicit ꝙ ex hꝭ dictis conſtat ꝙ prius illis fuit nox ⁊ ſol prius occidit illis cuius occaſus cauſa eſt tumor terre. ¶ Circa quam partem vos iuuenes debetis ſcire ꝙ terra que eſt habitabilis diuiditur in ſeptem partes que partes climata vocantur ⁊ iſtorum climatum vnum ſuccedit alteri ſicut gradus ſcalarum. Unde primum eſt ſupra ſecundum. Secundum ſupra tertium ⁊ ſic de alijs. Et vnumquodqꝫ iſtorum habet ſuum occidens ⁊ ſuum oriens. Unde cum ſol oritur in primo climate non oritur in ſecūdo propter tumorem terre. ſed quandocunqꝫ ſol eſt in occidente vnius climatis eſt in oriente alterius ſuccedentis. Et hoc eſt quod dicit ponēdo exemplum de obſcuritate lune. ¶ Circa iſtam partem eſt vna dubitatio vtrum terra ſit ſpherice figure. ⁊ videtur ꝙ non. nam dicit Euclides ꝙ ſphera non tangit ſuperficiem niſi in puncto indiuiſibili. Sed in quācunqꝫ partem terre corpus rectum aliquod applicetur non tanget ipſuꝫ in puncto indiuiſibili: ſed in ſuperficie magna quare terra vt videtur non eſt ſpherice figure. ¶ Preterea omne ſphericum eſt vniforme: ſed terra non eſt vniformis in ſui rotunditate: ergo terra non eſt ſpherica. Maior huius rationis eſt nota: declaro minorem. Nam in terra ſunt montes ⁊ colles ⁊ valles ⁊ multa alia que impediunt rotunditatem terre. ¶ In oppoſituꝫ cuiuſlibet corporis ſimplicis eſt figura ſimplex: ſed figura circularis eſt figura ſimplex ergo terra cum ſit figura ſimplex eſt figure circularis: maior huius rationis eſt nota declaratur minor. Nam elementum eſt corpus ſimplex vt ponit philoſophus quinto metaphyſice quare ⁊c. Unde ad primum cum dicitur ꝙ ſphera non tangit ſuperficiem niſi in puncto. dico ꝙ ſphera eſt duplex ſcilicet mathematica ⁊ naturalis. Euclides intendit d̄ mathematica ⁊ non de naturali. q: ſphera naturalis tangit ſuperficiem ſm̄ magnitudinem diuiſibilem: naꝫ multotiens accidit mathematicis quod non accidit naturalibus. ¶ Ad ſecundum cum dicitur ꝙ omne ſphericum eſt vniforme ſit ita. Sed terra non eſt vniformis in ſua rotunditate. Dico ꝙ quamuis terra quo ad ſuperficiē non ſit rotunda tamen quo ad totuꝫ corpus eſt rotunda: ⁊ ſic eſt vniformis: ⁊ ſic non montes nec colles eam impediunt quia maior mons non addit ſupra terram ſicut minor pilus ſupra bouem. ¶ Quod autē terra habeat ⁊c.] In iſta parte probat intentum ⁊ dicit ꝙ terra tumorem habeat de ſeptentrione in auſtrum ⁊ econtra ſubaudi iſtō eſt ſignum: q: illis qui ſunt in ſeptentrione quedam ſtelle ſunt eis in perpetua viſione ſubaudi ſtelle que dicunē plauſtrum que accedunt ad polum arcticum ⁊ alie ſtelle ſemper occultantur que ſunt propinque polo antarctico. Unde dicit ipſe ꝙ ſi aliquis iret de ſeptentrione in auſtrū intantum poſſet ire ꝙ iſte ſtelle que apparebant ei occultarētur: ⁊ quanto magis accederet verſus auſtrum: tanto ille ſtelle magis occultarentur: ⁊ poſſet idē homo videre iſtas ſtellas que non apparebant ei ſubaudi que ſunt contra polum antarcticum. Et hoc idem poſſet accidere venienti de auſtro in ſeptentrionem. Cauſa autem huius non eſt niſi tumor terre. Et hoc eſt quod dicit. ¶ Itē ſi terra ⁊c.] hic probat terram eſſe rotundā per rationes deducentes ꝑ impoſſibile: ⁊ diuiditur iſta pars in tres. Nam in ꝑma parte ponit vnā: ⁊ in ſcđa aliā. Et ī vltīa ꝑſtr dat ſignū q̄re terra dicatur plana. Scđa ibi. [Itē ſi terra ⁊c.] Tertia ibi. [Sꝫ ꝙ plana ⁊c.] Sed ꝙ plana ⁊c. Dicit de ꝑma ꝙ ſi terra eſſet plana: tam cito orirentur ſtelle occidentalibus ꝙ̃ orientalibus: ſed hoc eſt falſum: quare ſubaudi terra eſt rotunda. ¶ Item ſi terra ⁊c.] Hic ponit aliam ⁊ dicit ꝙ ſi terre eſſet plana de ſeptentrione in auſtrum. Stelle que ſemper ſunt perpetue apparitionis ſemper apperēt quocunqꝫ hō iret. ſed hoc eſt falſum. ſubaudi q: ſi nos ſumus hic poſſemus ire verſus auſtrum: ⁊ ſic nō videremꝰ iſtas ſtellas: ſed illas alias que ſub nobis ſunt. ¶ Sed ꝙ plana.] Hic ponit q̄re terra appareat plana: ⁊ dicit ꝙ propter nimiā q̄titateꝫ ipſius terre plana videtur aſpectui noſtro. Subaudi ſicut Fracia: Alemania: ⁊ Lōbardia: ⁊ hoc eſt quod dicit.

¶ Q aqua ſit rotunda.

Quod autem aqua hēat tumorem ⁊ accedat ad rotunditateꝫ ſic patet Ponaē ſignuꝫ in littore maris: ⁊ exeat nauis a portu: ⁊ intm̄ elōget ꝙ oculus exiſtens iuxta pedē mali nō poſſit videre ſignū. Stante vero naui oculus eiuſdē exiſtētis in ſummitate mali bñ videbit ſignū illud. Sed oculus exiſtētis iuxta pedeꝫ mali melius deberet videre ſignū ꝙ̃ q eſt ī ſummitate: ſicut pꝫ ꝑ lineas ductas ab vtroqꝫ ad ſignuꝫ: ⁊ nulla alia huius rei cā ē ꝙ̃ tumor aque. Excludantur. n. oīa alia impedimenta: ſicut nebule ⁊ vapores aſcendentes. Item cum aqua ſit corpus homogeneum



totum cū partibus eiuſdē erit rationis: ſed partes aque (ſicut in guttulis ⁊ roribus herbarum accidit) rotundam naturaliter appetūt formā: ergo ⁊ totum cuius ſunt partes.

Uperius oſtendit auctor terraꝫ eſſe rotundā: in iſta parte probat aquam eſſe ſpherice figure. Et diuiditur iſta pars in duas. Nam in ꝑma probat aquam eſſe rotundam per ſignū. in ſecunda per rationem. ſecunda ibi. [Item cūꝫ aqua ſit corpus ⁊c.] Prima pars poſſet diuidi ſed nō curo. Dicit de prima parte ꝙ aqua ſit rotunda patet: ponatur ſignum dicit ipſe in littore maris: ⁊ recedat nauis a portu: ⁊ intantum elongetur ꝙ oculus illius qui ſtat in pede arboris non videat ſignum quieſcente naui oculus illius qui ſtat in ſummitate naui bene videbit illud ſignū. Sed oculus exiſtens in pede mali melius deberet videre illud ſignum ꝙ̃ ille q eſt in ſūmitate: eo q: magis ꝓpe eſt ſicut patet per lineas ductas ab vtroqꝫ ad ſignuꝫ. Et huius rei non eſt alia cauſa ꝙ̃ tumor aque. Excludit qꝺdaꝫ dubiū ⁊ dicit: poſſet aliquis dicere ꝙ in mari qñqꝫ eſt aſcēſus vapoꝝ ꝓpter quos ille qui ſtat in ſūmitate mali nō poſſet

Aliud videre quare ratio non valet. Et ideo dicit q̄ oia iſta excludant̄ .ſ. vapores ꝛ nebule aſcendentes. ¶ Item cum aqua ꝛc̄.] Hic probat aquam eſſe rotundam per rationes ꝛ dicit ſic. Omne corpus homogeneum eſt eiuſdē nature cū toto ꝛ parte. Sed aqua eſt eiuſmodi quare ꝛc̄. ergo eſt eiuſdē nature ꝛ rationis. Cum ergo partes aque ſint rotūde. vt patet in guttis ꝛ roris guttulis cadentibus ſup herbas: ergo ꝛ tota herba que erit eiuſdem figure. Et hoc eſt quod dicit. Circa iſtam partem eſt dubitatio vtrum aqua ſit rotunde figure: ꝛ videtur q̄ non.

¶ Q̄ terra ſit centrum mundi.

Quod aūt terra ſit in medio firmamēti ſita ſic pꝫ. Exiſtentibꝰ in ſupficie terre ſtelle apparent eiuſdem quātitatis ſiue ſint in medio celi: ſiue iuxta ortū: ſiue iuxta occaſum: ꝛ hoc qꝛ terra eq̄lr̄ diſtat ab eis. Si eniꝫ terra magis accederet ad firmamētū in vna pte q̄ꝫ i alia aliqs exn̄s in alia pte ſupficiei terre que magis accederet ad firmamētū nō videret celi medietatē: ſꝫ hoc eſt ꝯtra Ptolomeū ꝛ oēs phos dicētes q̄ vbicūqꝫ exiſtat hō ſex ſigna oriunt̄ ei: ꝛ ſex occidūt: ꝛ medietas celi ſemper apparet ei. medietas vō occultatur.

Poſtq̃ auctor in ſuperiori parte oſtēdit figuras terre ꝛ aque. In iſta parte determinat de ſitu ipſius terre: ꝛ diuidit̄ iſta pars in duas. Nam in prima dat intētum: ꝛ in ſecunda proſequitur. ſcđa ibi [Exiſtentibus.] Et dicit de prima parte q̄ aūt terra ſit in medio: patet ſic [Exiſtentibus ꝛc̄.] In iſta parte proſequitur: ꝛ iſte pars diuiditur in tres. Nam in prima hic oſtendit per ſignum demonſtratiuum: ꝛ in ſecunda per ſignum deducens ad impoſſibile. ꝛ in tertia oſtendit quantitatē terre eſſe nullaꝫ reſpectu celi. ſecunda ibi [Si terra magis accederet.] Secunda incipit [Illud idem ꝛc̄.] Dicit de prima parte q̄ terra ſit in medio. Patet per hoc ſignum quia ſtelle ſiue ſint in ortu ſiue in occaſu ſiue in medio celi apparent eiuſdem quantitatis exiſtentibus in ſuperficie terre. Et hoc eſt q̄ terra equaliter diſtat a celo. ¶ Iuxta quam partem debetis intelligere q̄ terra ſtat in medio tribus de cauſis. Nam vt alias dixi vobis q̄ quatuor ſunt planete qui tenent quatuor elementa in forma. Nam luna tenet aquam. Mercurius tenet aerem. Mars tenet ignem. Saturnus terram. Nam cum Saturnus ſit frigide ꝛ ſicce cōplexionis effectiue inſpiſſat alia elemēta ſuis radijs: que expiſſata virtute radiorum comprimunt partem terre: ꝛ hec pars appoſita comprimit aliam partem terre: vt moueatur ad medium. Et cum medium ſit imobile: ideo terra eſt in medio imobilis. Alia eſt cauſa: vt equaliter diſtaret a toto celo. Nam terra remota a virtute prime nature ſiue prime eſſentie: nō poteſt participare nobilitatem prime eſſentie per motum: ſed potius per quietem. Idcirco eſt quies ꝛ ſtatus omniuꝫ que in ipſa ſunt. Et iſte ſunt rationes que reddi poſſunt in lumine nature. ¶ Sed alia eſt ratio veritatis: quia deus qui fecit celum ꝛ terram ꝛ omnia que in eis ſunt poſuit terraꝫ in medio fixam vt celū volueretur circa ipſam motu ſuo: vt dicit propheta. Firmauit orbem ſuum: quod non commouebitur: vt celum: ꝛ ſtelle voluerentur circa ipſam motu ſuo. Unde diuina ſuſtentatur potentia in medio velut punctus: vt ſcribitur theologice. Ne timeas me ait deus: quia ſuſpendi terram in funiculo. fundatam. eſt enim ſupra ſtabilitateꝫ ſuam. ¶ Si terra magis ꝛc̄.] In iſta parte probat per ſignum deducens per impoſſibile. Et dicit q̄ hoc eſt ſignuꝫ in medio: q̄ ſi terra appropinquaret magis ad firmamentum in vna parte q̄ꝫ in alia: ille qui ſtaret in illa parte non poſſet videre medietatem firmamenti. Sed hoc eſt contra omnes philoſophos qui dicūt q̄ vbicunqꝫ exiſtat homo ſuper terram ſex ſigna ei oriuntur: et ſex occidunt ꝛ medietas celi apparet ꝛ medietas occultatur: ꝛ hoc notum eſt.

¶ Illud itē eſt ſignū q̄ terra ſit tanq̄ꝫ centrū ꝛ pūctus reſpectu firmamēti: qꝛ ſi terra eēt alicuius q̄ꝫtitatis reſpectu firmamēti: non ꝯtingeret medietatē celi videre. Itē ſi intelligatur ſupficies plana ſup cētrū terre diuidens eam in duo equalia: ꝛ per ꝯn̄s ipſum firmamētū. Oculus igitur exn̄s in cētro terre videret medietatē firmamenti. idēqꝫ exiſtens in ſupficie terre videret eandē medietatem. Ex his colligit̄ q̄ inſenſibilis eſt q̄ꝫtitas terre que eſt a ſupficie ad cētrum: ꝛ per ꝯn̄s quātitas totius terre inſenſibilis eſt reſpectu firmamēti. Dicit etiam Alphagranus q̄ minima ſtellarum fixarum viſu notabilium maior eſt tota terra: ſed ipſa ſtella reſpectu firmamēti eſt quaſi punctus: multo igitur fortius terra cum ſit minor ea.

¶ In iſta parte oſtendit quantitatem terre ex ſigno ſupradicto eſſe nullam reſpectu celi. Et diuidit̄ iſta pars in tres. Nam in prima probat quantitatem terre eſſe paruam reſpectu celi. Et in ſecunda probat per ſignum. Et in tertia per auctoritatem. Secunda ibi [Item ſi intelligatur.] Tertia ibi [Dicit Alphagranus ꝛc̄.] Dicit de prima parte q̄ iſtud eſt ſignum id eſt q̄ terra ſit centrum ꝛ punctus reſpectu celi: quia ſi terra eſſet alicuius quantitatis reſpectu celi non contingeret aliquem videre medietatem celi, Subaudi. Sed nos ſemper videmus medietatem celi. ergo terra eſt in medio velut punctus: ꝛ hoc eſt notū. ¶ Itē ſi intelligatur ꝛc̄.] In iſta parte ponit ſignum demōſtratiuum: ꝛ diuiditur hec pars in tres. Nam primo ponit minorem. Secundo maiorem. Et in tertio concluſionem. ſecunda ibi [Ex his] Tertia ibi [Et per conſequens ꝛc̄.] Legatis totum ſimul. Dicit de prima parte q̄ ſi imaginetur ſuperficies plana ſupra centrum terre que diuidat centrum per duo equalia: ꝛ iſtud firmamentum id eſt oculus exiſtens in ſuperficie terre videret medietatem firmamenti. Et idem oculus exiſtens in ſuperficie terre videret eandem medietatem: ſubaudi. Si ergo terra eſſet aliquid reſpectu firmamenti: ille qui ſtaret in ſuperficie terre melius videret celum q̄ꝫ ille qui eſſet in centro. Hoc autem eſt falſum: quare ex his. Et ex his (dicit ipſe) patet quia inſenſibilis eſt quantitas terre que eſt ſuperficiei ad centrum: et per conſequens quantitas totius terre reſpectu ipſius celi. ¶ Iuxta quam partem debetis intelligere q̄ quantitas ipſius terre poteſt conſiderari altero duorum modorum. Primo modo prout eſt quantitas relata. alio modo prout eſt quantitas abſoluta. Sed primo modo dico q̄ quantitas terre reſpectu firmamenti eſt inſenſibilis. ſi ſecundo modo dico q̄ eſt quantitas ſenſibilis: vt patet ad ſenſum. Unde Auctor hic loquitur de quātitate terre relata ꝛ non de abſoluta. ꝛ adhuc relata ad aliquas ſtellas terra eſt maxima. ſ. relata ad Lunam ꝛ Mercurium: qꝛ

vt dicit Ptolomeus l Almag. ꝙ luna eſt vna pars de .30. partib' terre. Mercurius eſt magnus quãta vna pars de .27. partib' terre. Sol .166. quãtum terra. Mars quãtum terra. Juppiter .95. Saturnus .90. tãtũ quãtũ terra. ¶ Dicit Alphagranus ⁊c̃. ⌋ In iſta pte ꝓbat terram eſſe paruę quãntitatis per auctoritatẽ. Et diuidit̃ iſta pars in tres. Nã in ꝑma ponit maiorẽ: ⁊ in ſc̃da minorem: ⁊ in tertia cõem. Sc̃da ibi ⌊ Sed ipſa ſtella ⁊c̃. ⌋ Tertia ibi ⌊ Multo igitur fortius ⁊c̃. ⌋ Totũ legatis ſimul. Dicit ꝙ Alphagranus dicit. ſubaudi. dĩa .4. ꝙ minima ſtellaꝝ notabiliũ noſtro aſpectui maior eſt ꝗ̃ ſit tota terra. Sed ipſa ſtella reſpectu celi eſt quaſi punct'. ergo multo magis ⁊ terra ſubaudi erit punctus cum ſit minor ſtella: ⁊ hoc eſt. ¶ Circa iſtam partẽ debetis vos ſcire ꝙ dictum Alphagrani hẽt verum referẽdo terram ad lunam ⁊ ad Mercuriũ vt dictũ eſt. Similiter debetis ſcire ꝙ Alphagranus dicit minima ſtellaꝝ fixarum viſui notabilium. Iſtud notabiliũ poteſtis intelligere duobus modis. Uno modo exponẽdo fixarum notabilium: id eſt apparẽtium noſtro viſui. alio mõ notabilium: id eſt exceptuataꝝ: qꝛ ſunt ſtelle fixe que dicunt̃ notate: id eſt cognite ꝓpter eoꝝ excellẽtiam actionis ⁊ dicunt̃ de magnitudine maiori que operant̃ in mũdo plus ꝗ̃ planete que ſunt quindecim. de quibus in centiloquio loquitur Ptolomeus. Dicit ſigna fixa dant dona modum excedentia: ſed multotiens finiuntur in malũ: ⁊ Almanſor in ſuis afoͥſmis dicit. Stelle fixe dant dona grandia ⁊ ſublimia que non faciunt ſeptem planete. Sed poſſetis dicere de iſtis ſtellis fixis cum plus operent̃ in mũdo: ⁊ imprimat effectus ſic grandes ⁊ altos. cur tam cito finiuntur: cum omnis ſtella fixa vel planeta quanto grauior tanto excellentior eſt influxu: hic iſtud ſoluere nõ cõuenit. Sed in centiloquio aſſignabo cauſas cũ gloſas faciam ſuper illum ſi deo placuerit.

¶ De immobilitate terre.

Quod aũt terra in medio oĩum immobilit' teneat̃: cũ ſit ſũme grauis: ſic pſuaderi videt̃ eſſe eius grauitas. Omne eni graue tendit naturaliter ad cẽtrum. Centrũ quidẽ punctus eſt in medio firmamẽti: terra igitur cũ ſit ſumme grauis: ad pũctum illum nãliter tendit. Item quicquid a medio mouet̃ verſus circũferẽtiã celi aſcẽdit: terra a medio mouet̃ ergo aſcendit quod pro impoſſibile relinquitur.

Uperius Auctor tractauit de ſitu terre: hic oſtẽdit eius imobilitatẽ. Et diuidit̃ iſta pars in duas ſm ꝙ ponit duas rõnes ad ꝓbãduꝫ imobilitatẽ ipſius terre. ſc̃da ibi ⌊ Itẽ quicquid mouet̃ ⁊c̃. ⌋ Dicit de ꝑma parte ꝙ põt oſtẽdi ꝙ terra que eſt in medio firmamẽti ſit imobilis: ⁊ hoc dico ꝓpter eius grauitatẽ. Et ponit vnam rõnẽ ⁊ dicit. Oẽ graue tendit ad cẽtrum: ſed cẽtrum eſt punctus in medio firmamẽti. ergo terra cũ ſit ſumme grauis naturaliter tẽdit ad punctuꝫ naturaliter. i. a natura ſua derelicta ab influxu ſaturni. Nam vt ſupius dictuꝫ eſt. Saturnus tenet terram. Mars ignẽ. Mercurius aerẽ. Luna aquam. Cũ igit̃ effectus atteſtet̃ cauſe: ⁊ ſaturnus ſit planeta grauior ⁊ frigidior ⁊ ſiccior: iccirco ſuam nãm imprimit in terraꝫ. Hoc idẽ operatur in conceptione: vel in caſu ſpermatis in matricẽ qꝛ ſua virtute agit in ſpermam ⁊ ſanguinẽ menſtruum reſoluẽdo ſubtile ⁊ groſſuꝫ inſpiſſando: iccirco tribuit nato complexionẽ graſſam vel terreſtrem ſicut melancholicam: ⁊ cum anime ſequant̃ corpora ⁊ complexiones corporis: iccirco actus ale vel erunt rigidi vt videtis in iſtos Saturninos qui nigerrimi ſunt: ⁊ in eoꝝ motibus mouẽtur vt aſini. Mars tenet igneꝫ: adeo cũ ſit calidus ⁊ ſiccus diſtemperate agit p ſuos radios ignitos in elemẽta ⁊ ſubtiliat: ⁊ ſic cauſat ignem per ſuam potẽtiam ⁊ per teſtimonia alioꝝ: ⁊ cum pfuerit in ꝯceptione: agit in mãm generationis ſubtiliando: ⁊ ſic tribuit nato cõplexionem cholericam: iccirco terribiles ſunt homines mercuriales. Unde ſicut ſaturnus dat naturaꝫ terre vt moueat̃ ad mediũ: ſic Mars igni vt moueat̃ a medio. Mercurius tenet aerem: ⁊ ſicut aer recipit omnẽ diſpoſitionem: ſic ⁊ Mercurius. Nam cũ calidis calidus: cum frigidis frigidus: cuꝫ bonis bonus: ⁊ cum malis deterior diffunit̃. Cum fuerit in natiuitate vel in ꝯceptione adiunctus cum alijs beniuolis ſui tẽpere dat nato diſpoſitioneꝫ rõnalitatis ⁊ diſciplinę: vt dicit Her. ꝑmo de ſpe. ⁊ lu. Si in natiuitate alicui Mercurius fuerit in aſcẽdente orientalis ⁊ velox: tũc natus erit eloquẽs ⁊ doctus in liberalibus: idẽ erit ſi fuerit in Sag. in ꝓprijs terminis tali modo ⁊c̃. Luna tenet aquam: iccirco ſui humiditate ⁊ frigiditate agit in elementa: ⁊ ſic generat aquam ex alijs elementis. Et eſt tanta affinitas aque cum luna ꝙ in .24.or horis quater mouetur. Nam ſi prefuerit in ꝯceptione humectat materiaꝫ generationis: ⁊ ſic dat nato cõplexionẽ flegmaticam ⁊ facit natuꝫ carnoſuꝫ. Et bene fuit potens in dominis Salianis. ¶ Itẽ quicquid mouet̃ a medio. ⌋ In iſta parte ponit aliam rõnem: ⁊ dicit ꝙ quicquid mouetur: mouet̃ a medio vel ad mediuꝫ. Sed ſubaudi. Si terra non mouet̃ ad medium iſtud ad quod oĩa grauia tẽdunt. ergo mouet̃ a medio quod pro impoſſibile relinquatur. Et hoc eſt quod dicit.

¶ De quantitate abſoluta terre.

Totus autẽ terre ambitus auctoritate Ambroſij Theodoſij Macrobij ⁊ Euriſthenis philoſophorum ducẽta ⁊ .52. millia ſtadia continere diffinitur vnicuiq; quidẽ .360. partiũ ꝫodiaci .700. deputando ſtadia. Sumpto enim aſtrolabio in ſtellate noctis claritate p vtrunq; medicliniꝫ foramen polo pſpecto notetur graduuꝫ multitudo: in qua ſteterit medicliniũ: deinde procedat choſmimetra directe contra ſeptentrionem a meridie donec in alterius noctis claritate viſo vt pri' polo ſteterit altius vno gradu medicliniũ: poſt hoc menſus ſit huius itineris ſpatiuꝫ: ⁊ inuenietur ſeptingentoꝝ ſtadioꝝ: deinde datis vnicuiq; .360. graduum tot ſtadijs terreni orbis ambitus inuent' erit. Ex his autem iuxta circuli ⁊ diametri regulam terre diameter ſic inueniri poterit. Aufer vigeſimã ſecundam partem de circuitu terre: ⁊ remanẽtis tertia ps hoc eſt octo millia ⁊ .181. ſtadia ⁊ ſemis ⁊ tertia vnius ſtadij erit terreni orbis diameter ſiue ſpiſſitudo.

Oſtꝗ̃ Auctor in ſuperiori parte oſtẽdit terram eẽ in medio: ⁊ ꝓbauit eius imobilitatẽ. In iſta parte oſtẽdit quãtitatẽ ipſius. Et diuidit̃ iſta pars in duas. Nã in ꝑma oſtendit quãtitatẽ ipſius ꝗ̃tum ad circũferẽtiaꝫ. Et

in ſecūda quantum ad eius diametrum. ſecunda ibi [Ex his autem iuxta ⁊c.] Prima diuiditur in duas. Nam in prima ꝓponit intentum ſuum de ambitu terre quantum ſit. In ſecūda declarat. ſecunda ibi [Sumpto enim aſtrolabio ⁊c.] Dicit de prima parte ꝙ tota circumferentia ipſius terre ſm ꝙ dicunt Theodoſius: Ambroſius: Macrobius ⁊ Eratoſthenes phy. dicitur ꝯtinere ſpatiū. 252000. ſtadiorum: ita ꝙ cuilibet gradui ʒodiaci qui ſunt. 360. reſpondent. 700. ſtadia ipſius terre. Iuxta quam partē debetis ſcire tria. Primo ꝙ ſm Pto. ⁊ Alphagr. Ambitus terre continet. 24. miliaria: ⁊ hoc cuilibet gradui celi correſpondet. 56. miliaria ⁊ due tertie vnius cōparando iſtū numerum miliariorum. 700. Stadijs que gradui attribuuntur continet miliaria. 12. ſtadia ⁊ dimidium vnius. Miliare vero ſm philoſophum continet. 4000. cubitos equales: ⁊ ſic ſtadium facta diſtributione cōtinet. 324. cubitos ⁊ tertia vnius cubiti. Albumaſar quarto tertij maioris introductorij dicit ꝙ ſtadium cōtinet duo ſtari. Stari vero eſt medietas ſtadij. ⁊ ſtari cōtinet. 890. cubitos. Et dicit ꝙ. 16. ſtari. i. octo ſtadijs ad plus aſcendunt vapores terre in aerem. Et dicit ꝙ miliare continet tres: ⁊ tres quartas vnius. Secundo debetis ſcire ꝙ quantitates vſitate quibus vtimur ſunt decem. Digitus. Palmus. Cubitus. Uncia. Pertica. Pes. Paſſus. Stadium. Miliare: ⁊ Leuca. Unde decem digiti faciunt palmum. Palmus facit pedē. Quinque pedes paſſum. Centum vigintiquinque paſſus faciunt ſtadium Octo ſtadia faciunt miliare. Duplatum miliare facit leucam. Tertio debetis ſcire vos iuuenes ꝙ in ʒodiaco qui eſt in firmamento ſunt. 360. gradus: qui quidem gradus continet. 36. facies ſignorum: qꝛ vnumquodqꝫ ſignum habet. 30. gra. Primi quidem decem gra. dicitur prima facies. decem alij ſequentes dicitur ſecunda facies, ⁊ vltimum dicitur tertia facies: in quibus faciebus habēt planete augmentare fortitudinem ipſorum. De his autem dicam in alijs libris. ¶ Sumpto aſtrolabio ⁊c.] In iſta parte ſuum declarat intentum: ⁊ dicit qualiter totius ambitus terre poſſit inueniri exiſtens in aliquo loco ſumat aſtrolabium vel quadrantem in aliqua nocte clara ⁊ ſerena ⁊ reſpiciat per duo foramina medicliniū altitudinem poli inueniet: ⁊ ille gradus altitudinis notetur vbi erit medicliniū. Deinde procedat menſurator directe a meridie cōtra ſeptentrionem donec in altera nocte vt prius polo perſpecto vno gradu medicliniū eleuetur: poſtea menſuret ſpatium illius itineris inuenietur ſpatium ſeptingentorū ſtadiorum. Deinde datis vnicuique. 360. gradus ambitus totius terre tot ſtadia erit. ¶ Ad verificationem ipſius debetis ſcire ꝙ cum circulus firmamenti ⁊ circulus terre habent idem centrum vt communiter ponunt Aſtrologi: patet veritas: inſcripta figura duorum circulorum ſupra idē centrum exiſtentium ſm geometricos. Quot ſunt partes in maiori: tot correſpondent eis ſm proportionem circulorum adinuicem in minori: ſequitur neceſſario: ꝙ cum ſeptingenta ſtadijs in terra reſpondeat vnus gradus (ſicut eſt demonſtratum) in celo ꝙ totiens tot ſtadia ſumpta correſpondentia proportionaliter in terra: quot gradus ſunt in celo: ⁊ quia. 360. gradus ſunt in celo: ideo tricenties ⁊ ſexageſies ſeptingenta ſtadia ſunt in terra qui ſunt. 252000. ſtadiorum quare terra erit tante quantitatis. ¶ Uos iuuenes oportet ſcire ꝙ medicliniū eſt illa linea que diuidit aſtrolabium per medium: ⁊ dicitur medicliniū a mediando eo ꝙ diuidit ipſum per duo media: in cuius extremitate ſunt due tabule perforate: per quarum foramina accipitur altitudo ſolis ⁊ alterius cuiuſcūqꝫ ſtelle: ⁊ per illa foramina proſpicitur polus. ¶ Ex his autem iuxta ⁊c.] In iſta parte oſtendit Auctor quantitatē diametri terre: ⁊ dicit ꝙ ex his ambitus vel circumferentie iuxta circuli ⁊ diametri regulam quis poterit inuenire auferendo. 22. partem de circuitu terre: ⁊ tertia pars remanentis eſt hoc. 8018. milia ⁊ vnum ſtadium ⁊ dimidium: ⁊ tertia pars vni⁹ ſtadij erit diametrum ſiue ſpiſſitudo ipſius terre. Iſtā demōſtrationem poteſtis ſic facere que valde eſt communis ⁊ bona ſicut ſe habent. 22. ad. 7. ita ſe habet circulus ad diametrum ſuum. Sed. 22. continent ſeptenarium numerum totum ter ⁊ inſuper ſeptimam eius partem ſcilicet vnitatem. ergo ⁊ ſphera terre ſe habet in tali proportione ad diametrum ſuum. Sed quantitas orbis circumferentie terre eſt. 252000. milium ſtadiorum ergo ⁊ quantitas diametri ſui erit. 80181. ⁊ hoc eſt. Sed videte ſicut dicit Hermes in libro ſuo de natura locorū. Melius eſt ſcire proprietates ſituum q̄ꝫ terre noſcere quantitatem: qꝛ neſcio cuiuſmodi vtilitas reſultet inueſtiganti quantitatem terre niſi forte gratia ſpeculationis: ſed inueſtigare naturam locorum que derelicta eſt in eis ratione celeſtiū: iſtud valet ad preſcientiam futurorum. Nam omnis ciuitas ⁊ quod habitatur habet triplicem ſignificatorem. Significatorem ſcilicet climatis prouintie ⁊ edificationis. Nam ſeptem ſunt climata ſicut ſcitis: ⁊ ſeptem ſunt planete qui dominantur in eis. Nam Saturnus dominatur in ꝑmo climate. Iuppiter in ſecundo. Mars in tertio. Sol in quarto. Uenus in quinto. Iccirco iſti Romani ſūt ita corrupti in luxuria tam in viris q̄ꝫ in mulieribus. Ac etiam Regicole: Marchiani: ⁊ Thuſci. Mercurius dominatur in ſexto. Iccirco Lombardi ſunt ita homines ſcientifici (vt videtis) eos bonos in omni genere facultatum. Sed quia Mercurius eſt eorum ſignificator ratione climatis iccirco omnes ſunt guloſi: quia Saturnus addit immunditiam. Mercurius addit ſuper impetum voluntatem: vt dicit Ptolomeus quarto de ac. ſe. Luna dominatur in ſeptimo habitantes in climate in quo dominatur planeta: inclinantur ad naturam illius planete dominātis. Habet ciuitas ſignificatorem prouintie: vtputa quia in Thuſcia dominatur alter planeta q̄ꝫ in Marchia dominatur quia dominatur Saturnus: ideo tantas hoc āno habuit mutationes: ⁊ ſm ꝙ in reuolutione annorum mundi impeditur vel exaltatur in circulo planeta qui dominatur prouintie: ſic fortunia ⁊ infortunia apparēt in vna prouintia ⁊ non in alia: vt quandoqꝫ eſt penuria frumenti in vna ꝓuintia: ⁊ in alia fertilitas: in vna mortalitas: ⁊ in alia ſanitas: vt vidiſtis in Romandiola quando fuit mortalitas: ⁊ in Marchia non fuit ⁊ modica eſt diſtantia ab vna in aliā. Habet ciuitas ſignificatorem edificationis. Nā (vt alias dixi vobis) ſimile eſt de edificatione ciuitatis: quemadmodum eſt de conceptione indiuidui. Nam ſicut in proiectione vel in caſu ſpermatis in matricem ſumitur potentia infortunij ⁊ dignitatis illius ſic in primo lapide in ciuitate.

Nam cum primus lapis proijcitur in fundamento ſub tali aſcendente ille dominus aſcendens indicat quid de ciuitate: ⁊ iſte ſignificator ſe habet ad ciuitatem ſicut anima ad corpus: ⁊ homines illius ciuitatis conſequuntur naturam illius planete potius q̄ꝫ ſignificatorum. ſcilicet climatis ⁊ prouintie vt patet in Bononienſibus quorum aſcendens fuit Taurus ꝙ omnes vadunt cum gorgerijs: ⁊ domine impinguant colla earū: ⁊ qꝛ Uenus dominatur: iccirco omnes ſunt cātatores: tripudiatores: ſuppoſitores: ⁊ libenter ſolatiātur cum attinentibus mulieribus. Patet in Ferrarienſibus quorum aſcendens fuit Scorpio: ⁊ Martē habuerūt pro ſignificatore edificationis. Dato ꝙ ipſi ſint in climate Mercurij: bene conſequunt ſcientifica: ſed plus naturam Martis: iccirco omnes ſunt capitoſi: ſuperbi. ⁊ arrogantes. Et quia Mars eſt ſignificator nobilium: oēs nobiles videnꝭ: ⁊ ſemper erunt ibi dominia nobiliū ⁊ magnatū. Unde ſtudeatis filij habere cognitionem locorū:

id eſt aſcēdentia ciuitatum caſtrorū ⁊ villarū. vt dicit Her/
mes: q2 vultus ē q̄ꝫ habere notitiam q̄titatis terre.

℄ Capitulum Scḋm. De circulis ex quib⁹
ſphera mālis cōponitur: ⁊ illa ſuperceleſtis
(que per iſtā imaginat̄) cōponi intelligit̄.

HOrum aūt circulorū: quidam ſunt
maiores: quidā minores: vt ſen/
ſui patet. Maior enim circulus ī
ſphera dicitur qui deſcriptus ī ſu
perficie ſphere ſuper eius centrum diuidit
ſpheram in duo equalia. Minor vero qui
deſcriptus in ſuperficie ſphere eam non di/
uidit in duo equalia: ſed in portiōes inequa
les. Inter circulos vero maiores primo di
cendum eſt de equinoctiali. Eſt igitur equi
noctialis circulus quidem diuidens ſphe/
ram in duo equalia ſm quamlibet ſui partē
equidiſtans ab vtroqꝫ polo.

VT ſuperius dicebat̄ hec eſt ſecunda pars hu/
ius tractatus in qua tractat de decem circulis
conſtituentibus ſpherā mundi. Et diuidit̄ iſta
pars in duas. Nam in prima ponit diuiſiones
ipſorum: ⁊ in ſecunda de eis determinat. ſecun
da ibi. Maior autem circulus. Dicit de prima ꝙ iſtorū
circulorum quidam ſunt maiores ⁊ quidā minores: vt pꝫ
ad ſenſum. Iuxta quam partē debetis intelligere ꝙ maio
ritas ⁊ paruitas circulorum pōt intelligi altero duorū mo
dorum: vno modo ratione quantitatis: alio mō ratiōe vir
tutis influentie. Rōne quantitatis eſt vnus circulus ma/
ior altero: vt equinoctialis maior eſt q̄ꝫ ſunt alij: vt patet
tam in ſpheris ſeptem q̄ꝫ in alijs circulis. Et de iſta intelli/
git Auctor. Alio modo poteſt intelligi ratione virtutis in
fluentie. Nam quanto aliqua ſphera maior tanto eſt excel
lentioris actionis. Naꝫ octaua ſphera. Sphera Saturni:
Iouis: ⁊ Martis: excellentiores imprimunt effectus q̄ꝫ ſphe
ra Veneris: Mercurij: ⁊ Lune. Nam planete ſuperiores
dicuntur ponderoſiores: q2 grandiores imprimunt effect⁹
in iſto mundo. Alij tres inferiores dicuntur leuiores: quia
leues effectus imprimunt in mundo reſpectu ſuperiorū.
Icirco ſuperiores planete dicuntur ſignificatores regum
nobilium ⁊ magnatum. Inferiores vero popularū ⁊ mi/
norum perſonarum: vt dicit Hermes primo de Spe. ⁊ de
Lu. Magnorum principum ſuperiores planetas facias
ſignificatores. Scribarum vero ⁊ ruſticorum inferiores:
⁊ planetā precipue leuiorē: id eſt lunā. Maior aūt ⁊c. In
iſta parte auctor vt dicebatur tractat de circulis in genera
li: ⁊ diuiditur iſta pars in duas. Nam primo tractat in ge
nerali. Secundo in ſpeciali. ſecunda ibi. Inter alios ⁊c.
Prima diuiditur in duas. Nam pmo oſtendit quid ſit cir
culus maior: ⁊ ſecundo quid ſit minor. ſecunda ibi. Mi/
nor ⁊c. Dicit de prima ꝙ circulus maior eſt ille in ſphera
qui poſitus eſt in ſuperficie ſphere diuidens ipſam in duo
equalia ſupra eius mediuꝫ ſiue centrum. ℄ Minor ⁊c.
In iſta parte oſtendit quid ſit minor. Et dicit ꝙ minor cir
culus eſt ille qui poſitus eſt in ſuperficie ſphere nō diuidēs
ipſam in partes equales: nec tranſit ſuper eius centrum: ſꝫ
magis in partes non eq̄les. ſubaudi: vt eſt ʒodiacus. ℄ In
ter alios ⁊c. In iſta parte de circulis ꝓſequitur terminan
do: ⁊ diuiditur iſta pars in duas. In quarum prima deter
minat de equinoctiali. Et in ſecunda de ʒodiaco. Secun/
da pars incipit ibi in fine lectionis. Eſt autem alius circu

Maior circulus rōne influētie.


lus ⁊c. Prima diuiditur in duas. Nam primo ponit in/
tentum. ⁊ ſecundo proſequitur. Secunda ibi. Eſt autem
equinoctialis ⁊c. Dicit de prima ꝙ inter alios circulos
maiores primo dicendum eſt de equinoctiali: ⁊ eſt notum.
℄ Equinoctialis ⁊c. In iſta parte oſtendit quid ſit equi
noctialis: ⁊ diuiditur iſta pars in tres. Nam in prima diffi/
nit equinoctialem: ⁊ in ſecūda ponit quot modis dicatur.
Et in tertia oſtēdit quid ſit primus motus. Secunda ibi
Et dicitur equinoctialis. Tertia ibi. Et ſciēdum ⁊c.
Dicit de prima parte ꝙ equinoctialis eſt circulus quidam
qui diuidit ſpheram in duo equalia: ⁊ ſm quālibet ſui par
tem equaliter diſtat ab vtroqꝫ polo.

℄ Et dicit̄ equinoctialis: qm̄ qn̄ ſol tranſit ꝑ
illū (quod eſt bis in anno: in principio Arie
tis. ſ. ⁊ in principio Libre) eſt equinoctium
in vniuerſa terra. Unde etiam appellatur
equator diei ⁊ noctis: q2 adequat diē artifi/
cialē nocti. Et dr̄ cingulus p̄mi motus. Vñ
ſciendū ꝙ p̄imus motus dr̄ mot⁹ p̄mi mo/
bilis: hoc ē none ſphere ſiue celi vltimi qui
eſt ab oriente per occidentē rediens iterū in
orientē: q ēt dicitur motus ratiōalis: ad ſimi
litudinē motus rōnis q eſt in michrochoſ/
mo. i. in hoīe. ſ. qñ fit cōſideratio a creatore
per creaturas in creatorē ibi ſiſtendo. Secū
dus motus firmamenti ⁊ planetarum con
trarius huic eſt ab occidente per orientē iterū
rediens in occidentē: qui motus dicit̄ irrō/
nalis ſiue ſenſualis: ad ſimilitudinem mot⁹
microchoſmi: qui eſt a corruptibilibus ad
creatorē iterū rediens ad corruptibilia. Di
ergo cigulus primi motus: quia cingit ſiue
diuidit primū mobile. ſ. ſpheraꝫ nonam in
duo equalia equidiſtans a polis mundi.

℄ In iſta parte oſtendit quot modis dicitur equinoctialis.
poſſet tamen diuidi ſed nō curo. Dicit ꝙ equinoctialis di
citur ꝙ quandocunqꝫ ſol tranſit per illū (qḋ eſt bis in an/
no. videlicet in primo arietis ⁊ libre) eſt equinoctium ꝑ vni
uerſum mundum. Eadeꝫ dicit ipſe ratione appellat̄ equa/
tor diei ⁊ noctis: q2 adequat diem artificialem cum nocte:
⁊ dicitur cingulus primi motus. Subaudi q2 ſicut cingu
lus vel corrigia diuidit corpus noſtrum per mediū: ſic iſte cir
culus diuidit ſpheram per mediuꝫ: vt ſuperius dixi. ℄ Et
ſciendum eſt ꝙ primus. In iſta parte vt dicebatur oſten/
dit quid ſit primus motus: ⁊ diuiditur iſta pars in partes
quatuor. Nam in prima oſtendit quid ſit motus primus:
⁊ in ſecunda cōparat iſtum motum motui minoris mun/
di: ⁊ in tertia oſtendit quid ſecundus motus: ⁊ in quarta
oſtendit quare equinoctialis dicit̄ cingulus primi motus.
Secunda ibi. Et dicit̄ motus. Tertia ibi. Secund⁹ mo
tus. Quarta ibi. Vnde dicitur circulus ⁊c. Dicit de
prima parte ꝙ eſt ſciendum a nobis ꝙ primus motus dr̄
motus none celi ſiue vltimi: qui motus eſt ab oriente in occi
dentem iterato ab occidente in orientem. ℄ Et dicit̄ mot⁹
rōnalis. Hic ꝯparat motū ⁊ dicit ꝙ iſte motus p̄imus dr̄
rationalis ad ſimilitudinem rationis qui eſt in microcho
ſmo: id eſt in homine: vel in minori mundo: qui quidem
motus fit quādo conſideratio eſt in creatore per creaturas
inſiſtendo in creatorem. Iuxta quam partem debetis

intelligere vt intelligatis litteram q̄ ſicut in celo eſt dare duplicem motum ſcilicet primi mobilis qui dicitur rationalis: ⁊ motum planetarum qui dicit̄ irrationalis ſiue ſenſualis. ita i homine qui dicitur microchoſmus: ſcilicet minor mundus. Nam in homine eſt motus ratiōis ⁊ motus ſenſus. Motus rationis eſt in homine a ſua ſpecie: ⁊ eſt in eo cum re ſoluit effectus in cauſas ⁊ creata in creatorem ibi .ſ. in creatorem ſiſtendo per modum ſtatus inquantum ipſe eſt ci cauſarum. Et hoc eſt qḋ dicit q̄cunq̄ ſit conſideratio id eſt intellectio de creatore per creaturas .i. per effectus in creatorē ſiſtendo. Eſt aūt in celo motus planetarū qui dicitur irrationalis vel ſenſualis qui nō eſt vniformis. Sed q̄nq̄ cōtra aquilonem declinat q̄nq̄ cōtra meridiē: ideirco dicitur motus erraticus ſiue irratiōalis. ſic ⁊ in homine eſt dare motum ſenſus ſm̄ quē motū ꝯtingit errare. Unde ad ſimilitudinē huius dicit̄ motus orbium inferiorum. Nam ſicut ſenſualitas ſemp̄ repugnat rationi ⁊ eſt contra rationē ⁊ ratio cōtra ſenſualitatem. Sic orbes inferiores repugnant motui primi mobilis qui dicitur rationalis: ⁊ inferiorum motus dicitur irrationalis id eſt cōtra rationē. Et ſicut motus ratiōis regulat omnes motus ſenſuales: ſic ⁊ motus primi mobilis regulat omnes orbes inferiores. ¶ Deinde dicitur ⁊c.] Hic oſtēdit quare equinoctialis dicitur cingulus. Et diuidit̄ iſta pars in duas. Nā in prima oſtendit hoc: ⁊ in ſecunda tractat de polis mundi. ſecunda ibi. [Unde notādum q̄ poli.] Dicitur de iſta parte q̄ equinoctialis dicitur cingulus eo q̄ diuidit primum mobile per medium: in duo equalia eque diſtans a polis mundi.

¶ Unde notandum q̄ polus mūdi qui nobis ſemper apparet: dicit̄ polus ſeptētrionalis: arcticus vel borealis. Septentrionalis dicitur a ſeptentrione: hoc eſt minori vrſa: qui dicitur a ſeptem ⁊ trion qḋ ē bos: q2 ſeptem ſtelle que ſunt is vrſa tarde mouent̄ ad modū bouis: cum ſint propinque polo. Uel dicunt̄ ille ſeptem ſtelle ſeptētriones: quaſi ſeptē teriones: eo q̄ terunt partes circa polum. Arcticus q̄dē dicitur ab arctos qḋ eſt maior vrſa. Eſt enim iuxta maiorem vrſam. Borealis vero dicit̄: q2 eſt in illa parte a qua venit boreas. Polus vero oppoſitus dicit̄ antarcticus: q̄ſi contra arcticum poſitus: dicitur ⁊ meridionalis q2 a parte meridiei eſt: dicitur etiā auſtralis: q2 ē in illa parte a qua venit auſter. Iſta igitur duo puncta in firmamēto ſtabilita dicunt̄ poli mundi: q2 ſphere axem termināt



⁊ ad illos voluitur mundus: quorū vnus ſemper nobis apparet: reliquus vero ſemper occultatur. Unde Uirgilius in primo georgicorū. Hic vertex nobis ſemper ſublimis: at illum Sub pedibus ſtix atra videt maneſq̄ profundi.

¶ In iſta pte tractat de polis mūdi: ⁊ diuidit̄ iſta ꝑs in ptes duas. Nā in prima tractat de polis abſolute: ⁊ in ſecūda ꝑ ꝯparationē ad nos. ſcḋa ibi. [Et iſti poli.] Adhuc iſta diuidit̄ in duo. nā in prima tractat de ſeptentrionali: ⁊ in ſecūda de auſtrali. ſecūda ibi [Polus aūt ⁊c.] Licet iſta poſſet diuidi ſed nō curo: vnde dicit qḋ eſt notandū q̄ polus mundi qui apparet dr̄ polus ſeptētrionalis vel borealis vel arcticus: Septētrionalis dicit̄ a ſeptentriōe .i. a minori vrſa que dicit̄ a ſeptē ⁊ trion qḋ eſt q2 ſeptē ſtelle que ſunt in illo ſigno mouent̄ tarde vt bos que ſunt ꝓpinque polo: vel dicit̄ ſeptentrionalis a ſeptē ⁊ triones qḋ eſt terere q2 terunt ſeptem ptes ſuas iuxta polum. Dicit̄ arcticus ab arcos qḋ eſt maior vrſa q2 eſt iuxta maiorē vrſaʒ. Dicitur borealis q2 eſt in illa pte a qua venit boreas. ¶ Circa quā ptē debetis ſcire q̄ Auctor dicit q̄ dicit̄ borealis q2 ē a parte a qua venit boreas. Unde debetis ſcire q̄ vēti cauſant̄ ex ſignis ſm̄ irradiationem planetarum. Naʒ Aries Leo ⁊ Sagittarius ſunt orientalia ⁊ eius flatus eſt ſubſolanus ⁊ dicitur Subſolanus q2 ſub ſole oritur .ſ. in oriente. Taurus Uirgo ⁊ Capricornus ſunt ſigna meridionalia: eorꝫ vero ventus dicit̄ Auſtralis. Gemini Libra ⁊ Aq̄rius ſunt occidentalia eorꝫ vero ventus eſt occidentalis. Cancer Scorpio ⁊ Piſces ſunt ſigna ſeptentrionalia eorꝫ ventus eſt ſeptentrionalis: ⁊ precipue iſte eſt vētus lune eo q̄ luna eſt in cor ſeptentriōis. Unde ſm̄ q̄ planete ⁊ ſpecialiter luna tenet aliquem iſtorum ſic mouet flatus ab illa parte. ¶ Polus aūt.] In iſta parte tractat de polo auſtrali ⁊ dicit q̄ polus oppoſitus dicit̄ antarcticus .i. ꝯ arcticum poſitus: dr̄ auſtralis q2 verſus partem illaʒ a qua venit auſter: dr̄ meridionalis q2 eſt ex pte meridiei. ¶ Iſti duo ⁊c.] In iſta pte tractat de polis in cōparatiōe ad nos. ⁊ diuiditur iſta pars in duas. nam in prima cōparat: ⁊ in ſecunda hoc confirmat Auctoritate Uirgilij. ſecunda ibi [Unde Uirgilius.] Dicit de prima parte q̄ iſti poli ſunt poli mundi qui terminant axem .i. lineam imaginatā ſphere ⁊ ad illos voluitur mundus ⁊ vnus ſemper apparet nobis ⁊ alius ſemper occultatur. ¶ Unde Uirgilius.] Hic vertex id eſt polus arcticus ſemper ſublimis nobis. at illū id eſt polum antarcticum. ſub pedibus ſtix atra id eſt infernus tenet. maneſq̄ profundi id eſt anime infernales: ⁊ hoc eſt qḋ dicit.

¶ De zodiaco circulo.

Eſt alius circulus in ſphera qui interſecat equinoctialem ⁊ interſecatur ab eodem i duas partes equales: ⁊ vna eius medietas declinat verſus ſeptentrionem alia verſus auſtrum: ⁊ dicitur iſte circulus zodiacus a zoe qḋ eſt vita: q2 ſm̄ motum planetarum ſub illo eſt ois vita in rebus inferioribus. Uel dicitur a zodion qḋ eſt animal: quia cum diuidatur in duodecim ptes equales quelibet ꝑs appellatur ſignum: ⁊ nomen habet ſpeciale a nomine alicuius animalis ꝓpter ꝓ/

ꝓprietatem aliquam conuenienteꝫ tã ipſi ꝙ̃ animali. Uel ꝓpter diſpoſitionem ſtellarũ fixarũ in illis partibus ad moduꝫ huiuſmodi animalium. Iſte vero circulus latine dicitur ſignifer: quia fert ſigna: vel quia diuiditur ĩ ea. Ab Ariſtotele vero ĩ libro de generatione ⁊ corruptione dicitur circulus obliquus: vbi dicit ꝙ ſm acceſſum ⁊ receſſum ſolis in circulo obliquo fiunt generationes ⁊ corruptiones in rebus inferioribus.

POſtꝙ̃ Auctor ĩ ſuperiori parte tractauit de circulo equinoctiali ĩ iſta parte tractat de zodiaco: ⁊ diuidit̃ iſta pars in treſ: naꝫ ĩ prima tractat de eo quantum ad ſubſtantiam: ⁊ in ſecunda quantũ ad nomen. ⁊ in tertia oſtendit nomina ⁊ numeꝝ ſignoꝝ que in ipſo reperiunt̃. ſecunda pars incipit ibi. Et dicit̃ circulus ⁊c. Tertia incipit ibi. Nomina autem ſignoꝝ ⁊c. Dicit de iſta parte ꝙ circulus zodiacus eſt alius ſubaudi. diuerſus qui interſecat equinoctialem ⁊ interſecatus eſt ab equinoctiali in duas equales partes ⁊ vna medietas eius declinat verſus ſeptentrionem ⁊ alia verſus meridiem ſiue auſtrum. Circa iſtam parteꝫ debetis ſcire ꝙ zodiacus poſitus ſunt oblique in celo vt recte ſtaret ſupra partem terre que habitat̃ ⁊ hoc eſt de ſeptentrione in auſtrum. Nam iſte circulus eſt vita omnium qui in mundo ſunt vt dicit Hipparcus de vigore nature: zoe id ẽ circulus animalis vel zodiacus vita eſt ⁊ cor animalium ⁊ omnium que in mũdo. Iuxta qđ debetis intelligere ꝙ circulus iſte dicitur eſſe vita nõ formaliter: ſed ſubiectiue: nam ſigna que in ipſo ſunt nõ formaliter agũt ſed ꝑ planetas ſeptem: quia ſicut ſe habet forma ad materiam ſic ſe habent radij planetaꝝ ad ſigna: vnde vita eſt omnium mundanorum informatus ex radijs planetarũ. Preterea dicebat Hipparcus ꝙ eſt vita ⁊ cor animalium: quia ſicut cor informatum virtute vitali ſe habet ad membra noſtri corporis eo ꝙ ipſum eſt cã ⁊ principium motus ⁊ operationum que in nobis: ſic ⁊ iſte circulus zodiacus informatus radijs ſtellaꝝ erraticaꝝ dr̃ vita omniuꝫ que in mundo: ⁊ hoc eſt qđ dicebat Almanſor in ſuis aforiſmis: ſigna ſignificant corpora: planeta vero ea que mouẽt corpora: quia ſicut planete ſignificant naturas que forme ſunt in nobis ſic ſignificant corpora que materie ſunt in nobis. Et dicit̃ circulus ⁊c. In iſta parte tractat de zodiaco quantum ad eius denominationeꝫ. Et diuiditur iſta pars in ptes quinque: ſm ꝙ quinque modis denominari poteſt. Scđa ibi. Uel dicit̃ ⁊c. Tertia ibi. Uel propter diſpoſitionem. Quarta ibi. Iſte idem ⁊c. Quinta ibi. Uel obliquus circulus. Dicit de ꝑma pte ꝙ circulus iſte zodiacus dicit̃ a zion qđ eſt vita: quia ſm motuꝫ planetaꝝ ſub ipſo ſubaudi: inquantũ planete informãt: eſt vita omnibus rebus inferioribus. Circa iſtam ptem ſolet eſſe vna dubitatio communis: vtrum. ſ. circulus zodiacus cum alijs ſit cauſa vite in iſtis inferioribus: ⁊ videtur ꝙ non vnica rõne. Nam generans habet ſpeciem generati: ſi corpora celeſtia eſſent cauſa vite iſtorum inferioꝝ: ſequeret̃ neceſſario ipſa ꝑticipare vitam eandem ſm ſpẽm. Sed hoc eſt impoſſibile: quia vita celeſtium informaret̃ rebus nõ naturalibus vt ſomno ⁊ vigilia: quiete ⁊ motu: quare nõ ſunt vita iſtorum inferioꝝ. In oppoſitum eſt Hermes primo de ſpe. ⁊ de luce: qui ad litterã ſic dicit. Agens vniuerſale ⁊ ſignificatrix preter primam naturam omnium viuẽtium ſunt vita. ⁊ Phs. 2° phyſicorum dicit ꝙ homo generat hominem ex materia ⁊ ſol. ſ. totum corpus celeſte compoſitum ex omnib° ſpheris: ⁊ multi alij quos dimitto. Dico ad queſtioneꝫ ꝙ cauſa eſt duplex vniuerſalis ⁊ particularis. Dico ꝙ ſi loquamur de cauſa ꝑticulari ipſa ẽ cauſa efficiens imediata ⁊ ꝓxima ipſius vite: ⁊ ſic generãs opꝫ habere ſpeciem generati. Si vero loquimur de cauſa celeſti ſiue vniuerſali: vt eſt efficiens vitam iſtud non opꝫ. Nam celeſtia ⁊ ꝑcipue ſol ⁊ luna ſunt cauſa cõſeruationis iſtoꝝ inferioꝝ: vt alias dixi vobis: quia ſol eſt radix luminis ⁊ celeſtia corpora agunt ꝑ lumẽ ⁊ luna ſubiectiue in ſe includit virtutes omnium planetarum: vt ſuperius dixi quare ⁊c. Debetis vos aliud noſcere ꝙ ſm noſtram ⁊ veram fidem iſte circulus formatus in zodiaco ex radijs planetaꝝ licet ſit cauſa vite: tamen non eſt cauſa voluntatis noſtre nec intellectus niſi diſpoſitiue: ⁊ ſic teneo ⁊ credo vere: quãuis alij aſtrologi contrarium teneant dicentes: ꝙ omnia generata ⁊ corrupta ⁊ renouata in mundo inferiori generabili ⁊ corruptibili habent cauſas efficientes in mũdo ſuperiori ingenerabili ⁊ incorruptibili: ⁊ probant ſic. Omne qđ eſt primum in potentia deinde exit in actum per aliqđ actuale exit de potentia in actum. Sed omnia generata corrupta ⁊ renouata in mundo inferiori ⁊ actus electionis liberi arbitrij prius fuerunt in potẽtia ꝙ̃ in actu: ergo omnia exeunt ad actum per aliqđ actuale qđ ſemper eſt vnico modo ſe habens: ſed in operatione ad effectum aliter ⁊ aliter ſe habens: ⁊ ſic neceſſe eſt in effectũ deduci. Corpora vero celeſtia ſunt ſemp in ſeipſis vno modo ſe habentia ⁊ renouantia iſta inferiora ſm ſitum vel ſm comparationem ſitualem: nec in vniuerſalitate mũdi ſenſibilis: aliud a corporibus celeſtibus reperit̃ ſic ſe habens manifeſtũ eſt ꝙ omnia generata corrupta ⁊ renouata ⁊ actus voluntarij per virtutem celeſtium corporum generant̃ corrumpuntur ⁊ renouant̃. Iſtam rationem ego deſtruam in gloſis Centiloquij primo verbo vbi locum habebit. Uel dicitur ⁊c. Iſte circulus dicitur alio modo a zodias qđ eſt animal: quia cum diuiditur in duodecim partes quelibet pars ſignum appellatur ⁊ habet nomen ſpeciale alicuius animalis propter aliquam proprietatem cõuenientem taꝫ ipſi ꝙ̃ animali. Circa iſtam partem debetis ſcire ꝙ Auctor dicit ꝙ quelibet pars ſignum appellatur: ⁊ habet nomen ſpeciale alicuius animalis propter aliquam proprietatem conuenientem tam ipſi ꝙ̃ animali. Unde aliqui dicunt ꝙ Aries dicitur ex quadam ſimilitudine: quia ſicut aries in eſtate iacet in dextro latere: ⁊ in hyeme in ſiniſtro: ſic ſol cum eſt in ariete dicitur eſſe in ſiniſtro celi. Et Taurus dicitur quia cum ſol eſt in tauro eleuat cornua radiorum ſuorum ⁊ reddit terram arabilem. Gemini dicitur eo ꝙ ſol ſtat in illo ſigno duobus dieb° plus ꝙ̃ in alio ſigno. Cancer dicitur: quia ſicut cancer retrocedit: ſic ſol cum eſt in cancro retrocedit ab aſcẽſu ſuo. Leo dicitur: quia ſicut Leo ex parte anteriori eſt calide complexionis ⁊ pars poſterior eſt frigida: ſic ſol cum erit de menſe Auguſti in principio facit calorem ⁊ in fine frigus. Uirgo dicitur: quia ſicut virgo non parit: ſic menſis ſeptembris quod ſol eſt in virgine nihil oritur. Libra dicitur quia cum ſol eſt in illo ſigno ponderat ⁊ equat diem cum nocte: ⁊ ſic de alijs dando proprietatem ſuam. Sed cum iſtud qđ iſti dicunt non cauſet errorem in ſcientia: iccirco non improbo. Sed veritas eſt iſta ſcđm ꝙ ponit Moyſes Arabs. Omnis ſpecies in mundo habet ſtellam reſpicientem ⁊ conſeruanteꝫ ipſam in eſſe ſuo: ſubaudi per virtutem diuinam: adeo ſtelle que ſunt in ariete gubernant ⁊ reſpiciunt arieteꝫ in hoc mundo: ⁊ ſic de alijs. Nã ſigna rationabilia ſiue humana: que ſunt gemini: virgo: ⁊ medietas ſagittarij reſpiciunt rationalitatem humanitatis. Et illi qui habent iſta ſigna pro aſcendente: rationabiles ſunt vt plurimum ⁊ libenter conuerſantur cum hominibus. Illi vero qui habẽt iſta

eſt ꝗ̄ ſigna ſylueſtria abhorrent cum hoībus ꝯuerſari: ⁊ va
dūt ſolitarie ſoli vt fere: nec voluit aſſociari. Et hoc eſt quod
dicit Auctor ꝓpter ꝓprietates cōuenientē ei ipſi ꝗ̄ aīali.
¶ Uel ꝓpter diſpōnem ⁊c̄. Hic oſtendit alium modum
denominationis: ⁊ dicit ꝙ pars iſtius ȝodiaci poteſt nomi
nari ſcḋm diſpoſitionem ſtellaꝝ fixaꝝ: vel in illis partibus
reꝑtarum que ſunt ad modū aīalium. Juxta qḋ debetis
intelligere ꝙ omnis ſtella preter planetas aut eſt in ſigno
aut de ſigno. Unde ſunt alique ſtelle de quibus multotiẽs
ens dici vobis que in diuerſis partibus et ſignis ſunt ſi/
tuate que cauſant ⁊ figurant formas aīaliū ⁊ humano/
rū. Nā in ariete. ſ. in pma facie aſcendit quidam iuuenis:
⁊ ſic diuerſe figure ſunt in celo ſub quibus multe fiunt
imagines ad oīa que volumus operari. Jdcirco dicebat
Ptolomeus in centiloquio. Uultus huius ſeculi ſubiecti
ſunt vultibus corporum ſuperiorum: ideo ſapientes qui
imagines faciebant ſtellarum introitū in celeſtes vultus
inſpiciebāt: ⁊ tūc operabanť qḋ debebant de imaginibus
quorum oīum ſniam in centiloquio dicam vobis. ¶ Jſte
autem circulus. Hic oſtēdit duplicē modū denoīationis
circuli ȝodiaci. ⁊ dicit ꝙ iſte circulus vocatur latine ſigni
fer vel obliquus: quia oblique ad axem fert ſignum. Si/
cut dicit Ariſto. in 2° de generatione ⁊ corruptione. vbi di
citur ꝙ ſecundum acceſſum vel receſſum planetarum per
circulum obliquum fiunt generationes ⁊ corruptiones in
rebus inferioribus.

¶ Noīa aūt ſignoꝝ. ordinatio ⁊ numer⁹ ī his
patēt verſib⁹. Sunt Aries Taur⁹ Gemini
Cācer Leo Uirgo: Libraq; Scorpi⁹ Arci
tenēs Caper Amphora Piſces. Q̄libet
autē ſignū diuidiť in. xxx. grad⁹. Unde pȝ
ꝙ ī toto ȝodiaco ſunt. ccclx. grad⁹. Secūdū
autē aſtronomos iteruȝ quilibet grad⁹ diui
ditur in. lx. minuta: quodlibet minutū ī. lx.
quodlibet ſcḋȝ ī. lx.: ⁊ ſic deinceps vſq; ad
decē. Et ſicut diuiditur ȝodiac⁹ ab aſtrono/
mo: ita ⁊ quilibet circul⁹ in ſphera: ſiue ma/
ior ſiue minor ī ꝑtes cōſimiles. Cū oīs etiā
circul⁹ in Sphera preter ȝodiacū ītelligatur
ſicut linea vel circūferētia: ſol⁹ ȝodiac⁹ ītelli/
gitur vt ſupficies hñs ī latitudīe ſua. xij. gra
d⁹. de cuiuſmodi gradib⁹ iaȝ locuti ſumus.
Unde pȝ ꝙ quidā mentiuntur ī aſtrologia
dicētes ſigna eſſe quadrata: niſi abutētes no
mine idē appellent quadratuȝ ⁊ quadrāgu
lum: ſignū enim habet. xxx. gradus in lōgi
tudine: duodecim vero in latitudine.

¶ Jn iſta parte oſtendit noīa numerum ⁊ ordinem ſigno/
rum: ⁊ dicit ꝙ in his verſibus continetur numerus ⁊ ordi
natio ſignorum eſt Aries Taurus Gemini Cancer Leo
Uirgo: Libra Scorpius Arcitenens. i. Sagitarius. Ca/
per: id eſt Capricornus. Amphora. id eſt Aquarius Pi/
ſcis. ¶ Juxta quod debetis intelligere vt poſſitis ſoluere
ꝙ ſolet queri multotiens: quare iſta ſigna non fuerunt
numero niſi duodecim. Secundo cum forma circularis
non habeat aliquid loco principij: cūr ab ariete dicatur ini
tiari et a piſcibus finiri. Dico ad primum ꝙ deus ⁊ natu/
ra agens virtute ipſius dei benedicte non facit fruſtra nec
in neceſſarijs deficit: ſed cum omne quod eſt ſub ſphera
componatur ex quatuor elementis: ⁊ quatuor ſunt tripli/
citates ſtellarum. ⁊ duodecim ſigna que ipſa elementa re/
gulant ⁊ diſponunt: idcirco duodecim fuerunt ſigna non
planeta. Nam Aries Leo ⁊ Sagittarius eſt triplicitas
ignea. Capricornus Taurus ⁊ Uirgo eſt triplicitas ter/
rea. Cancer Scorpio ⁊ Piſcis eſt triplicitas aquea. Gemi
ni Libra ⁊ Aquarius eſt triplicitas aerea. Jdcirco nō fue/
runt iſta ſigna plura nec pauciora. ¶ De ſcḋo dico ꝙ
aries eſt principium: ⁊ piſcis eſt finis circuli ȝodiaci. Nā
calidum eſt principium generationis ⁊ motus animato/
rum: ⁊ frigidum principium corruptionis rerum. Eſt au/
tem in rebus primo generatio ⁊ vltimo corruptio. Jdcir/
co Aries quod eſt calidum eſt primum ſignum ſub quo
cum intrat ſol omnia vegetabilia pullulant ⁊ incipiunt
renouari. Et in piſcibus frondes totaliter admittunt. Jd/
circo ab ipſo Ariete fuit principium circuli ȝodiaci ⁊ fi/
nis fuit Piſcis. Alie ſunt opiniones multe: ſed ſi vultis cō
plere legatis libros quos fecit Albumaſar: et omnia vide/
bitis ſeriatim. ¶ Quodlibet ⁊c̄. Conſequenter ſequitur
pars iſta in qua dicit ex diuiſione ſignorum quantita/
tem ȝodiaci. Et diuiditur iſta pars in partes duas.
Nam in prima ex diuiſione ſignorum dicit quātitatē ȝo
diaci: ⁊ in ſcḋa tractat de linea ecliptica. ſcḋa pars inci/
pit ibi. Linea vero ecliptica. Prima diuiditur in duas.
Nam in prima facit qḋ dictū eſt: ⁊ in ſcḋa remouet errorē.
ſcḋa ibi. Unde patet ⁊c̄. Dicit de iſta parte ꝙ quodlibet
ſignum diuiditur in triginta gradus. Et quilibet grad⁹
diuiditur in ſexaginta minuta. Et quodlibet minutum in
ſexagintaduo. Et quodlibet ſecunduȝ in ſexaginta tertia: ⁊
ſic quouſq; veniatur ad dbomā. Et dicit ꝙ ſicut diuidi/
tur ȝodiacus ab aſtronomo: ita diuiditur circulus qlibet
ſiue ſit maior ſiue minor in partes conſimiles. ¶ Jtem
cum oīs ſphera. Jn iſta parte concludit latitudineȝ quā
titatis ȝodiaci: ⁊ dicit ꝙ cū omnis ſphera intelligať ſicut
linea vel circūferentia. Solus ȝodiacus intelligitur vt ſu
perficies habēs duodecim gradus in latitudine: de cuius
gradibus iam ipſe fuit locutus. ¶ Unde patet ⁊c̄. Hic
remouet errorem ⁊ dicit ꝙ ex his patet: ꝙ quidam non
vendunt in aſtrologia dicentes ꝙ ſigna ſunt quadrata ni
ſi abutantur noīe: ⁊ appellēt illud quadratum qḋ eſt qua
drangulum: quia ſignū habet. xxx. gradus in longitudine
⁊ latitudine duodecim. ergo cum lōgitudo ſit maior lati/
tudine non erit aliquod ſignum quadratū ſubaudi: quia
quadratuȝ conſtat ex omnibus lateribus equalibus: qua
drangulus vero non: ⁊ hoc eſt quod dicit.



¶ Linea aūt diuidēs
ȝodiacum
in circuitu
ita quod ex
vna parte
ſui relinq̄t
ſex gradus:
⁊ ex alia pte
alios ſex dicit
līea ecli/
ptica: quo/
niam quan
do ſol ⁊ lu/
na ſunt linealiter ſub illa: cōtingit eclipſis
ſolis aut lune. Solis vt ſi fiat nouilunium
⁊ luna interponatur recte inter aſpectus

nr̃os ⁊ corp⁹ ſolare. Lune: vt i plenilunio: qñ ſol lune opponiꝶ diametralr̃. Vñ eclipſis lune nihil aliud ē q̃ȝ interpoſitio terre iter corp⁹ ſolis ⁊ lune. Sol q̄dē ſēper decurrit ſub ecliptica: oēs alij planete declināt vł verſus ſeptentrionē: vel verſus auſtrū: quādoq; autem ſunt ſub ecliptica.

¶ Poſt q̃ȝ Auctor in ſuperiori parte oſtendit quantitatem zodiaci ſecundum longitudinem ⁊ latitudinem. In iſta parte determinat de linea ecliptica. Et diuiditur iſta pars in partes duas. Nam in prima tractat de ipſa: ⁊ in ſecunda dat quedam documenta. ſecunda ibi[Pars vero zodiaci.] Dicit de iſta parte ꝙ linea iſta deſcripta circulariter in circuitu zodiaci diuidens quantitates ipſius lateri zodiaci in duas partes equales: ita ꝙ cum tota latitudo ipſius ſit duodecim graduum dimitti: ſex ex vna parte: ⁊ ſex ab altera: linea talis dicitur ecliptica. ¶ Quoniam quando ſol ⁊c̃.] In iſta parte reddit cauſam quare dicitur ecliptica. Et diuiditur iſta pars in tres. Nam in prima facit hoc oſtendendo per effectum in ſole ⁊ luna: ⁊ in ſecūda oſtēdit concludendo eclipſim lune quid ſit. Et in tertia tractat de qualitate motus ſolis ſub zodiaco. ſecunda ibi[Unde eclipſis.] tertia ibi[Sol autem ſemper.] Dicit de iſta parte ꝙ quando ſol et luna directe ſunt ſub ipſa linea ſiue in ſuperficie contingit ſolem aut lunā obſcurari: obſcuritatem ſolis contingit eſſe in nouilunio ⁊ luna directe interponatur inter aſpectus noſtros ⁊ corpus ſolis obſcuritatem lune contingit eſſe in plenilunio quando ſol lune opponitur linealiter: ⁊ terra in medio opponitur diametraliter. ¶ Unde eclipſis.] In iſta parte concludit notificando eclipſim lune: ⁊ dicit ꝙ eclipſis lune non eſt aliud q̃ȝ interpoſitio terre inter ſolem ⁊ lunā. ¶ Circa iſtā partē debetis intelligere ꝙ obſcuritas ſolis ⁊ lune poteſt fieri tribus modis. ſ. diuine: naturaliter ⁊ artificialiter. Diuina vt fuit illa in paſſione Chriſti: quia potentia diuina poteſt quando vult mutare ordinem nature de potentia ſcilicet abſoluta. Naturaliter: vt quando luna ⁊ ſol diametraliter ſub iſta linea coniunguntur ꝙ ei nulla ſit latitudo: ⁊ de iſta intelligit Auctor. Artificialiter: ſicut cum elitropia. Nam vt dicit Euax Rex Arabū in libro de lapidibus. Elitropia eſt quidam lapis magnus cuius color eſt viridis: ⁊ habet ſanguineas guttas ⁊ multas proprietates quas nunc dimitto. Sed illam dico ꝙ facit ad propoſitum. Nam ſi ſub tecto vbi ſit ſphera ſolis ponatur in concha plena aqua: ita ꝙ ſphera ſolis in aqua tangat ipſam: ſubito vapores aſcendunt ⁊ multiplicantur ꝙ obūbrant totum orizontem: ⁊ per conſequens ſolem in illa ciuitate. Unde multi fatui dicunt ꝙ obſcuritas que fuit in paſſione Chriſti fuit facta in Hieruſalem virtute eliotropie ⁊ non diuine. Alij dicunt ꝙ fuit ſtella comata que vocatur a Ptolomeo Miler que eſt ex complexione Veneris ⁊ eſt magna admodum lune: ⁊ habet crines ⁊ radios ſuos infūdit ſe retro ⁊ circuit duodecim ſignā que quando apparet (vt dicit Ptolomeus) inſurgunt mutantes leges antiquas ⁊ leges adducunt nouas: ⁊ iſta Cometa nocet regibus ⁊ principibus atq; potentibus cum apparet. Alij dicunt ꝙ illa eclipſis fuit naturaliter ⁊ non miraculoſa: nam dicunt ꝙ cum Venus ⁊ Mercurius ſemper ſequuntur ſolem interpoſiti fuerunt inter aſpectum ſolis ⁊ lune: quia tunc luna erat in decimo gradu Libre: ⁊ Sol erat in decimo gradu Arietis: ideo obſcuratus fuit Sol ⁊ Luna: ſed iſtas opiniones ⁊ alias ſoluam in fine iſtius tractatus vbi magis habent locum ſi deo placuerit. ¶ Aliud eſt quod debetis hic noſcere ꝙ obſcuritas luminarium ſemper in mundo denotat detrimentum: vnde dicit Hipparcus in libro detrimenti nature ꝙ terreāt animalia: ⁊ precipue rationis cum patris ⁊ matris radiorum videtur deficere pulchritudo. ¶ Iuxta quod debetis ſcire ꝙ contribulatis cauſis contribulantur cauſata: nā Sol eſt origo virtutis vitalis: Luna eſt origo virtutis naturalis: Saturnus virtutis retentiue: Iuppiter virtutis augmenti: Mars virtutis iraſcitiue: Venus virtutis appetitiue: Mercurius virtutis cogitatiue: ſed cum vita conſiſtat per virtutes vitales ⁊ naturales. Iccirco dicit terreant animalia: ⁊ cum Mercurius ſemper comitetur Solem qui eſt origo cogitatiue cum obſcuratur Sol ex coniunctione lune. Mercurius eſt in illa coniunctione: iccirco addidit ⁊ animalia rationis: quia Mercurius recipit contribulationem ex compaſſione: iccirco cauſat detrimentum in cogitatiua virtute. Effectus autem particulares quos denotat eclipſis tam Solis quam Lune: hic non pono cum non ſit locus. ¶ Sed vnum aliud debetis ſcire ꝙ color eclipſis non eſt niſi color aeris: vt dicit Ptolomeus in ſecundo quadripartiti vbi docet cognoſcere planetam qui diſponit mundum hora eclipſis per colorem aeris: ⁊ dicit quod ſi color aeris fuerit niger vel ſubuiridis dominatur Saturnus. Si fuerit ſub albidus Iuppiter dominatur. Si fuerit rubeus Mars. Si aureus vel citrinus Venus. Si varij coloris dominatur Mercurius. Deinde cum dicit[Sol autem ſemper ⁊c̃.] In iſta parte tractat de qualitate motus ſolis ſub circulo zodiaco. Et dicit ꝙ ſemper currit vel mouetur ſub iſta linea ecliptica etſi alij planete declinant verſus ſeptentrionem vel verſus auſtrum: ⁊ quandoq; ſub iſta linea. ¶ Iuxta quam partem debetis ſcire ꝙ ſicut dicit Meſalach in libro de cauſis orbium vnus planeta eclipſat alterum: vt luna eclipſat Mercurium: quandocunq; inter eos non eſt latitudo: vt vidiſtis in hoc anno ꝙ Luna erat ſub Mercurio in parte non illuminata. Sed Venus ⁊ Mercurius non poſſunt eclipſare Solem: quia ſicut dicit Meſalach in preallegato libro. Venus ⁊ Mercurius cum ſunt ſub ſole in vno gradu in longitudine ſunt longiores q̃ȝ eſſe poſſunt in latitudine.

¶ Pars vero zodiaci que declinat ab equinoctiali verſus ſeptentrionem dicitur ſeptētrionalis: vel borealis: vel arctica. Et illa ſex ſigna que ſunt a principio arietis vſq; in finem virginis dicuntur ſigna ſeptentrionalia vel borealia. Alia pars zodiaci que declinat ab equinoctiali verſus meridiem dicitur meridionalis: vel auſtralis: vel antarctica. Et ſex ſigna que ſunt a principio libre vſq; in finem piſcium dicuntur meridionalia vel auſtralia.


¶ In iſta parte (vt ſuperius dicebatur) dat quedam documenta. Et diuiditur iſta pars in duas. Nam in prima dat documentum de diuiſione zodiaci in latitudine per equinoctium. Et in ſecunda qualiter planeta dicitur eſſe in ſignis. ſecūda pars incipit ibi[Cum aūt ſol dicitur in Ariete ⁊c̃.] Prima pars poſſet diuidi ſed non curo: totum legatis ſimul. Dicit ꝙ pars zodiaci que declinat a circulo equinoctiali verſus ſeptentrionem dicitur ſeptentrionalis vel borealis vel arctica. Et illa ſex ſigna que ſunt a principio arietis vſq; ad finem virginis dicuntur ſeptentrionalia ſigna: ⁊ alia pars zodiaci dicitur meridionalis vel auſtralis que declinat ab equinoctiali verſus meridiem:

⁊ ſex

obſcuritas luminar[illegible]

⁊ ſex ſigna que ſunt a pͥcipio libre vſq; in fine piſcium di cuntur meridionalia vel auſtralia. ℂ Circa iſtam partē debetis notare q̄ iſta eſt diuiſio totius circuli zodiaci q̄ ſex ſigna ſunt ſeptentrionalia ⁊ ſex auſtralia. Iuxta quod eſt intelligendum ſm q̄ dicit Meſalach in libro de virtu/ te motorum. dignior pars zodiaci eſt aquilonis: eo q̄ eſt in ipſa regnum Solis ⁊ Lune: ⁊ amborum exaltationes que principaliſſime ſunt cauſa vite. Nam cum Sol fuerit in Ariete omnia renouantur: que ſua exaltatio eſt eterna: ⁊ in iſta parte zodiaci oriūtur illi qui vniuerſe terre domi nantur: videlicet gratia ſolis ⁊ lune: vt dicit Ptolomeus oc tauo de actibus ſeparatis. Et Almanſor in ſuis afoꝛiſmis Cum vtrumq; luminariū: ſcilicet ſolis ⁊ lune fuerit in corde exaltationis in dominio ⁊ liberū ab infortunio: erit natus rex totius ſeculi ⁊ hereditabit ſemen ſuum ſup ter/ ram: ⁊ ipſam longo tempore poſſidebit. ℂ Aliud debetis notare q̄ planete diuerſificantur in influentia in vna par te zodiaci ⁊ in alia. Unde Joannes damaſcen⁹ in ſuis afo riſmis ſm mutationes ſtellarum in longitudine ⁊ latitudi ne vitia ⁊ nature conſuetudines mutantur ⁊ diuerſitates in aere faciunt: vt ponit Albumaſar in reuolutiōibus an norum mundi. Et etiam luna habet in meridie proprieta tem mirabilem: vt dicit Hermes ꝑmo de ſpe. ⁊ de luce. Cū luna fuerit meridionalis deſcendens in Scorpione vel in piſcibus: non incipias laborare: cito enim huius fabrica di ruetur. ℂ Aliud debetis ſcire q̄ ciuitas dicitur ſeptentrio nalis vel auſtralis dupliciter. Uno modo ratione ſitus eo q̄ ipſa ſituata eſt ſub parte illa. Alio modo dicitur ſepten trionalis vel auſtralis ratione ſigni ſub quo ſunt edifica/ ta. Unde cū dixi vobis⁹ meis prophetijs q̄ hoc erit in par tibus Aquilonis: id eſt in illis ciuitatibus que edificate ſunt ſub aliquo ſigno ſeptentrionali: ⁊ non in ciuitatibus que ſituate ſunt ſub parte illa. Nam i auſtro ſunt ciuitates ſep tentrionales: ⁊ in ſeptentrionale ſunt ciuitates auſtrales: ⁊ hec eſt ratio quare in vna ciuitate in vno anno eſt mortali tas: fames: ⁊ terremotus: ⁊ in alia (que nō diſtat per vigin ti miliaria) eſt ſalus gentiū fertilitates ⁊ quies. Hoc vt di xi vobis non eſt niſi propter diuerſitatem ſtellarum ſub q bus fuerunt ipſe ciuitates edificate. Deinde cum dicit.

ℂ Cum autē dicitur q̄ in ariete eſt ſol vel in alio ſigno. Sciendū q̄ hec prepoſitio in ſu mitur pro ſub ſm q̄ nūc accipimus ſignū.



In aliā autē ſignificatiōe dicitur ſignū pyramis qua drilatera: cu ius baſis ē il/ la ſuperficiēs quam appel lamus ſignū: vertex ꝟo ei⁹ eſt in centro terre. Et ſm hoc ꝓprie lo quēdo poſſumus dicere planetas eſſe in ſi/ gnis. Tertio mō dr̄ ſignum vt intelligatur ſex circuli tranſeuntes ſup polos zodiaci ⁊ ꝑ principia duodecim ſignoꝝ. Illi ſex Cir/ culi diuidunt totam ſuperficiem ſphere in duodecim partes latas in medio: arctiores vero iuxta polos zodiaci: ⁊ quelibet ps ta/ lis dr̄ ſignum ⁊ nomen hꝫ ſpeciale a nomi ne illius ſigni quod intercipit inter ſuas du as lineas. Et ſm hanc acceptionē: ſtelle q̄ ſunt iuxta polos dicunt eſſe in ſignis. Item intelligat corpus quoddā: cuius baſis ſit ſi gnū ſm q̄ nūc vltimo accepim⁹ ſignū acu/ mē ꝟo eius ſit ſup axem zodiaci. Tale igit corpus in quarta ſignificatiōe dr̄ ſignū: ſm quā acceptionē totus mūdus diuidit i duo decim ptes equales que dicuntur ſigna: et ſic quicquid eſt in mūdo eſt in obliquo ſigno.

ℂ In iſta parte dat documentum qūo dicatur planeta eſſe in ſigno. Iſta pars poſſet diuidi: ſed non curo: legatis to/ tum ſimul. Dicit q̄ ſol ſiue planeta eſſe in ſigno dicit qua tuor modis. Uno modo accipiendo in ſigno ſub ſm q̄ iam ipſe accepit. In alia ſignificatione dicitur ſignum quadri/ latera pyramis: cuius latitudo eſt ſuperficies quam ap/ pellamus ſignum ⁊ punctus ſiue acutiēs eius eſt in centro terre: exempli gratia dato q̄ a quolibet latere ſuperficiei arie tis ducatur linea que cum venit in cētro deſcribet corpus quadrilatere pyramidale: cuius baſis ſiue latitudo eſt ſu perficies quadrangula. Angulus vero in quo linee con iū guntur in centro eſt vertex ſiue acuties: vt patet in figura i marginali: ⁊ hoc modo planete dicunt eſſe in ſignis. Ter tio modo dicuntur planete eſſe in ſigno vt intelligant ſex circuli tranſeuntes ſuper polos zodiaci per principia .12. ſi gnorum: ⁊ iſti circuli diuidunt totam ſuperficiē ſphere in 12. partes latas. ſcilicet in medio ⁊ ſtrictiores iuxta finem: quelibet talis pars dicitur ſignū ⁊ nomen ſpeciale habet a nomine illius ſigni qđ includitur inter lineas: ⁊ ſm iſtā acceptionem ſtelle que ſunt iuxta polos dicuntur eſſe in ſi/ gno: ⁊ iſto modo accipiendo ſignum eſt ſola ſuperficies. Quarto ⁊ vltimo modo planeta dicitur eē in ſigno: vt in/ telligatur eſſe qđdam corpus. cuius baſis eſt ſignum ſm q̄ ipſe accepit vltimo. ſ. in tertio modo. acutum vero eius ſit ſupra axem zodiaci: tale in quarta ſignificatione dicit ſignum ſm quam ſignificationem totus mundus diuidi tur in .12. partes equales: ⁊ ſic quicquid eſt in mūdo. ſ. a ſu perficie firmamenti vſq; ad terram dicitur eſſe totum in ſi gno: ⁊ hoc eſt quod dicit.


ℂ De duobus coluris.

Sunt aūt alij duo circuli maiores in ſphera q̄ dnr̄ coluri: quoꝝ officiū eſt diſtinguere ſolſtitia ⁊ equinoctia. Dr̄ aūt colurus a colon grece qđ eſt membrū: ⁊ vros qđ eſt bos ſylueſter: qa quēadmodū cauda bouis ſylueſtris erecta q̄ eſt eius membrū facit ſemicirculum ⁊ nō ꝑfectū: ita colurus ſemꝑ apparet nobis im perfectus: qm̄ ſolum vna eius medietas ap paret: alia vero nobis occultatur.

Poſtq̄ aūt Auctor in ſuperiori parte tractauit de linea ecliptica ⁊ de acceptiōe ſigni. In iſta parte tractat de coluris: ⁊ diuidit iſta pars in duas. Nam in prima dat intentū: ⁊ in ſcđa ꝓ ſequit. ſcđa pars icipit ibi [Dicit aūt.] Dicit

de iſta parte q̄ ſunt alij duo circuli maiores in ſphera qui dicūr coluri: officiū quoꝝ eſt diſtinguere ſolſtitia ⁊ eqnoctia. ❡ Dicit aūt.]In iſta parte ꝓſequit: ⁊ diuidit iſta pars in duas. Nam in ꝑma ꝓſequit intentum determinādo de colurie in generali. Et in ſcḋa in ſpāli. ⁊ ſcḋa pars incipit ibi [Colurus igit̄ tranſiens ⁊c̄.]Dicit de iſta parte q̄ colur⁹ eſt dictus a colon grece qḋ eſt membꝛum: ⁊ uros qḋ ē bos ſiluester: quia ſicut cauda bouis ſyluestris erecta facit ſemicirculum non ꝑfectum: ſic colurus ſemper apparet nobis impfectus: quia tm̄ vna eius medietas apparet ſubaudi: non q̄ in ſe ſm̄ totum ambitum non ſit circularis: ſed quia illa pars alterius poli quam interſecat nunq̄ videt a nobis. Juxta qḋ debetis itelligere q̄ Hippercus in libro de hierarchiis ſpirituum aliter interpꝛetatus eſt colurum: ⁊ dicit q̄ colurus dr̄ a colon qḋ eſt membꝛū ⁊ uro. ris. qa ſpūs qui ſunt in coluris. ſ. incubus ⁊ ſuccubus officium eorum eſt vrere in ſomniis mēbꝛa genitalia. Unde ad lr̄am ſic dicit: incubus ⁊ ſuccubus coluros tenent: ⁊ qñq̄ in maiori coniunctione coꝝ virtute velut diuinitatis hoies oriūtur. Juxta qḋ debetis intelligere q̄ incubus ſm̄ ipſum dicitur morari in coluro q̄ diſtinguit ſolſtitiū eſtiuale: ⁊ iſti ſpūs oñantur in ſomniis coitus hoium ⁊ depoꝛtant ſperma hois in coniunctione maiori. ſ. qñ Saturnus: Juppiter ⁊ Mars coniungunt̄ in cācro vel in capꝛicoꝛno ⁊ emittit in matricem alicuius mulieris: ⁊ exinde fit conceptio ⁊ oꝛiuntur hoies qui vident̄ diuini: ⁊ qui conſtituunt leges in mundo: ⁊ faciūt mira: vt fuit Merlinus: ⁊ erit Antichꝛiſtus: q̄ conceptus erit ex virgine: ⁊ faciet miracula multa de quo in fine lectionis dicam vobis. Succubus dicit̄ qa accipit coꝛpus ex aere in foꝛma mulieris: ⁊ decipit quādoq̄ hoiem agendo in eū. Alij q̄ ſunt minores ſupꝛadictis qui vocant̄ marmores ⁊ aſinitus tenent coluros q̄ diſtinguunt equinoctia. vnde ad litteram dicit q̄ marmores et aſinitus tenent equinoctia nutu dei: ſed iſtud nō debet ſic ſimpliciter intelligi: ſed eget expoſitiōe magna que hic nō habet locum.

❡ Colurus igit̄ diſtinguēs ſolſtitia trāſit p polos mūdi p polos zodiaci: ⁊ maximas ſolis declinatiōes. hoc ē p primos grad⁹ cancri ⁊ capꝛicoꝛni. Unde ꝑmus pūctus cācri vbi colurus iſte īterſecat zodiacū dicit̄ punctus ſolſtitij eſtiui: q2 quando ſol eſt in eo: ē ſolſtitiū eſtiuum: ⁊ nō poteſt ſol magis accedere ad zenith capitis noſtri. Eſt aūt zenith pūctus in firmamēto directe ſupꝛa poſitus capitibus noſtris. Arcus vero coluri q̄ ītercipitur inter punctum ſolſtitij eſtiui ⁊ equinoctialem: appellatur maximū ſolis declinatio. Et eſt ſcḋm Ptolomeum. xxiij. graduum: ⁊. lj. minutoꝛū. Secundum Alcmeonem vero. xxiij. graduū: ⁊. xxxiij. minutoꝛum. Similiter primus pūctus capꝛicoꝛni: vbi idē colurus ex alia parte interſecat zodiacum dicitur punctus ſolſtitij hyemalis: ⁊ arcus coluri interceptus inter punctum illum ⁊ equinoctialem dicitur alia maxima ſolis declinatio: ⁊ ē equalis pꝛioꝛi.



❡ In iſta parte dicit de coluro in ſpeciali. Et diuiditur iſta pars in duas. Nam in pꝛima tractat de coluro diſtinguente ſolſtitia: ⁊ in ſcḋa de coluro diſtinguente equinoctia. ſecunda pars incipit ibi [Alter qdem colurus.]Adhuc pꝛima pars diuidit̄ in duas. Nā in pꝛima facit qḋ dictū eſt: ⁊ in ſcḋa duo manifeſtat. ſcḋa pars ibi [Iſte aūt arcus ⁊c̄.] Dicit de iſta parte q̄ colurus q̄ tranſit per polos mundi ⁊ zodiaci p maximas ſolis declinationes. ſ. per pꝛimos gradus cancri ⁊ capꝛicoꝛni diſtinguit ſolſtitia. Unde pꝛimus punctus cancri vbi iſte colurus interſecat zodiacum dicit̄ punctus ſolſtitij eſtiualis: quia ſole exiſtente in eo tunc eſt ſolſtitium eſtiuale: quia non pōt ſol magis accedere ad zenith noſtri capitis: qḋ zenith eſt punctus in firmamēto recte ſupꝛapoſitus capitibus noſtris. ❡ Circa iſtam partem eſt dubitatio. vtrum punctus cancri ⁊ capꝛicoꝛni dicātur maximas ſolis declinationes. videtur q̄ non: q2 maxime ſolis declinationes ſunt que maxime diſtant a medio mūdi. Sed duo poli. ſ. arcticus ⁊ antarcticus magis diſtant a medio mundi q̄ punctus cancri ⁊ capꝛicoꝛni: quare ⁊c̄. Maioꝛ huius rōnis eſt nota: declaro minoꝛem. Nam poli mundi diſtant in termino: ⁊ diſtare plus non poſſunt. ergo pūctus cancri ⁊ capꝛicoꝛni non ſunt ſolis maximas declinationes. ꝺ. ❡ Oppoſitum: illa puncta dicuntur maxime ſolis declinationes in quibus ſol non poteſt magis diſtare ab equinoctiali. Sed pꝛimus gradus cancri ⁊ capꝛicoꝛni ſunt hmōi: quare dicuntur maximas ſolis declinationes. Maioꝛ huius eſt nota: declaratur minoꝛ ad ſenſum. Nam in oꝛbe ſignoꝝ ſol nō poteſt plus diſtare ab equinoctiali ⁊ per conſequens a medio mundi. ergo puncta cācri ⁊ capꝛicoꝛni dicunt̄ maxime ſolis declinationes. ❡ Unde ad rōnem cum dicit̄ illa puncta ⁊c̄. Dico q̄ q̄uis ſimplr̄ loquendo poli mundi dicant̄ magis diſtare a medio mūdi: tamen in oꝛbe ſignoꝛum i quo ſol magis mouet̄ ꝑmus punctus cancri ⁊ capꝛicoꝛni maxime diſtat a medio mūdi. ❡ Iſte autem arcus coluri dicit̄ ⁊c̄.]In iſta parte Auctoꝛ duo manifeſtat. Et diuiditur iſta pars in duas. Naꝫ in pꝛima oſtendit quid ſit maxima ſolis declinatio. Et in ſecunda quid ſit punctus ſolſtitij hyemalis. ſecunda ibi: [Similiter punctus.]Dicit de iſta parte q̄ iſte arcus coluri qui intercipitur inter pꝛimum punctum cācri ſiue ſolſtitij eſtiualis ⁊ equinoctialis dicitur ſolis maxima declinatio ſiue aſcenſio. Et iſta ſm̄ Ptolomeū eſt. 23 graduū. 51. minutoꝝ: ſed ſm̄ Alcmeonem. 23. graduum: ⁊. 33. minutoꝝ. ❡ Juxta qḋ debetis intelligere q̄ declinatio ſicut dicit Thebit in libꝛo de diffinitionibus: Eſt arcus circuli meridiei cadens inter oꝛbem ſignoꝛum ⁊ equatoꝛem diei ſiue circulum equinoctialeꝫ. Aliud debetis ſcire q̄ iſta declinatio ſolis ſm̄ Ptolomeum eſt. 23. graduūꝫ: ⁊. 51. minutoꝛum: vt recitat Alphagranus. Sed opinio quam recitat Auctoꝛ hic non eſt opinio Ptolomei. Sed Alcmeon fuit iſtius opinionis: ſcilicet q̄ eſſet. 23. graduum: ⁊. 33. minutoꝛum: ⁊ in iſta opinione omnes concoꝛdant. ❡ Similiter pꝛimus pūctus ⁊c̄.]In iſta parte oſtendit quid ſit pūctus ſolſtitij hyemalis: ⁊ dicit q̄ pꝛimus pūctus capꝛicoꝛni dicitur punctus ſolſtitij hyemalis: ⁊ ille arcus q̄ intercipitur

cipit coluri qui intercipit inter pūctum illuꝫ ⁊ equinoctialem dicitur maxima ſolis declinatio: ⁊ eſt eq̄lis ſupdicte.

¶ Alter quidem colurus tranſit per polos mundi ⁊ per prima puncta arietis ⁊ libre: vbi ſunt duo eqnoctia: vnde appellat̄ colurus diſtingēs eqnoctia. Iſti autem duo coluri interſecant ſeſe ſuper polos mundi ad angulos rectos ſpherales. Signa quidem ſolſtitiorum ⁊ equinoctiorū patēt his verſibus. Hec duo ſolſtitia faciunt cancer capricorn⁹: Sꝫ noctes equāt aries ⁊ libra dieb⁹.

¶ In iſta parte Auctor tractat de coluro diſtinguente ſolſtitia. Et diuiditur iſta pars in tres. Naꝫ in prima hoc facit: Et in ſecunda tractat de qualitate colurum. Et in tertia de ſignis ſolſtitiorum ⁊ equinoctiorum per verſus. ſcūda ibi. Iſti autem coluri. Tertia ibi. Signa ſolſtitiorum. Dicit de prima parte q̄ alter colurus tranſit ſuper polos mundi ⁊ per prima puncta arietis ⁊ libre vbi ſunt duo equinoctia ⁊ appellatur colurus diſtinguens equinoctia. ¶ Circa iſtam partem eſt dubitatio. vtruꝫ ſcilicet colurus aliquis ſit principium diſtinguendi ſolſtitia ⁊ equinoctia. Et videtur q̄ non vnica ratione: quicquid eſt principium diſtinguendi aliud eſt principium cognoſcendi illud: ſed colurus non eſt principium cognoſcēdi ſolſtitia ⁊ equinoctia: ſed potius econuerſo. Maior huius rationis eſt nota. declaro minorem. Nam ſolſtitia ⁊ equinoctia ponuntur in diffinitione colurum: quod patet cum dicit: q̄ vnus colurus tranſit per prima puncta cancri ⁊ capricorni vbi contingunt ſolſtitia. ergo coluri nō ſunt principiuꝫ diſtinguendi ſolſtitia ⁊ equinoctia. ¶ Oppoſituꝫ in duobus punctis in quibus colurus interſecat equinoctialeꝫ contingunt duo ſolſtitia: ⁊ in alijs duo equinoctia. ergo equinoctia ⁊ ſolſtitia diſtinguuntur per contactum colurorum. ergo coluri ſunt principia diſtinguendi ſolſtitia ⁊ equinoctia. ¶ Ad formam rationis cum dicitur q̄ quicquid eſt principium diſtinguendi aliquid eſt principium cognoſcendi illud concedo. Sed colurus non eſt principium cognoſcendi equinoctia: ſed potius econtra. Dico q̄ quāuis ʒodiacus ſm̄ realitatem ſit principium diſtinguēdi coluros: tamen quo ad nos coluri ſunt principium diſtinguendi quattuor puncta ʒodiaci. ¶ Iſti autem coluri ⁊c̄. In iſta parte oſtendit qualitatem colurorum: ⁊ dicit q̄ iſti coluri interſecant ſe ſuper polos mundi ad angulos ſpherales rectos. hoc poteſtis videre i ſphera: ⁊ eſt notum. ¶ Signa ſolſtitiorum ⁊c̄. In iſta parte oſtendit ſigna ſolſtitiorū ⁊ eqnoctiorū per verſus. Et dicit q̄ ſigna ſolſtitia ⁊ eqnoctia patent in iſtis verſib⁹. ⁊ dicit q̄ cancer ⁊ capricornus faciūt ſolſtitia. Aries ⁊ Libra faciūt equinoctia. ⁊ hoc eſt qḋ dicit̄. Sed debetis ſcire q̄ iſta quatuor ſigna que cardinalia dicunt̄ recte poſita ſunt in celo: vt quatuor membra principalia noſtri corporis. Nam ſicut cerebrum eſt in ſumitate ſic cancer. Nam ſi aliud ſignuꝫ vtputa calidū eſſet loco Cancri Sole adueniente taꝫ ratione ſigni q̄ꝫ ratione more tam ratione radiorū q̄ꝫ ratiōe loci cauſaret tam intenſum calorem q̄ꝫ inficeret aer: q̄ iſe ctione nō ſtaret vita noſtra. Unde ſicut cerebrū eſt frigide ⁊ humide cōplerionis vt reſiſtat cordi: ſic Cancer vt reſiſtat ſoli. iccirco Cancer poſitus fuit in ſummitate ʒodiaci ⁊ ſicut eſt in medio indiuidui. ſic Aries eſt in medio mundi. Et ſicut cor eſt calidū ⁊ ſiccū ⁊ pricipiuꝫ vite: ſic Aries eſt pricipiū circuli. Libra eſt calidū ⁊ humiduꝫ: ⁊ ſic epar eſt calide ⁊ humide cōplerionis: ⁊ ſicut opponit̄ cordi ſui humiditate: ſic libra opponitur arieti. Unde quemadmodū ſpiritus vitalis perueniens ad aliqḋ iſtorum membrorum principaliū: vtputa ad cerebrū acquirit aliū moduꝫ complerionis: q2 fit animalis perueniens ad epar fit naturalis: ſic ſol perueniens ad aliqḋ iſtorum ſignorum fit variatio que ſunt in mūdo inferiorum. ¶ Iuxta qḋ debetis notare q̄ iſta quatuor ſigna. ſ. Aries: Libra: Cācer: ⁊ Capricornus: in quibus contingunt ſolſtitia ⁊ equinoctia dicunt̄ ſigna cardinalia: eo q̄ in cardinib⁹ ſiue in angulis naturaliter ſituata. Unde hipparcus dicit in libro de ordine intelligentiarū q̄ principes quidem demonū tenent quatuor partes ſub celo. Nam expulſi de celo aerem occupant ⁊ quatuor elemēta. Nam equinoctia ⁊ ſolſtitia tenent in ſimilitudinem pmi throni. Nam cum ſigna quatuor ſupra dicta dicant̄ cardinalia ſiue angularia: accirco velut loca digniora ſub ipſis tenent aliqui de hierarchis maiori: ⁊ cū ipſi coluri interſecent cruciatim ſolſtitia ideo illi qui inuocant Demones ſemper in triuijs ſiue in cruciatis vijs ſtant ad inuocandū. Et hec eſt ratio q̄re ⁊c̄.

¶ De meridiano ⁊ oriçonte.

Sunt iterum duo alij circuli maiores in Sphera. ſ. meridian⁹ ⁊ oriçon. Eſt aūt meridianus circulus quidā tranſiens p polos mundi ⁊ p çenith capitis noſtri. Et dicit̄ meridianus: q2 vbicūqꝫ ſit hō: ⁊ in quocūqꝫ tēpore anni qñ ſol motu firmamenti puenit ad ſuū meridianum eſt illi meridies. Conſimili ratiōe dicit̄ circulus medie diei. Et notanduꝫ q̄ ciuitates: q̄rū vna magis accedit ad oriēte q̄ꝫ alia habent diuerſos meridianos. Arcus ꝟo eqnoctialis interceptus inter duos meridianos dicit̄ lōgitudo ciuitatū. Si aūt due ciuitates eundem habeant meridianū: tunc equalit̄ diſtant ab oriente ⁊ occidente.

Poſtq̄ꝫ auctor in ſuperiori parte tractauit de coluris. In iſta parte tractat de circulo meridiano ⁊ oriçonte. Et diuidit̄ iſta pars in partes duas. Nam in prima dat intentuꝫ. Et in ſecunda proſequitur. ſecūda pars incipit ibi. Eſt autem meridianus circulus. Dicit de iſta parte q̄ ſunt alij duo circuli maiores in ſphera. ſ. meridianus ⁊ oriçon. ¶ Iuxta qḋ debetis intelligere q̄ circuli meridionales ſunt circuli maiores q̄ tranſeūt per polos eq̄toris diei. Et qcūqꝫ tranſit per ſummū capitis alicui⁹ terrarū eſt circulus meridiei in terra illa. Unde circuli meridionales ſunt oriçontes ſub equatore diei: vt dicit Thebit in libro de diffinitionib⁹. ¶ Eſt autem ⁊c̄. In iſta parte proſequitur. Et diuidit̄ iſta pars in duas. Nam in prima proſequitur determinando de meridiano: ⁊ in ſecūda de oriçonte. ſcḋa pars incipit ibi. Item oriçon eſt circulus ⁊c̄. Adhuc iſta diuiditur in tres. Nam in prima notificat meridianū. Et in ſecunda quare dicitur meridianus. Et in tertia dat quedam documenta. ſcḋa ibi. Dicit̄ meridian⁹. tertia ibi. Et notandū. Dicit de prima parte q̄ meridianus eſt circulus qui deſcribit̄ ſuper polos mundi qui tranſit per punctum capitis noſtri. ¶ Dicit̄ ⁊c̄. In iſta parte oſtendit quare dicatur meridianus: ⁊ dicit q̄ meridianus dicit̄ q2 vbicūqꝫ homo ſit: ⁊ in quibuſcūqꝫ temporibus anni quando ſol per motū firmamēti peruenit in meridianū ſuū eſt illi meridies: ⁊ conſimili ratiōe dicit̄ circu-

12. Mars in duob⁹. Sol Uen⁹ ⁊ Mercuri⁹ in .365. dieb⁹ ⁊ ſex horis fere: q̄ minutis .12. ſcd̄is. Luna vero in .27. diebus ⁊ .8. horis. ¶ Circa hāc p̄tē q̄rit̄ p̄. Utrū ſint duo motus celeſtes vt dicit Auctor in tex. videt̄ ꝙ nō. p̄ mot⁹ debēt ꝓportionari motorib⁹: ſꝫ vn⁹ eſt p̄m⁹ motor oīum celorū .ſ. motor p̄m⁹ mouēs oēs ſpheras ab oriēte in occidēte in 24ᵒʳ horis. ḡ vn⁹ eſt mot⁹ eoꝝ. ¶ Scd̄o omnis multitudo reducit̄ ad vnū vt notū eſt de ſe: ſed ſunt multi ⁊ quaſi innumerabiles mot⁹ hoꝝ iſerioꝝ: qui reducunt̄ ad motū celi tanq̄ ad cām. ḡ videt̄ ꝙ ſit vnus motus celi. ¶ Tertio. Ois motus localis eſt ad locū tanq̄ ad terminū: ſicut alteratio ad qualitatē 5ᵒ phyſi. ḡ duo motus locales ſunt ad duo loca. ſicut due alterationes ad duas q̄litates: ⁊ ꝯ̄ſiter ſicut qd̄ mouet̄ duab⁹ alterationibus acq̄rit duas q̄litates: ita q̄d̄ mouet̄ duob⁹ motib⁹ localibus acq̄rit duo loca: ſed nō eſt poſſe idē corp⁹ hr̄e vel eē in duob⁹ locis vt pꝫ. ḡ non eſt poſſe moueri duob⁹ motibus localibus. ¶ 4ᵒ Si ſphere iferiores mouent̄ duobus motibus: vel ambo ſunt nāles eis: vel ambo violenti: vel vnus nālis ⁊ alter violentus: nō ambo nāles: q̄a vnius corpis ſimplicis eſt vn⁹ motus ſimplex nālis: nec ambo violēti: q̄a nullū violentum ꝑpetuū ē de celo: ſequeret̄ ḡ ꝙ celū non moueret̄ ꝑpetuo. Etiā eſt abſurdū ponere in celo violētiam. Nec pōt dici ꝙ alter tm̄ ſit violētus ꝓp eādē cām: quare nullo mō ſphere mouentur duob⁹ motib⁹. ¶ Confirmatur. naꝫ impoſſe eſt motū celi eē violentū vt dictū eſt: mō vnus iſtorum eſſet violētus: qd̄ videtur Auctor ſentire dum dicit ꝙ primus oēs alias ſpheras ſecū ipetu ſuo rapit infra diem ⁊ noctem circa terrā ſemel: qd̄ eni rapit̄ cum ipetu violētatur: idō motus primus dicit̄ raptus. Et ſubdit. Illis aūt ꝯ̄ nitentibus ſi alie ſphere in ꝯ̄triū nitunt̄: videt̄ ꝙ motus primus nō ſit eis nālis: cū nō inclinent̄ ad eū: q̄re violentus: quod eſt impoſſe. ¶ In oppoſitū eſt Ptolo. p̄ Almage. cap̄ 8ᵒ Alphag. dīa 5ᵃ. Auctor hic: ⁊ cōiter oēs Aſtrologi recte ſentiētes. ¶ In hac q̄ōne fuerunt q̄dā antiqui ſapiētes vt refert ſctūs Tho. 2ᵒ de celo ⁊ mūdo: q̄ dixerūt eē tm̄ vnum motū in corpib⁹ celeſtibus. ſ. ab oriēte in occidentē: q̄ dicit̄ diurnus: quo oēs ſphere moueret̄: nec daret̄ alius mot⁹. Et vt ſaluarēt apparētias de ſcd̄o motu: t̄ q̄ alie ſphere videntur moueri ab occidēte in oriētē: dicebāt hoc nō ꝓuenire merito ſcd̄i motus ſed merito retardationis: nā dicebant ꝙ vnus motor tm̄ vel vna intelligentia mouet oēs ſpheras: ⁊ etiaꝫ elīta motu diurno inequalr̄ tm̄: q̄ aliquā velocius quāto .ſ. eſt ei ꝓpinquior: ⁊ aliquam tardius .ſ. remotiorē: vnde q̄ nona ſphera eſt ꝓpinquiſſima huic intelligentie motrici quā aīam mundi appellabant: mouet̄ motu velociſſimo cōplens totū circuitum in 24ᵒʳ horis nihil deficiendo: aliarum aūt ſpherarum quanto aliqua diſtātior: tāto magis deficit ab hͦ motu cōpleto: ⁊ ꝯ̄ſiter tāto tardius mouetur: vnde inter oēs ſpheras ſphera lune tardiſſime mouetur: quia multum deficit a cōpleta circulatione. Silr̄ inter elīta ignis velociſſime mouetur motu diurno: q̄a ꝓpinquiſſim⁹: terra aūt tardiſſime ⁊ inſenſibilr̄ tm̄ mouet̄: cuius ſignum: q̄ terra in parte occidentali cōtinue tendit ſub mari ⁊ cooperitur: ex parte vero orientalis ecōuerſo diſcooperitur a mari occeano: qd̄ pꝫ per colūnas Herculis: q̄s poſuit ipſe in littore maris ex parte orientis ⁊ occidentis: mō illa quam poſuit in littore occidentali reperitur intra mare per multa miliaria: que vero in oriente eſt intra terrā tantūdē diſtās a mari: quare concludebant ꝙ etiam terra mouetur iſto motu: tardiſſime tamen: quia maxime diſtat a motore: ⁊ pro hac opinione faciūt etiā rōnes ante oppoſitum facte. ¶ Sed hec opinio falſa eſt: nec ſaluat apparētias: nam non tm̄ mouētur ſphere citra primam: motu diurno: ſed etiam aliquando appropinquāt ad auſtrum ⁊ aliq̄n ad ſeptētrionem: vt pꝫ manifeſtiſſime de ſole: q̄ in eſtate eſt verſus ſeptētrionē ⁊ in hyeme ad auſtrum: per motum aūt diurnum nō pōſſūt moueri verſus polos: quia ille motus eſt ſup polos ⁊ nō ad polos imo ſi mouerent̄ tm̄ motu diurno ſp̄ aſtra eſſent in equali diſtantia ab equinoctiali: cuius ꝯ̄triū videmus: quare cū hͦ nō ꝓueniat per motū diurnū: ſꝫ eſt alius ab illo: ſequitur ꝙ aſtra mouent̄ duplici motu. ¶ Silr̄ qd̄ dicūt de terra falſum eſt ⁊ impugnat dictis eoꝝ: nā ex opinione eoꝝ ſeq̄ deberet ꝯ̄triū .ſ. ꝙ terra ex parte oriētis ſubmergeret̄ in mari occeano: ⁊ eꝯ̄ ex p̄te occidētis emergeret ⁊ diſcooperiret̄ ab aq̄s. Nā ex quo aīa mūdi mouet oīa circulariter motu diurno ⁊ tanto velocius quāto mobile eſt ꝓpinquius: ſequitur ꝙ mouet aquā ab oriente in occidentē velocius q̄ terram: ⁊ ꝯ̄ſiter cū mare moueat̄ ab oriēte velocius q̄ terra: ſequit̄ ꝙ cōtinue occupat ⁊ cooperit terrā verſus oriētē ⁊ oppoſitū verſus occidētē. ¶ Ad eoꝝ rōnes dōm eſt ꝙ terra nō mouet̄: q̄a ipoſſe eſt vt dicit Ariſto. in lib⁹ de aīalibus: q̄a ſi terra moueret̄: celuꝫ q̄ſceret. Sed ideo vbi prius fuit mare poſtea eſt terra ⁊ ecōtra: q̄ mare ꝯ̄ſumit terrā ꝓp creſcētiā aque: ⁊ in alia p̄te decreſcit ⁊ apparet arida ꝓp motus ⁊ aſpectus corpoꝝ ſupioꝝ: vt dicit in lib⁹ p̄ metheororum. ¶ Ideo alr̄ dico ad q̄ōnē iſtā: ⁊ dico p̄ ꝙ duos motus eē in eadem ſphera vel ſpherā moueri duobus motibus eſt poſſe. Unde moueri pluribus motibus intelligi poteſt tripliciter. p̄ mō eque p̄ito ꝙ aliquid ſimplr̄ moueat̄ appropinquando oriente: ⁊ etiā occidenti p̄ ⁊ ꝑ ſe. ⁊ hoc eſt ipoſſe ſicut ꝓbat tertia ante oppoſitū: q̄a tūc acq̄reret duo loca: ⁊ ſimul eſſet in duobus locis ꝑ ſe ⁊ primo: quod ē impoſſe. ¶ Sed ꝯ̄tra. ſicut aliquis eque p̄mo pōt moueri duab⁹ alterationibus vtputa ſimul pōt calefieri: ⁊ albefieri: ita etiā pluribus motibus localibus. ¶ Rn̄det̄ negando ſilitudinē: id eni pōt ſimul duab⁹ alterationibus alterari: q̄a pōt duas q̄litates hr̄e ſil' nō tm̄ pōt ſimul moueri duobus motib⁹ localib⁹: quia nō pōt eē ſimul in duobus locis. ¶ Scd̄o pōt itelligi aliq̄d moueri plibus motibus: q̄a mouet̄ motu mixto ex pluribus motibus: q̄ motus dr̄ mixtus: q̄a hꝫ ꝓprietates diuerſoꝝ motuum. v.g. ſi aliq̄s deſcenderet ꝑ arcū: cui⁹ chorda eēt ſemidiameter mūdi: motus iſte eēt obliquus ⁊ deſcenſus. ⁊ hoc eſt poſſe ſicut pꝫ in exemplo poſito. Similr̄ imagineꝫ a ſuperficie terre q̄dā circuli gyratiui vel gyre vſq̄ ad centrum terre: per quos aliq̄s moueatur a ſupficie terre: talis motus eēt circularis: ⁊ etiā deſcēſus vt patet. ¶ Tertio poteſt cōtingere aliq̄d moueri pluribus motibus non eque primo nec ab eodem motore ſed a diuerſis: ab vno ſcilicet ꝓprio ⁊ intrinſeco: ⁊ ab alio ſeparato ⁊ extrinſeco: vel potius a corpe alio. Et hoc eſt poſſe: qd̄ pꝫ ꝑ exēpla. p̄ dato ꝙ nauis moueret̄ verſus occidētem: ⁊ hō exiſtēs in naui etiam moueret̄ hoc motu ab oriēte in occidentem ad motum nauis: q̄ mot⁹ nō eſt ꝓprius hōi ſed eſt ab extrinſeco vt notum eſt: cum hoc ſtat ꝙ hō idē moueatur motu ꝓprio ⁊ ab intra in eadē naui ꝯ̄. ſ. ab occidente in orientem: veꝝ hic motus eſt ꝓprius ab intra cōpetēs ei p̄: primus vero nō erat ꝓprius ſed extrinſecus: q̄re idē hō mouet̄ duob⁹ motibus nō eque primo. Aliud exēplum imagineꝫ rota circūuoluta verſus occidentē: in qua ſit muſca que ad motū rote moueat̄ dicto motu: tm̄ ab extra. Et cum hoc moueat̄ eadē muſca in rota motu ꝓprio verſus oriētem: nō tm̄ mouebit̄ vtroq̄ motu eque p̄ vt pꝫ. ¶ Nota tm̄ ꝙ vnus iſtoꝝ motuū eſt velocior altero: idō licꝫ hō reſpectu nauis moueat̄ verſus oriētem: q̄ tamē nauis mouet̄ ad occidētē velociori motu: dicit̄ hō ſimplr̄ ad occidentē moueri: q̄a ad occidentem ſimplr̄ appropinquat: ad orientem vero non ſimplr̄ ſed ſolū reſpectu nauis. Ad ꝓpoᵐ hi duo mot⁹ ſunt poſſes in corpore ſupceleſti: ita ꝙ moueat̄ duobus motibus: nō tm̄ eq̄ p̄mo. Nā p̄mū mobile mouetur ab oriente in occidentē: ⁊ q̄ cōplectit̄ oēs ſphe

ras inferiores: in ſe et ducit eas eodem motu et equali velocitate preciſe ſicut navis mota movet hominem in ea exiſtentem: et hic motus non eſt proprius orbibus inferioribus: ſed eſt a corpore ſuperiori. ſ. a primo mobili: ideo opʒ q̄ habeant alium motum ſibi proprium naturalem et a forma ſibi intrinſeca: et eſt motus ſecundus quo. ſ. movētur ab occidente in orientem. Sed quia primus eſt velocior ſecundo ſimpliciter moventur ab oriente in occidentem: quia ſimpliciter appropinquant occidenti. Orienti vero appropinquant ſolum reſpectu ſphere ſuperioris in qua continentur. Et ita patet primum. ſ. q̄ non eſt impoſſibile duos motus ineſſe eidem corpori: nō tamen eque p̄. nec ab eadē forma et eodem motore: vt declaratū eſt. ¶ 2° dico q̄ iſti motus nō ſolū ſunt poſſes corporibus celeſtibus. immo de facto ſunt: vt declarat Ptolo. p̄ Almage. cap 8° Alphag. dīa 5°. et p parte Auctor in ſequēti parte. Videmus nāqʒ ſoleʒ in mane oriri ex parte orientis et continue aſcēdere et elevari in meridiem: vnde etiā declinat ad occidentem: quouſqʒ in mane ſequēti reperiat iterū in oriēte: motus iſte cōpletus in 24or horis eſt p̄m⁹ mot⁹: ſilr etiam de aliīs ſtellis patet que oriunt et elevantur ſucceſſive ad meridianū: et inde declināt ad occidenteʒ: et in die ſequenti eadē hora q̄ prima vice iterū vident in oriente: certū ē q̄ hic eſt primus motus et diurnus: quo movent oīa ſidera. Eodē quoqʒ modo per ſenſuʒ pcipit et cōprehendit ſecundus motus. nam multotiēs videt aliqs planeta cōiunctus cū aliq̄ ſtella fixa: in ſequēti die videbit idem planeta elongatus eſſe ab illa ſtella ad orientē magis q̄ prius fuerat: et in die tertia adhuc magis: qd̄ pʒ in luna: que poſt cōiunctionē primo videt in occidēte: in ſequēti die eadem hora magis verſus orientē et 3° magis adhuc vſquequo ſit in oppoſitione cū ſole: qd̄ nō accidit niſi pp̄ ſcdm̄ motuʒ. Et q̄r aliqs poſſet dicere q̄ hoc cōtingit merito tardationis motus diurni: vt dicebat opio iaʒ cōfutata: hoc removet apparētia: quia huiꝰ ſtella: cuius cōprehendit motus verſus orientē per diſtantiā a ſtella fixa vel ſtella tardiori: movet etiam ſimul ad ſeptētrionē et auſtꝝ ſm ſitū zodiaci: qui oblique ſituat ab eqnoctiali nō eqdiſtās ab vtroqʒ polo. Qn̄ aūt aſtruʒ qn̄qʒ appropinquet ad auſtrū et qn̄qʒ ad aqlonē: nō ꝯtingit rōne p̄mi motus: vt dictuʒ eſt: quia ille dividit p equinoctialē: q eqdiſtat ab vtroqʒ polo: q̄re hoc cōcludit motum ſcdm̄: hec oīa melius et itelligibilius declarant et demonſtrantur in ſphera mālī. ¶ Scdo probat idē rōne. Cāta nāqʒ debēt ꝓportionari cauſis: ſed in his iferioribus corporibus ſimplicibus ſunt duo motus. ſ. a medio competens levib⁹: et ad mediū q eſt corpori gravi. p̄ de celo. g̃ in cauſis. ſ. corporib⁹ celeſtibus debent eſſe duo motus immo ſunt. ſ. ab oriēte cōpetēs p̄mo mobili: et ad orientem cōpetēs aliīs ſpheris. ¶ Tertio diverſorum corporū ſunt motus diverſi p̄ de celo. Sed corpora ſuperiora ſunt diverſa. ſ. ſtellata et nō ſtellata: q̄re duo ſūt motus p̄mus cōpetēs orbi non ſtellato: et ſcdo ſtellatis. ¶ Nota tn̄ q̄ lʒ ſint diverſa et plura corpora que movent hoc ſcdo motu: nō tn̄ eadem velocitate: ideo pōt dici q̄ ſunt plures mot⁹ ab occidēte in oriētē: ſicut hēt declari in lib° Almā. et in theoricis planetarū. ¶ Tertio dico q̄ nō ſolū eſt poſſe eſſe duos motus: ſilr nō tm̄ eſt ita q̄ ſunt duo motus in ſupercelēſtib⁹. imo eſt necēium: et p̄ma neceſſitas eſt: q̄r p̄mū mobile cū ſit maximū oīum corporū nāliū: velociſſime movet: qua nālr nō eſt maiorē velocitatē reperire: nam in 24or horis complet totū circuitū: mobile igit p̄mū movetur tāta velocitate et (vt dicam) impetu q̄ ſecū trahit oīa corpora iferiora vſqʒ ad aerē. g̃ niſi eēt mot⁹ ſcdo ꝯtrius p̄ ei reſiſtēs: tūc moverentur et raperent nō tm̄ ſphere ignis et aer: ſed etiā aq̄ et terra: oīa moverent: oīa cōfunderent: et cōſequēter mūdus corrūperet. Terra etiā moveret: et per

ꝯñs celū nō moveret: quia oē motū idiget qeſcēte vt hēt in libro de aīalibus: ne igit celū ſuo īpetu quē agit p motū diurnū oīa moveat et cōfundat: nā ingenioſa fecit motū ſcdm̄: quo exiſte ad partē oppoſitā: modificat p̄m⁹ motus et regulet. Et hoc pʒ per exēpluʒ: nā ſi qs moveat velociſſime circulariter aquam exiſteʒ in vaſe: oīa que ſunt in vaſe illo movent circulariter ſimul cū aqua: ſi deinde moveat eādē aquā ad partē oppoſitā vnica tn̄ circulatione multū remittit impetus p̄oris motus. Ita ad ꝓpoſitū motus ſcdo lʒ ſit tardior p̄mo: quia tn̄ eſt ad ptē oppoſitā: remittit et modificat impetū primi. vtor autem his terminis ad bonū intellectū: ne quis calumniet huc modū loquendi: cū nō reperiā alia verba: qbus poſſit h̄ exprimi. ¶ Secunda neceſſitas eſt iſtorū inferiorum vt Ariſto. ꝓbat in ſcdo de celo et mundo: in mundo hoc inferiori fiunt diverſorū diverſe gnōnes et corruptiones: que nō fierēt niſi eēnt plures motus in corporibus ſupcelēſtibus: nam cū ſphere agant in hec iferiora mediāte motu principalr: ſi oīa moverent vnico motu et vniformi: ſemp eundē effectum agerent: ad hoc g̃ vt ſit diffoꝛmitas in effectibus: oportuit eſſe diffoꝛmitatē et pluralitatē ī cauſis. ſ. in motibus. Jō oportuit oēs ſpheras moveri motu diurno circa terram ſemel vt in die influāt earū virtutes terre. Movent etiaʒ 2° motu in zodiaco appropinquādo et removendo: vt cauſet in effectibus diverſitas: alio enim modo agunt ꝓpinque: et alio mō dū ſunt remote. Similr motus aſtrorū in circulo obliquo eſt cauſa vt effect⁹ diverſent: nam ſol appropinquante nobis in vere: fiunt gnātiones: dū vero removet ī autumno fiunt corruptiones: et breviter in diverſis tpib⁹ anni diverſa fiunt pp̄ diverſos motus tūc exiſtes. nam revertētibus planetis ad priorē locū redit periodus q prius fuit. Sed vt periodus hec oīum rerū cōſervet cōtinue vt ſit vniformis: oportuit q̄ moverent motu cōtinuo et vniformi: qui eſt motus diurn⁹. Vñ vult pħs q̄ ſcdo motus qui eſt diffoꝛmis in appropinquādo et removendo: ſit cā diverſitatis in gnātōis: ſed motus primi mobilis vel diurnus qui eſt vniformis: agit vt hec diverſitas ſit continua et vniformiter ꝓcedat. Ecce igitur q̄ꝫ manifeſte pʒ: q̄ ſunt neceſſariī hi duo motus. ¶ Ad rōnes ante oppoſitū. Ad p̄mā dico q̄ cū ſit vnus p̄m⁹ motor: cōcludit q̄ ſit vnus p̄mus motus: qui dicit diurnus: quo moventur oīa aſtra ab illo p̄mo motore. Tn̄ nō obſtat qn̄ ſit alius motus et ſi nō primo primus quo movent relique inferiores ſphere. ¶ Ad ſcdāʒ dico q̄ cū ſint plures motus inferiorūʒ: non cōcludit q̄ nō poſſint eſſe etiā plēs in ſupioribus: ſed bene q̄ in ſuperioribus ſit vnus p̄mus ad quē aliī tā inferiorūʒ q̄ꝫ ſuperiorū reducantur: et hic eſt p̄mus mot⁹. ¶ Ad 3um iā patuit reſpōſio ex ſupius dictis: quia non plus cōcludit niſi q̄ ſphere iferiores nō pñt moveri duobus motib⁹ eq̄liter et eque p̄mo: q̄r hoc modo acqrerent duo loca: ſed nō eque primo. i. q̄ vn⁹ ſit ꝓprius et nālis: et ab itriſeco: alter vero a corpe ſupiori nō icōvenit. ¶ Ad 4um rōnē dico q̄ ambo motus cōpetūt ſpheris iſerioribus diverſimode tn̄. nā p̄mus ex q̄ eſt nālis et ꝓprius p̄mo mobili: cōpetit aliīs ſpheris p̄ternām. Motus vero ſcdo eſt eis nālis. Pro quo eſt advertendū: q̄ motus nālis eſt ab intrinſeco 2° phyſi. p̄n° aūt itrinſecū eſt duplex vel activū vel paſſivum. Primus mot⁹ cōpetit p̄ mobili a p̄n° itriſeco paſſivo quia hʒ ad illū iclinationē: et a p̄n° activo. ſ. itelligētia itrinſeca et applicata ei. Et eodē mō ſcdo motus ē nālis et ꝓpri⁹ aliīs ſpheris: quia in ſe et itriſece hñt p̄n° activū et paſſivū: non dico q̄ p̄n° activū ſit nāle: ſed dico q̄ eſt intrinſecuʒ mobili. Sed primus motus cōvenit ceteris ſpheris nō a principio activo itrinſeco: ſed a corpore ſuperiore ſcilicet p̄mo mobili: et primo motore mediate. ſ. mediante orbe ab eo motor: q̄re nō hñt p̄n° activū intrinſecū ad iſtū motū: ſed

bene habent principium paſſiuum in ſe: quod eſt quedam clinatio: vel non repugnantiam: ideo voco eum motũ preter naturalem: ⁊ ſi diceretur naturalis: forte non eſſet inconueniens: quia motus qui ſunt in corporibus celeſtibus non poſſunt eſſe niſi naturales. Et ſi diceretur ꝙ vni corpori ſimplici eſt vnus motus ſimplex naturalis. verum eſt primo: vel a principio actiuo intrinſeco. Et propter hoc motus iſte primus reſpectu inferiorum ſpherarum dicatur raptus: non quia violentus: ſed quia ab extrinſeco ⁊ corpore ſuperiori: vnde raptus accipitur improprie. Eodem modo improprie ſphere alie dicuntur niti contra primam: nõ ꝙ reſiſtent: tanq̃ ſi violentarentur ab ea: ſed quia mouẽtur cõtra motũ illius: vñ iſta nixio cõtra nõ eſt niſi motus cõtra motũ primi. ¶ Queritur 2° de ordine ſpherarum quem ponit Auctor an ſit verus: vi ꝙ nõ: Primo illud qd̃ eſt incomprehẽſibile nõ dꝫ affirmari ſed nullus ſenſus poteſt comprehẽdere ordinem ſpherarum: q2 ſphere nõ apprehẽduntur ꝑ ſenſus: ſed per ſolam imaginationẽ vt dicit Auer. ſcdo celi. Aſtra autem lꝫ cõprehendantur per viſum: nõ tñ quãtũ ad diſtãtiã ⁊ propinquitatẽ. Nullus enim ſenſus poſſet iudicare ſtellas fixas eſſe ſuperiores ⁊ diſtantiores q̃ planetas ⁊ ſpecialiter q̃ luna que ponitur ꝓpinquiſſima: immo oẽs ſtelle iudicantur ꝑ viſũ eẽ in eadẽ ſphera. ergo ⁊c. ¶ Deinde arguitur particulariter de ordine ſolis reſpectu Veneris ⁊ Mercurij. nam videtur ꝙ ſit infra hos duos planetas ⁊ nõ ſupra. ꝑ auctẽ Platonis. Ariſto. 2° celi. ⁊ Egyptiorum antiquorum. ¶ Scdo. Oĩs ſtella infra ſolem ſita põt interponi inter aſpectum nr̃m ⁊ ſolẽ: ⁊ ꝯ̃ñter eclipſare ſolẽ: vt patet de luna que eclipſat ſolem. ſi ergo Venus ⁊ Mercurius eſſent infra ſolẽ tũc iterponeretur inter ſolẽ ⁊ aſpectũ nr̃m ⁊ conſequẽter eclipſaret ſolẽ: qd̃ nũq̃ viſum eſt. Sol enim non eclipſatur niſi per interpoſitionẽ lune inter aſpectum nr̃m ⁊ ſolem. ¶ Tertio quanto aſtrũ tardius mouetur motu ꝓprio tãto eſt altius ⁊ a terra remotius: ſed Venus ⁊ Mercurius mouentur tardi⁹ q̃ ſol. ergo ſunt ſupra ſolẽ. ¶ Quarto cõſimilia ⁊ ſilia in nã: debẽt eſſe ꝓpinqua in loco: q2 locus ſequitur nãm ⁊ formam: ſed ſol ⁊ luna ſunt ſilia l qualitate: quãtitate: apparẽtia: ⁊ paucitate motuũ vt 2° celi in cauſalitate q2 magis agũt in hec iferiora q̃ cetere ſtelle: ideo dñr luminaria: ⁊ demũ in gubernatione aliorum ſupercaeleſtiũ: quia videtur ꝙ ſol ſit ſupra lunã imediate. ¶ In oppoſitum ſunt Hermes: Babyloni: Archimenides. Chaldei Indi: Ptolõ ⁊ oẽs moderni ponẽtes hũc ordinẽ cum Auctore precipue de Sole cum Venere ⁊ Mercurio. ¶ In hac qõne primo videbitur ordo oĩum ſpherarum. Scdo particulariter de Sole Venere ⁊ Mercurio. ¶ Quantũ ad primũ dico ꝙ ordo poſitus ab Auctore eſt optim⁹ ⁊ ꝓbo rõnibus. Quarum prior eſt Ariſto. 2° de celo tex. 58. Primum mobile mouet oẽs alias ſpheras motu diurno vt dictũ eſt. quare quãto magis ſphera eſt ꝓpinqua ei: tãto ſupra eã magis ꝑualet: oẽ enim agẽs fortius agit in paſſum ꝓpinquũ q̃ remotum: quãto aũt magis ꝑualet tãto velocius mouet eã motu diurno: ⁊ ꝑ ꝯ̃ñs tãto illa mouetur tardi⁹ motu ꝓprio: q̃re ꝑ cõuerſionẽ ab effectu ad cauſaꝫ quãto ſphera mouetur tardius motu ꝓprio: tanto velocius motu diurno: ⁊ quanto velocius mouetur motu diurno: tãto primũ mobile ſuper eã magis preualet: ⁊ quanto magis preualet eſt magis propinqua: q̃re per tarditatem motus proprij cõcluditur ꝓpinquitas primo mobili: ⁊ per velocitatẽ diſtantia. cũ ergo octaua ſphera moueatur tardiſſime ⁊ luna velociſſime: ſequitur ꝙ octaua ſphera eſt ꝓpinquiſſima ⁊ luna remotiſſima: Alie vero propinque ſiue remote magis ⁊ minus ſm̃ ꝙ tardius vel velocius mouentur. ¶ Cõtra hãc rõnẽ ſi ideo ſphera ꝓpinqua mouetur tardi⁹ quia prima ſphera magis ꝑualet ſup eã: ſequitur ꝙ de ſua nã poſſet velocius moueri: ⁊ impeditur a preualentia prime: ⁊ cõſequẽter violentatur: qd̃ nõ eſt dõm. ¶ Reſpondet Doctor Angelicus: ꝙ in entibus ſunt due nãe extreme: prima eſt ꝑmanentia que reperitur in eternis. ſcda eſt nã gñabilis ⁊ corruptibilis: que inuenitur in inferioribus. Corpora autem celeſtia ex quo ſunt in medio: aliqualiter participant vtraqꝫ nã ꝑ duos motus eorum. nam primus motus eſt cauſa ꝑmanẽtie. Scdo vero in circulo obliquo eſt cã gñationis ⁊ corruptionis 2° de gnõne. Primum igitur mobile ex quo eſt iter oĩa alia ſupremũ participat tm̃ vniformitatem: ideo hꝫ tm̃ primũ motũ. Alie vero ſphere quia recedũt a nã immobili ⁊ ſubſtãtijs imobilibus ⁊ appropinquãt nature corruptibili: hñt 2m motũ qui ꝑtinet ad nãm difformitatis: ⁊ quãto magis appropiquãt his iferioribus: tãto magis illo motu participãt: ⁊ ꝯ̃ñter veloci⁹ mouentur: cuiꝫ ergo Saturnus ſit ꝓpinquiſſimus ſubſtãtijs vniformib⁹ inter oẽs planetas: tardiſſime mouetur: ecõtra vero luna: q2 miñ appropinquat gñalibus ⁊ corruptibilibus. ¶ Vel poſſet dici ⁊ q̃ſi idẽ eſt ꝙ illa preualẽtia nõ eſt aliud niſi quedam cõformitas: quãto enim ſphera eſt ꝓpinquior prime tanto ei cõformior: ⁊ cõſequenter tardius mouetur motu oppoſito. ¶ Scda ratio: motus primus eſt velociſſimus ⁊ ſimpliciſſimus cõpetẽs corpori nobiliſſimo. ſ. ꝑ mobili. Motus vo ſcdo q fit per obliquũ eſt oppoſitus iſti cõpetẽs alijs ſpheris iferioribus. Modo quia primũ mobile eſt inter oĩa alia mobilia digniſſimũ mouetur hoc motu oĩo ſimplici ⁊ nõ mixto cũ alio motu. Alia vero mobilia ex quo nõ remouẽtur a primo ꝑ ꝓpinquitate ſpio: non ſunt ita nobilia: ideo cõpetit eis motus ſimpliciſſimus mixtus: ſi cũ motu alio: ⁊ quanto ſphera eſt magis diſtans: tanto magis recedit a nobilitate prime: ⁊ conſequẽter ei competit motus ſimplex magis mixtus cum ſcdo motu: q̃re velocius mouetur hoc motu 2° q̃re ⁊c. ¶ Similiter poſſet cõfirmari ꝙ quanto orbis eſt ꝓpinquior: mouetur ab intelligẽtia magis cõformi primo motori: quare mouetur tardi⁹ motu oppoſito motui primo. ¶ Quãtũ ad ſcdm. fuit antiquorum opio ꝙ ſol eẽt poſitus ſupra lunaꝫ imediate: fundati precipue in ſcda rõne ante oppoſitum. ſ. ꝙ pateretur eclipſim a Venere ⁊ Mercurio: ſi eſſet ſup eos. ¶ Sed Ptolomeus rñdet huic rationi: ꝙ hoc nõ eſt neceſſarium: quia nõ eſt nece Venerẽ ⁊ Mercurius cõiunctos cũ ſole nõ hẽe latitudinẽ: qd̃ requiritur ad hoc vt interponatur inter aſpectũ nr̃m ⁊ ſolẽ: quia tũc hñt maximã latitudinẽ. ⁊ ſi nõ haberent latitudinẽ: adhuc nõ eclipſarent ꝓpter paruitatẽ diametri viſualis. Scdo q2 ſunt ꝑuia vt dictũ eſt ſupra: nec impediunt radios ſolares: ſicut facit luna ꝓp opacitatẽ ſui corporis. ¶ Sed Hieber expoſitor Ptolõ. in Almage. iſurgit ꝯ̃ eũ: q2 ipſe Ptolõ dicit ſolẽ hẽe diuerſitatẽ aſpectus: quã nec Ven⁹ nec Mercuri⁹ hñt: qd̃ nõ eẽt: niſi ſol eẽt ꝓpinquior nobis. ¶ 2° q2 Ven⁹ hẽt ſimilẽ motũ cũ trib⁹ ſuperioribus ⁊ magnã ꝓprietateꝫ cũ illis: videtur ꝙ ſit ſub illis imediate ⁊ nõ ſub ſole. ¶ 3° quia ſol hẽt ſimilẽ ꝓprietatẽ cũ luna: q2 cũ oẽs planete ſunt retrogradi: nõ tñ ſol ⁊ luna: q̃re cõcludit ꝙ ſol eſt ſupra lunã imediate ⁊ nõ ſupra Venerem. ¶ Sed quia Hieber nõ fuit Ptolo. cõmẽtator ſed potius faſtidioſus inſidiator noluit intelligere dicta Ptolo. qui nõ dicit ꝙ ſol hẽt diuerſitatẽ: ⁊ Venus ⁊ Mercurius nõ hñt: vt ipſe Hieber imponit: ſed intelligit ꝙ Venus ⁊ Mercu. nõ hñt tantaꝫ quãtã Luna: vel ꝙ dña iter maiorẽ diuerſitatẽ aſpectus eorum ⁊ minoreꝫ eſt inſenſibilis: cuius oppoſitũ eſt in luna cui⁹ maxima diuerſitas aſpectus ſenſibiliter excellit minorem. Vel tertio intelligit ꝙ q̃ſi hñt diuerſitatem aſpectus ſenſibilẽ: occultantur ſub ſole: ideo nõ percipitur. ¶ Ideo tenendum eſt cũ iſtis ꝙ ſol eſt in 4° loco ſupra Venerem ⁊ Mercuriũ qd̃ ꝓbatur q̃tuor rõnib⁹. Prima. Oẽ aſtrum recipit lumen a ſole vt ꝓbatũ eſt ſupra: q̃re opꝫ ꝙ ſol ſit in loco ex quo poſſit diffundere lumẽ ad oĩa aſtra hic locus

eſt q̃rtus

eſt quartus qui eſt medius inter planetas ſuperiores ⁊ inferiores: nam ibi habet tres ſupra ⁊ tres infra. ¶ Secunda ratio quanto ſphera tardius mouetur motu ſecundo tanto eſt ſuperior vt dictum eſt: ſed ſol tardius mouetur ꝙ̃ Uenus ⁊ Mercu. quare ⁊ licet moueref equaliter: qꝛ medius motus ſolis Uene. ⁊ Mercu. ſemper eſt idem: ⁊ equaliter moueref illo motu: adhuc ſolem concludif eſſe ſuperiorem: qꝛ regulat ⁊ dirigit eos in ſuo motu: vt patet de motibus planetarum. ¶ Tertia ratio ē Albumaſaris in ſuo magno introductorio tracta. 3°. differentia. 3° dicentis pro tanto deus glorioſus collocauit ſolem in medio planetaꝝ vt eius actio eſſet contemperata. Si enim eſſet ſub octauo orbe propter diſtantiam non ita bene agere poſſet in hec inferiora: quare omnia frigeſcerent ⁊ mortificarētur. Similiter ſi eſſet immediate ſupra ſpheram lune propter nimiā propinquitatem hec inferiora combureret: ⁊ impediret generationem: quare merito fuit in medio. Hoc etiam vult Ariſtote. ſecundo de generatione. Cum aſtra agant mediante motu. Si ſol eſſet ſupra lunam tarde moueretur: ꝙ̃re licet eſſet ꝓpinquius: parum tamen ageret ob tarditatē motus. Similiter ſi eſſet ſupra Saturnum: licet velociter moueref: tñ ꝓpter diſtantiā nō poſſet agere: ideo eſt in medio: in quo loco nō eſt nimis diſtans: nec motus eius eſt nimis tardus. ¶ 4° rō. Qꝛ ſm Platonē celū eſt velut aial magnū: ⁊ Ariſt. 8° phyſi. ⁊ Auer. 2° de celo dicunt ꝙ celū ē quaſi animal. In animali aūt cor eſt in medio: vt ſuam virtutem poſſit oībus membris equaliter tranſfundere. In celo vō ſol eſt tanꝙ̃ cor: quare oportuit eſſe in medio planetaꝝ. Similr ſol inter oia aſtra obtinet ꝓncipatū vt notū eſt: eſt. n. tanꝙ̃ rex oium alioꝝ: regulans ⁊ regens ea ī motu ⁊ lumine. Sedes autem regia debet eſſe in medio regni vt vndiqꝫ equaliter diſtet: ⁊ poſſit omnib⁹ ſuccurrere ⁊ ꝓuidere: quare merito ſol fuit in medio. Nec ē credēdū tot ⁊ tantos viros errasse in tantis geometricis inſtrumētis ⁊ demonſtrationibus diſtantias ſpherarū inueniſſe. ¶ Ad rōnes ante oppoᵐ. Ad pᵃᵐ qñ dicif ꝙ nullus ſenſus pōt cōprehendere ordinem ſpheraꝝ: verū eſt: ſed non cōcludif tñ ſenſu: ſed ſenſu ⁊ rōne: per ſenſum. n. cōprehendif motus ⁊ qualitas motus earum: deinde per rōnem concludif ordo: vt dictū eſt. ¶ Ad id quod arguif de ordine ſolis ad reliquos planetas: ad auctoritatē antiquorum dico ꝙ eis nō eſt inherēdū: ſed potius Ptol. ⁊ aliīs iā dictis. ¶ Ad 2ᵃᵐ rōnem dictum eſt quare Uenus ⁊ Merc. nō pñt eclipſare ſolem dato ꝙ interponeref ꝓp paruitatem diametri eorum ⁊ peruitatem ſube. ¶ Ad tertiā nego ꝙ Uenus ⁊ Mercu. moueāf tardius ſole: hoc enim falſum eſt. ¶ Ad 4ᵃᵐ dico ꝙ nō eſt veꝝ ꝙ ſol magis ꝯueniat cū luna ꝙ̃ cū ceteris ſtellis primo qꝛ luna eſt opaca. alie ſtelle luminoſe: nec in quantitate: qꝛ ſol eſt maximus inter ſidera: luna vō ⁊ Mer. minima: Luna aūt videf magna propter ꝓpinquitatē: nec ī paucitate motuū vel ſpherarum vt habet in parte de motibus planetarum declarari. quare ⁊c̃. ¶ Ad rōnes Hieber ꝯ̃ Ptol. ꝙ ſol habet ſimilem ꝓprietatem cum luna in nō regredi: ⁊ venus cum tribus ſuperioribus: dico ꝙ hoc ꝓbabile eſt: nec concludit ordinem.

Quod autem celum voluatur.

Hoc caplm pōt exponi tribus modis. pᵒ mō qꝛ dixerat celū moueri motu diurno: poſſet aliquis dicere ꝙ hoc nō ſit verū immo celū qeſcit: ⁊ ſtelle mouenf: hāc imaginationē remouēs ꝓbat celū moueri nō aūt aſtra niſi ad motū celi. 2° modo poſſet exponi qꝛ aliquis poſſet dicere terrā moueri ⁊ nō celū: ꝗ̃ nō. n. eſt differentia vtrū moueaf vidēs an res viſa ad hoc vt appareat aliqd moueri: hoc remouet ꝓbās ꝙ celū moueaf. 3° mō pōt exponi ꝙ ꝓbat ꝙ motus diurnus cōpetit ſpheris regulariter: ita ꝙ celum moueāf motu diurno regulariter: omnes hē expoſitiones vere ſunt in ſe: prima tñ magis ꝯſona textui vt patet: ideo eam ſequor. Probat ḡ ꝙ celū moueaf per ſe ⁊ nō ſtelle duobus ſignis ſumptis ab Alphagrano dr̃ia ſecūda: nam p motū ſtellarum cōcludif motus celi: ſicut eſſe celi cōcludif per exiſtentiam ſtellaꝝ: qꝛ celū non apprehendif niſi per imaginationem: ſtelle aūt viſu ꝑcipiuntur vt inquit Auer. 2° de celo: cum igif videamus ſtellas oriri: ⁊ ꝯtinue ⁊ regulariter aſcēdere ⁊ ad mediū celi peruenire: ⁊ inde deſcendēdo ad occidētem tendere ⁊ occultari: intantum ꝙ cōpletis 24ᵒʳ oris iterum videntur in oriēte: ⁊ motum priorem reiterant: ꝯcludif ꝙ celū moueaf ab oriente in meridiem: ⁊ occidētem reuertendo in oriētē. ¶ Et qꝛ aliqs ꝯcedēs motū aſtroꝝ poſſet negare celū eſſe: vel negare motū celi: dicēs ꝙ aſtra mouentur in aere quaſi volando: nec opꝫ dari celum: vel ſi datur non eſt neceſſe ꝙ moueaf: cū eo qeſcente pñt ſtelle moueri per ſe motu ꝓceſſiuo: ſicut aliquis mouef ſup terram vel tabulam vel hᵒ aliā rē: hoc remouet dicēs nō eē poſſibile: qꝛ ſi mouerētur p ſe ſiue in aere ſiue in celo: non eſſent ſemper in eodem ſitu: nec ſeruarent eādem figuram: nec ſemp eſſent in eadem ꝓpinquitate ⁊ diſtantia ſicut videntur eē: imo ex quo quelibet per ſe mouetur ſicut quelibet per ſe eſt ⁊ ſeparatur ab alia: haberent diuerſos motus ⁊ diuerſas velocitates: ⁊ ita variarēt figuram. Sicut patet de hoīb⁹ qui per ſe mouerenf in aliquo cāpo: non ſeruarent ſemper eundē ſitum: ſed mō vnus ꝓcederet mō alius ſm ꝙ alter altero mouef veloci⁹ vel tardius: cū ḡ ſtelle videantur mote exiſtentes ſemper in eadem ꝓpinquitate ⁊ diſtantia: pꝫ ꝙ celum mouef. ¶ Hec rō eſt Ariſto. 2° de celo tex. 44. 45. vbi dicit ꝙ nō videtur rōnabile ꝙ oia aſtra tam ꝓpe polos ꝙ̃ prope equinoctialem exiſtētia magnos cīrcuitus ⁊ paruos moueanf p ſe equali tempore cōplēdo reuolutionē immo aſtrum maiorem circulum faciēs tardius ꝙ̃ faciēs circulum paruū. Sicut videmus ꝙ ſaturnus ex quo facit maiorē circulū ꝙ̃ luna: in maiori tēpore cōplet circuitum eius. ¶ Et poſſet hec rō fortificari: qꝛ quanto aſtrum eſt maius tāto velocius deberet moueri: mō videmus in equinoctiali duas ſtellas inequalis magnitudinis moueri equali velocitate: eo ꝙ plus eſt videmus aſtꝝ paruum exiſtēs in equinoctiali velocius moueri ꝙ̃ magnum exiſtēs in polo vel prope: quod eſt incōueniēs: quare aſtra non mouentur per ſe. ¶ 2ᵃ rō Ariſto. 2° celi tex. 47. Si aſtra mouentur per ſe ⁊ celū quieſcit: vel ſunt fixa in celo: incorporata ⁊ oīno incluſa vel ſunt in ſuperficie celi: ita ꝙ inter celū ⁊ celum ſit diſtantia magna: vt aliqui ſunt imaginati. Si ſit infixa in profundo celi ⁊ mouentur in eo: tūc datur ſciſſio celi vel corporꝫ penetratio: quorum vtrūqꝫ eſt impoſſibile: nā omne qd pōt ſcindi pōt corrūpi: nā dum in diuidendo ꝑuentū eſſet ad partes minimas: ⁊ ille diuiderenf corrūperentur: celum aūt non pōt corrūpi vt pᵒ celi. quare nec diuidif: nec eſt poſſibilis corporum penetratio 4° phyſi. qꝛ ſi duo corpora ſe poſſent penetrare: aliud poſſet penetrare hec duo ⁊ hec aliud ⁊ ſic totus mundus poſſet ſtare in quantitate grani milij. Si vero ſtelle nō ſunt celo infixe: ſed in eius ſuperficie mouentur: ſicut aliquid in aliquo pauimento: tūc inter duos celos erit diſtātia ⁊ ſpatium: quero vel ſit plenū vel vacuum: vacuum non datur. ergo eſt aliquod corpus replens quero: de cuius nā ſit: non elementorum: qꝛ elementa nō pñt eſſe extra loca nālia perpetuo: nec iterū de nā celi qꝛ tūc ſcinderef: qd eſt reprobatū. ¶ Ꝙ. ſi per ſe mouerentur motu ꝓceſſiuo in longitudine: nā fuiſſet multum defectuoſa in nō dando eis inſtrumenta apta ad motū: cū ea dederit aialibus que ſunt viliora: vnde magis ſollicita videtur fuiſſe natura circa aialia ꝙ̃ circa aſtra. Et hec rō 2ᵃ eſt demrātiua: quare cū aſtra nō moueanf per ſe: cōcludendū eſt ꝙ celū mouef per ſe: ⁊ aſtra ad motū celi. ¶ Idem


patet per ſecūdum ſignum.ſ.de aſtris polaribus que ſemper apparēt ⁊ mouētur ab oriente in occidētem circa polum deſcribēdo ſuos circulos:⁊ habent ſemper ſitum eundem:vn̄ patet ꝙ mouētur ad motum celi. ¶ In parte iſta dubitatur circa ſecūdum modum introducēdi tex.ſ.quo dicitur ꝙ intentio Auctoris eſt ꝓbare ꝙ celum mouetur ⁊ nō terra. an celū3 moueatur videtur ꝙ nō.primo qꝛ corpori nobiliſſimo debetur nobiliſſima diſpoſitio vt aſſumit Ariſt.in ſecūdo de celo:ſubiecti enim nobilioris eſt paſſio nobilior.ſed celum eſt corpus inter omnia corpora nobiliſſimum:vt ꝓbatum eſt.ergo ei debetur quies:que eſt nobilior motu:cum ſit finis motus quinto phyſi. ¶ Secundo elementa mouentur:patet de igne.mouetur enim ſurſum:etiam circulariter primo metheo. Etia3 aer mouetur lateraliter in flatu ventorum.a qua etiam mouetur motu fluxus ⁊ refluxus.ergo etiam terra debet moueri:ſed non mouetur extra locum ſuum qꝛ non datur violentans ea3 ergo in loco ſuo:⁊ cōſequēter circulariter:ſed in omni motu op3 ꝙ ſit aliquid qeſcens:⁊ nō datur aliud qeſcēs niſi celū.ergo celū quieſcit. ¶ 3° de poſſibilibus qđ ꝯueniētius eſt poni debet:apparētie autē pñt ſaluari per motum celi ⁊ quietem terre:⁊ ecōtra per motū terre ⁊ quietē celi:ſed magis eſt cōueniēs ponere terram moueri ꝙ̄ celum:qꝛ eſt ad motū aptior:qꝛ minor ⁊ facilius mobilis.ģ celum qeſcit. ¶ In oppoſitum ſunt oēs aſtrologi dicētes ꝙ celum mouet̄.Si.n.celū nō moueret̄:nō eſſet ſcia aſtronomie.nā tota ꝯſideratio aſtrologi eſt circa motum celi ⁊ reliquas paſſiones. ¶ Circa hoc dubium fuit opinio ātiquorum precipue pithagoricoꝝ vt refert Ariſt.ſecūdo de celo:ꝙ celum nō mouet̄.⁊ qꝛ videmus oppoſitum.ſ.aſtra oriri ⁊ occidi ad ſaluādaʒ hāc apparētiaʒ dixerūt terrā moueri circulariter ab occidēte in oriētē3.nō enim eſt differētia ad hoc vt aliquid videatur moueri vtrū res viſa moueatur an vidēs tūc eni res iudicatur per ſenſum moueri qn̄ aliter ⁊ aliter ſe habet ad ſenſum:nec ſemper ſe habet eodem mō:mō ſicut variat̄ ꝓportio ⁊ comparatio videntis ad rem viſam per motū viſibilis:ita etiā variat̄ per motū videntis.ſicut patet in moto per motū nauis:cui vident̄ arbores littora ⁊ mōtes moueri:cum ipſe moueat̄:ita l3 celu3 quieſcat:videtur tamē moueri qꝛ nos mouemur circulariter cu3 terra. ¶ Sed qꝛ hec opinio negās motum celi fūdat̄ ſuper motum terre:du3 erit manifeſtum infra:ꝙ terra nō mouetur imo in ſuo loco naturali qui eſt cētrū mūdi quieſcit:patebit ꝙ motus qui videtur eſt celi:⁊ ꝙ celu3 mouet̄. Tamē mō oſtenditur:licet eni3 per motum terre poſſet ſaluari apparentia de motu diurno:non tamen de motu ꝓprio ſtellis fixis ⁊ planetis.videmus enim aſtra nō ſemper eodem mō ſe haberi:ſed variari in aſpectibus:nā aliqn̄do ſūt ꝓpinqua aliqn̄ remota:qn̄q3 ꝯiūcta ⁊ aliqn̄ oppoſita:⁊ ſimiliter ſm̄ alios ſitus ſe habēt diuerſimode:tā planete adinuicem ꝙ̄ cū ſtellis fixis:quod quilibet experiri pōt ēt parum exercitatus in aſpiciendis aſtris precipue in luna:que quādoq3 eſt oppoſita ſoli deinde videt̄ ſe manifeſte elongari ab eo ꝯtinue donec veniat in oppoſitū eius:⁊ inde iterum appropinquat ei quouſq3 ꝯiungat̄ ei iterum:⁊ code3 mō ꝯſiderari pōt in reliquis:que qdē apparētia ſine motu celi nullo mō pōt ſaluari:vt p3. Quare celū mouet̄. ¶ Secūda ratio. Oē corpus nāle habet motū ſibi ꝓpriū ⁊ nāle ꝑ de celo:iō nāq3 dr̄ nāle:qꝛ habet nām 2° phyſi.nā autem eſt ꝑn̄ motꝰ ⁊ quietis ibide3. Cū ģ celum habet nām ⁊ ſit corpus nāle:op3 ꝙ habeat motū ꝓprium quo mouet̄:q̄re nō qeſcit. Sed oīs ſphera mouet̄ tam ꝑm̄ mobile ꝙ̄ alia mobilia:quia nō eſſet maior rō quare potius vnū ꝙ̄ aliud moueret̄ vel quieſceret. ¶ 3° rō. Celū agit in hec inferiora vt ſepius dictū eſt:⁊ habet̄ ab Ariſt.in pluribus locis:⁊ p3 ad ſenſum:op3 ergo habere diſpōnē qua poſſit agere:nihil enim agit niſi inquātum eſt in actu:⁊ habet formā3 qua agit 3° phyſi.cū igit̄ celū nō agat per qualitatē elementarem qua3 nō habet:ſed tātū per lumen ⁊ motum vt ꝓbatur in ſcdo de celo:op3 ꝙ moueat̄:ſi debet agere. ¶ Ad rōnes ante oppoſitū. Ad pmā dico ꝙ cū celū ſit nobiliſſimū corporū:cōpetit ei diſpoſitio nobiliſſima:q̄ eſt motus localis:qui nō variat nec mutat ſubſtātiā mobilis immo cōſeruat:eſt etiam cōtinuus ⁊ perpetuus vniformis ⁊ inuariabilis:cauſa ⁊ vita hoꝝ inferioꝝ:iō eſt nobilior ꝙ̄ quies:q̄ eſt priuatio:qua mediāte celū nō ageret. Et quādo ꝓbat̄ ꝙ quies eſt finis motꝰ:dico ꝙ duplex eſt motus nālis:vnꝰ eſt in loco:alius eſt ad locū. Motus qui eſt in loco nō habet quietem ꝓ fine:qꝛ hic motus nō ſequitur aliquam diſpoſitiōem preter natura3:⁊ talis eſt motus celi. Motꝰ vō qui eſt ad locū ex quo ſequitur diſpōnē nō nālē.ſ.eſſe extra locū nālē habet ꝓ fine ſuo quietē.illud eni qđ eſt extra locum nālem iō mouetur vt ſit in illo:⁊ ibi qeſcat. ¶ Ad ſecūdā rōnē dico ꝙ oīa elemēta mouētur nāliter qn̄ ſūt ēē ſua loca:⁊ hoc mō ſi terra eſſet extra locu3 ſuū moueretur ad illu3:in locis vero ꝓprijs nō mouētur nāliter ſed preter nā3:vt ignis circulariter mouet̄ a motu celi:⁊ aer etiā vel circulariter etiam a motu celi:vel lateraliter a vapore ventoſo:⁊ aqua fluit ⁊ refluit per motum lune. Terra aute3 nullo modo mouetur qꝛ nō eſt apta ad motum:qꝛ non eſt humida ſubtilis ⁊ faciliter diuiſibilis ſicut alia elemēta:imo ꝓpter ſuā grauitatē quieſcit:iō nō op3 ꝙ ad motū terre celū quieſcat:imo ecōtra ꝙ terra quieſcat ex quo celū mouetur. ¶ Et per hoc ēt patet ad tertiā.qꝛ nō ſolū eſt ꝯueniētius celū moueri ꝙ̄ terra:imo eſt impoſſibile terra3 moueri precipue circulariter:qꝛ nō eſt aſſignare a quo terra moueatur. Etia3 terra licet parua eſt tamen grauis fixa in cētro:⁊ ineptiſſima ad motum: quare ſaluatur apparentia cōuenientius per motum celi ꝙ̄ terre. ¶ Dubitatur ſecūdo cōtra tertiam expoſitionē:qua dicebat̄ ꝙ auctor intendit ꝓbare ꝙ celum mouet̄ regulariter:videtur ꝙ nō mouetur regulariter:nam illud mouetur irregulariter cuius partes mouent̄ irregulariter:ſed partes celi mouēt̄ irregulariter:nam partes que ſunt propinque equinoctiali velocius mouentur ꝙ̄ partes que ſunt in polis:qꝛ partes polares in die naturali deſcribūt circulos paruos:partes vero equinoc.deſcribunt circulos maiores multo:irregulare āt eſt quod eſt in tempore equali pertranſit ſpatia inequalia quare celum mouetur irregulariter. ¶ Secundo qđ pertranſit in temporibus inequalibus partes equales mouet̄ irregulariter 6° phyſi.irregulare eſt qđ vel in tēporibus eq̄libus pertranſit ſpatia inequalia:vel in temporibus ineq̄libus ſpatia equalia.ſed celū peragit ⁊ cōplet ſuam circulationē in die nāli:oēs autē circulationes ſūt inter ſe equales:dies vō nāles nō ſunt equales vt dicetur in 3° huius:q̄re celum in temporibus nō eq̄libus tranſit ſpatia eq̄lia ergo mouet̄ equalr. ¶ In oppoſitū eſt Ariſt.2° celi ꝓbans ꝑm̄ mobile precipue eſſe regulare in motu:⁊ idem vult Auctor in tex.ſm̄ 3m̄ expoſitionem:qꝛ videmus aſtra paulatine ⁊ regulariter aſcendere ad meridianum:⁊ inde ēt regulariter deſcendere ad occaſum. ¶ De hoc queſito aget̄ in 2° huius:vbi videbit̄ qualiter mobile mouet̄ regulariter. Mō vero ꝓ quanto pertinet ad propoſitum dico ꝙ differētia eſt inter regulare ⁊ vniforme. Regulare nanq3 reſpicit tēpus ⁊ partes eius in cōparatione ad motus ⁊ ptes eꝰ vt totū tēpus reſpiciat totum motum:⁊ ptes partes:vnde dr̄ motꝰ regularis qꝛ totus eſt in toto tēpore:⁊ medietas in medietate ⁊c̄. Vniforme vero reſpicit mobile ⁊ ptes eꝰ in cōparatione ad motum ⁊ partes eius:vn̄ vniforme ē ꝙ ea velocitate qua mouet̄ totū moueant̄ ſingule ptes:⁊ per cōtrarium illud eſt in motu difforme cuius vna pars mouetur velocius altera. ¶ Hoc ſtante dico ꝙ motus celi eſt

regularis vel celũ mouetur regulariter: q2 ſi nõ ↄtinue velocitat motum: vel ↄtinue tardat: vel qñq3 velocitat ⁊ qñq3 tardat: ſi dr̃ pmũ. ſ. q2 velocitat ↄtinue cũ mot9 celi ſit eternus: ſequeret q2 eẽt velocitatis infinite. ſimilr̃ ſi dicat q2 cõtinue tardat motũ: tunc p idem eẽt infinite tarditatis. Si aũt dr̃ q2 aliqñ velocitet ⁊ aliqñ tardat ⁊ ↄſ̃ter q2 inordinate mouetur: cum ois inordinatio reducat ad ordinẽ ⁊ ois irregularitas ad regulã: op3 q2 ſit motus regularis ad quẽ inordinatio iſta reducat: qui non põt eẽ niſi motus pmi: quare pmum mobile mouetur regulariter. ¶ Confirmat: q2 in ſupioribus nihil eſt inordinatum: nõ igit põt eſſe hec inordinatio q2 aliqñ mot9 celi ſit velocior ⁊ aliqñ tardior. ¶ Scd̃a ratio: motus celi eſt a motore oino imãli in quo nulla eſt variatio: q̃re non põt dici q2 aliqñ velocitet motũ3 ⁊ aliqñ tardet. ¶ Scd̃o dico q2 motus celi nõ eſt vniformis: patet hoc p pmum argumẽtũ3 ante oppoſitũ: q2 cum ptes polares moueant cõplendo circulationes ſuas in tanto tp̃e in quanto ptes eqnoctiales complent ſuas: in equali tp̃e pficiunt minorẽ ſpatium: q̃re ſi ptes partib9 cõparent: nõ ſunt vniformes in motu. poſſet ẽt dici q2 ſũt in circulatione vel motu circulari vniformes: ſ3 hoc ĩfra: vñ patet ſolutio ad pmam rõnẽ ante oppoſitum: que ↄcludit q2 motus celi nõ eſt vniformis: eſt tamẽ regularis. ¶ Ad 2m dicit q2 dies nãlis non eſt pciſe tẽpus in quo cõplet reuolutio pmi mobilis: ſ3 addit ortus vel celi mediatio partis ptranſite a ſole motu ppzio: vt dicetur in 3° huius: que pars q2 aliqñ eſt maior ⁊ qñq3 minor: reddit dies naturalis inequales: vnde nõ ſequit q2 motus celi ſit irregularis: quia non oꝛit pciſe totus equinoctialis in vno die naturali imo plus: q2 cum hoc ẽt pars addita vt dictum eſt: que maior eſt in die maiori: ⁊ minor in minori.

Quod aũt ſit celum rotundu3.


Poſtq̃ Auctor pbauit motũ celi: in hac pte declarat ei9 figuram: ⁊ tria facit ſm q2 tribus rõnibus pbat hec. 2° ibi Cõmoditas. 3° ibi Neceſſitas. Pꝛimam rõnẽ que eſt ratio ſimilitudinis dupli̾r introduco. Pro quo eſt ſciẽdũ: q2 phi diſcrepant ab aſtrologis in mũdi eternitate. nã oẽs fere phi excepto Platone volũt mũdum eẽ eternũ nunq̃ incepiſſe: nec finẽ habiturũ3: qd̃ Ariſt. 8° phyſi. rõne ſumpta ex eternitate motus ⁊ tp̃is nititur pbare. Aſtrologoꝝ aũt magna pars tenet cum veritate fidei catholice mũdũ non eẽ eternũ ſed incepiſſe non quidẽ p gñonem: ſ3 creatũ eẽ a deo glorioſo. nam dicunt q2 in pncipio mundi ſol erat in pncipio Arietis: ideo quãdo ſol reuertit ad eundẽ pmũ gradũ Arietis reuoluunt annũ3 mũdi: ſicut ſit reuolutio rei cuiuſcũq3 qñ ſol redit ad idem pũctum ʒodiaci: in quo fuit in pncipio ⁊ pductione illius rei: vt expſſe dicit Hali Abenragel in pma parte ſui libri de iudicijs cap̃ de Joue: dicit enim q2 illa die qua deus icepit creare mũdũ: Juppiter erat in domo aſcẽdente. Et Auctoꝛ in tex. loquẽs tanq̃ fidelis dicit mũdum factum eẽ ad ſimilitudinẽ mundi architypi. Quo ſtante dico. Jn pꝛincipio ⁊ ab eterno ante mundi creationẽ erat idea mũdi in mẽte diuina quam ſacri theologi vocant vbũ dei: oia nãq3 ab eterno ſunt in ipſo: oia cõpꝛehẽdit ⁊ intelligit ſe ipm̃ intelligẽdo: ſ3 concepit mũdum faciẽdum figure rotunde: quare ad ſilitudinẽ mundi architypi. i. pncipalis: qui eſt idea 3 pnm̃ faciendi mũdum: cum ſit ipſe deus: oia enĩ3 que ſunt in deo ſunt ipſe deus: dico q2 ad ſilitudinẽ huius mũdi factus eſt hic mundus ſenſibilis figure rotũde. Hec eſt p9 expoſitio que etſi poſſit teneri: non tamẽ eſt multum textui conformis. ¶ Scd̃o mõ introduco rõnẽ magis foꝛtaſſe ad intẽtionẽ Auctoris. Effectus d3 aſſimilari cauſe quãtum eſt poſſibile: ⁊ tanto eſt perfectioꝛ effectus: quãto ſimilior cauſe ſue. Sed mundus eſt effectus dei ab eo ex nihilo pductus: ergo aliquo modo d3 aſſimilari deo. Deus autẽ infinitus eſt in forma. i. vigoꝛe ⁊ pfectione: ẽt in duratione: q2 eſt etern9. ergo mũdus debuit in hoc aſſimilari deo ⁊ eẽ infinitus: non tñ põt duratione eẽ infinitus: q2 hẽt pnm̃: nec vigoꝛe ⁊ perfectione q2 eſt coꝛp9. habuit ergo infinitatẽ: qualẽ3 poſſibile eſt ineẽ coꝛpi. ſ. figure rotunde: in qua cũ nõ ſit angulus: non hẽt pnm̃ neq3 finẽ: etiam figura circularis eſt infinita per reiterationẽ. 3° phyſi. ergo decẽs fuit ⁊ ↄueniẽs mundum hãc figuram rotũdam ad ſilitudinẽ mundi Architypi. i. pncipalis. ſ. dei glorioſi ⁊ bñdicti: qui eſt Auctoꝛ mundi ⁊ cũctoꝝ: oia hñs ⁊ ↄtinẽs in potẽtia ⁊ vtute. ¶ Notã dũ3 q2 l3 Auctoꝛ pbet mũdum eẽ ſphericẽ figure: intẽdit pncipaliter de celo: ⁊ pncipalr̃ de pmo mobili oia ↄtinẽte: quãuis ſequat q2 ẽt totum vniuerſum ſit figure ſphericẽ ſi celum vltimam hẽat figuram ſphericam: q2 res dicit figurata a ſupficie vltima ⁊ ↄuexa: mõ eadẽ3 eſt ſupficies conuexa totius mundi ⁊ celi vltimi.

Cõmoditas. Scd̃a rõ. Mundus. i. celu3 oia cõtinet: cũ nihil ſit extra eum p3 de celo tex. 100. quare opoꝛtuit hãc figuram qua oia poſſet ↄtinere: talis enim erit figura cõmoda ad ↄtinẽtiam: vt ſit capaciſſima: ſ3 ſicut inter oẽs figuras ſupficiales circulus eſt capaciſſimus: ita inter oia coꝛpa hiſoperimetra. i. equalis mẽſure vel equalium terminoꝝ. dicit nãq3 hiſoperimetru3 ab hiſo qd̃ eſt equale: ⁊ peri quod eſt cõ ⁊ circa. ⁊ metros. i. mẽſura hoc eſt equalis cõmẽſurationis ſphera vel coꝛpus ſphericum eſt capaciſſimum. nam figura ſpherica ſub eiſdem terminis hẽt maiorẽ ↄtinẽtiam q̃3 figura angularis: ſi enĩ3 capiantur due linee equalis lõgitudinis: ⁊ ex vna fiat circulus ex altera fro figura angularis: ſunt due figure hiſopimetre. i. equalium lineaꝝ: tamẽ circulus eſt maioris ↄtinẽtie. Similr̃ ſi capiantur due ſupficies equalis magnitudinis: ⁊ ex vna fiat figura ſpherica: ex altera fro fiat figura ſupficierum rectaꝝ: erunt duo coꝛpa vel figure hiſoperimetre: ſphera tamẽ maioris capacitatis: vñ ſi eẽt figura rotunda ⁊ rectoꝝ terminoꝝ equalis capacitatis ⁊ ↄtinentie: figura rotunda hẽt terminos minores: quare figura rotunda eſt capaciſſima: ⁊ ↄſ̃ter fuit ↄueniens mundo oia intra ſe ↄtinẽti. ¶ Not[illegible]dum eſt hic q2 cũ figura rotunda ſit maioris ↄtinẽtie q̃3 figura rectoꝝ terminoꝝ: ẽt inter figuras rectas quãto aliqua magis ad figurã rotundã3 appꝛopinquat: tãto eſt maioris capacitatis: ⁊ q2 figura plurium anguloꝝ magis appꝛopinquat ad rotũdum q2 paucoꝝ anguloꝝ: q2 in figura rotunda vbiq3 eſt angulus: ideo quãto figura eſt plurium anguloꝝ: tanto ẽt maioris capacitatis. Q2 autem figura rotunda ſit maioris capacitatis q̃3 rectal3 ſit per ſenſus ⁊ expimentum manifeſtum: q2 linea recta dum incuruat ſit ſupficies maioris ↄtinẽtie: ⁊ adhuc magis in icuruatione ſupficiei ſit figura ẽt maioris continentie: poteſt per mathematicas rationes oſtendi: difficile eſt tñ comparare lineã rectam ad curuam ⁊ ſilr̃ ſupficies: non tñ eſt difficile demr̃are in figuris rectis: ſicut facile eſt cõparare adinuicẽ lineas rectas. Sit triangulus Abc. duab9 equis lateribus a b. ⁊ A c. ↄtentus: cuius baſis bc. in duo equalia i pũcto. d. diuidatur per. 10. p. ⁊ producta linea. a d imaginor duos triangulos Abd. ⁊ A c d. quos dico eſſe equales. nam duo latera A d. et A b. trianguli a b d. ſunt equalia duob9 lateribus A d




⁊ A c.trianguli A c d.⁊ baſis b d.equalis baſi.c d. erũt ꝑ octauã ꝓ.ambo triãguli eq̃les ⁊ eq̃lis ꝯtinẽtie.deīde a pũcto a.ꝑduco lineã A E.equalẽ linee D c.ꝑ 3ᵐ ꝓmi ⁊ eq̃diſtantẽ per 31ᵐ eiuſdẽ:⁊ ducta linea C E.erit ꝯſtitutus q̃drangulus A E D C duplus ad quẽlibet partialiũ trianguloꝝ per.41.ꝓ.quare totali triãgulo equalis: ⁊ equalis ꝯtinẽtie ſiue aree:⁊ tñ linee trianguli lõgiores ſunt.nã duo latera tetragoni A E ⁊ D C.eq̃lia ſup baſi b c.toti⁹ trianguli:⁊ q2 duo anguli d.vel ambo ſunt recti vel eq̃les duobus rectis per.13.ꝓ.duo latera A b ⁊ A c.triãguli ſunt lõgiora duobus laterib⁹ a d.⁊ E c quadrati per.18.ꝓ.Quadratus igiẽ equalẽ hẽt ꝯtinẽtiam cum triangulo ſub breuioribus lineis:q2 hẽt angulos plures.Qz ſi lineaꝝ A b.⁊ A c.exceſſus ad lineas A D.⁊ E C addaẽ tetragono ꝑductis laterib⁹ A E.ad F.⁊ D C.ad G.⁊ linea F G.totus tetragonus A F D G lineis exiſtẽtibus equalib⁹ laterib⁹ trianguli maiorẽ hẽt aream ⁊ ꝯtinẽtiam.Figura igiẽ pluriũ anguloꝝ eſt maioris ꝯtinẽtie.Sed q2 circulus inter figuras planas ⁊ ſphera inter ſolidas eſt totus angulus: nulla linea eſt recta:ſed oĩs eſt curuata:ſequiẽ ꝙ hec figura capaciſſima eſt inter oẽs alias figuras rectas: terminis exiſtẽtibus equalibus:⁊ ſi ꝯtineat equalẽ erũt termini breuiores:quare. ¶ Poſſet hec ratio alio mõ formari. Cum mundus ꝯtineat oĩa cuiuſcunq3 figure ſint debuit hẽre figuram in qua poſſit ꝯtineri quelibet alia figura:talis aũt eſt ſpherica:ſicut enim in figura circulari põt inſcribi quelibet alia figura ſupficialis:ita intra ſpheram põt inſcribi quaſi quelibet alia figura. Scribi figuram intra figuram eſt dum quilibet anguloꝝ figure interius ſcripte cõtingit qõlibet latus figure cui inſcribiẽ 4° elementoꝝ:in circulo põt inſcribi quelibet alia figura ſupficialis rectilinea:non tamẽ in alia figura põt inſcribi quelibet alia. Similiter in ſphera poſſunt inſcribi plures figure q̃3 in alio corpore: ⁊ ſm hanc expõnem iſoperimetru3 dicitur ab iſos qõ eſt figura:peri.i.circa ⁊ metros.i.menſura.i.inter corpora iſoperimetra.i.in quibus poſſunt inſcribi figure ſphera eſt capaciſſima:q2 in ea poſſunt iſcribi plures figure q̃3 in alio corpore alterius figure.

Neceſſitas. Probat celi ſphericitatẽ 3° rõne que eſt neceſ̃ia ⁊ demõſtratiua. 2° ponit auctoritatẽ Alphag.vl rõnẽ ei⁹ ibi[Itẽ ſicut diẽ Alphag.] Ratio hec eſt q2 ſi celum eẽt figure rectilinee ⁊ angularis. V.g.triangularis quadrãgularis vel alterius figure angularis ⁊ nõ ſpherice:ſequereẽ vacuum corpus abſq3 loco.⁊ penetratio corpoꝝ:ꝯtra doctrinã pħi 4° phyſi. Sit nãq3 figura celi q̃drata A b c d. centrum e. certũ eſt angulos nõ equalr̃ diſtare a cẽtro cũ partibus lateralib⁹: q2 tunc eẽt circulus ꝑ diffinitionẽ circuli. ꝑ Euclidis: magis ergo diſtãt anguli a cẽtro q̃3 latera: ⁊ cum moueaẽ celu3 circulariter in loco anguli A.ſuccedet latus:qui locus cũ nõ poſſet impleri ab illo latere minus diſtante a centro remanebit pars loci ſine corpe:quare vacuum:per diffinitionẽ vacui 4° phyſi.Eodẽ mõ angulus A.mouebiẽ in loco lateris:qui locus cũ ſit minor corpe:nec poſſit capere eu3: pars illius corpis angularis remanebit ſine loco:q2 extra ꝓmam ſpherã nihil eſt nec loc⁹ nec corp⁹ ꝑ de celo.Cũ igiẽ



ſinit equinoctialē per hoc ꝙ equidiſtat a polis mundi: in hac parte declarat hos polos de quibus fecit mentionem. Unde notandū ꝙ poli ſunt in celo duo puncta imaginata termini axis: ſuper quibus reuoluitur celum: horum duorum prædictorum alter in hoc ſitu noſtro ſemꝑ apparet eleuatus ſuper terrā: alter vero tantundem depreſſus ſemper eſt occultatus. Primus apparens hēt tria nomina. Primum eſt quo nominatur ſeptentrionalis. Cuius ratio eſt quia in eo vel prope eum eſt imago que dicit̃ vrſa minor vel a vulgo currus notus apud omnes continens ſeptem ſtellas quatuor in modū quadranguli que faciūt currū: ⁊ tres pro temone: a quibus ſeptem ſtellis dicit̃ ſeptentrio a ſeptem ⁊ trion quod ſignificat bos quaſi ſeptem boues: quia ſeptem ſtelle mouent̃ tarde ſicut bos qđ eſt animal multum pigrū in motu ita ille ſtelle ſunt tarde: ex quo in 24[or] horis deſcribunt paruos circulos: quanto enī pars eſt polo propinquior: tanto mouetur tardius: vel dicit̃ ſeptētrio a ſeptē ⁊ teriones: quia ſunt ſeptem ſtelle que terūt ⁊ calcant partes circa polum. Ab huiꝰ igit̃ imagine: ſcilicet ſeptentrione propinqua polo: hic polus nobis ſemper apparens dicit̃ polus ſeptentrionalis. ¶ Scđo noīe dicit̃ Arcticus ab alia imagine etiam in eo ſituata que dicitur vrſa maior: eſt ergo ſituata in eodem polo: in oppoſito tñ vrſe minoris iam dicte: non ſicut quidam male opinant̃ ꝙ ſit in alio polo: ꝓpter hoc audiunt in oppoſito: nam nō dicitur eſſe in oppoſito ratione diametri tranſeuntis per centrū terre: ſed ratione diametri tranſeuntis per polum nobis manifeſtum. Huiꝰ igit̃ imago que vrſa maior dicit̃ ⁊ proprio noīe arctos: eſt ſituata iuxta hunc polū: a qua denominat̃ arcticus. ¶ Tertio modo nōiatur borealis ſiue aquilonaris qđ idem eſt a vento borea ſlāte ab illa parte terre: verſus quam eſt polus prefatus. ¶ Scđo notandum eſt ꝙ polus oppoſitus huic in ſitu noſtro ſemꝑ occultatus habet etiam tria noīa. Primū eſt antarcticus: quaſi contra ⁊ oppoſitus arctico: ambo enim opponunt̃ diametraliter: quia ſunt termini eiuſdē axis mundi. Secundo dicit̃ meridionalis: quia in hac noſtra habitatione eſt verſus illam partem in qua ſunt aſtra erratica dum ſunt in meridiano: ſemper enim dum ſunt ſidera in meridiano: ſunt remota a nobis verſus polum antarcticum: ⁊ notanter dico in ſitu noſtro: quia ſi qui habitant vltra tropicum Cancri non ſemper dum aſtra ſunt in meridiano remouentur a ꝫenith eorum verſus polum illum: imo aliquando ſunt in ꝫenith: ⁊ aliquando verſus polū arcticum vt demonſtratur. Nomina nāqꝫ impoſita ſunt a nobis ⁊ ſm proprietatem noſtre habitationis. Tertio modo dicitur Auſtralis quia inde et ex illa parte ſlat Auſter ventus in hoc noſtro ſitu. ¶ Tertio eſt notandum ꝙ hec duo puncta: ſcilꝫ poli nominati ſunt fixa ⁊ ſtabilia l firmamento: id eſt octaua ſphera: ideo in octaua ſphera: quia ibi videnť ſtelle per quas cognoſcunt̃ poli: licet ſint in primo mobili: quia ſupra illos mouetur primum mobile. Sunt igitur ſtabilia: cuius duplicem rationem videtur Auctor aſſignare. Prima: quia ſunt termini axis: nāꝫ oē quod eſt in immobili eſt immobile axis autem eſt imobilis: quare poli qui terminant axim ſunt immobiles. Secunda ratio quam dat Auctor eſt quia totus mundus. i. omnes ſphere celeſtes voluuntur motu diurno ſuꝑ illos. Illud nāqꝫ ſuper quo mouet̃ aliquid debet eſſe quieſcēs vt patet in libro de motibus animalium: ſed totum celum mouetur ſuper polos: q̃re ſunt mobilia. ¶ Quarto eſt notandum: ꝙ primus polorum ſemper nobis apparet: et eſt multum eleuatus ſuper oriꝫontem: reliquus vero eſt ſemꝑ occultatus ⁊ ſub eodem depreſſus: immo quantū ille eleuatur: tātū hic deprimit̃: qđ facilē oſ̄dit̃. Sit enim ſupra centro A. ſphera b c d e. b d oriꝫon. axis vero c a e. nā polꝰ arcticꝰ c. ⁊ antarcticꝰ E. dico ꝙ tāta ē eleuatio c b. poli arctici c. ab oriꝫōte quāta eſt depſſio d e. Nā arcus b c d. ⁊ arcꝰ c d e. ſunt eq̃les ex quo ſūt ſemicirculi. ex q̄ tam axis ꝙ oriꝫon tranſeunt ꝑ centrū ſphere. Si igit̃ ex illis arcubꝰ eq̃libus reſecet̃ arcus cōmunis c d. ꝑ communē conceptionē reſtabit arcus c b. equalis arcui d e. quarū alter demōſtrat arctici eleuationē ſupra oriꝫontem: et reliquus depreſſionem antarctici: qđ eſt intentū. vnde Uirgilꝰ ꝑmo Georgicorū. [Hic vertex.] id eſt polus arcticꝰ dictꝰ a vertendo q2 mundus vertitur ⁊ mouetur ſuper eo: eſt [nobis ſemꝑ ſublimis] id eſt eleuatus et manifeſtus. [At illum] polū antarcticū. [Styx atra maneſqꝫ profundi.] id eſt dij vel aīe infernales. [Uident ſub pedibus] noſtris: eo q2 eſt nobis occultatus. Et loquitur more poetarū: qui dicunt res ita eſſe ceu nobis vel ſenſibus noſtris videnť: nā vulgares dicūt aſtra que merguntur ſub oriꝫonte eſſe ſub terra: vbi eſt iſernꝰ. Alij qui autē dicunt ꝙ Uirgilius voluerit infernū eſſe ex alia parte terre nobis oppoſita: ⁊ eū reprehendunt ꝙ ibi ē lux: in iſerno nāqꝫ ſunt tenebre perpetue. Sed male: quia hoc non tenet Uirgilius: vt patet ſexto Eneid. ideo dicēdū eſt vt prius dixi ꝙ tenet infernum eſſe ſub terra: ⁊ loquit̃ more poetarum ſm iudiciū vulgi: qui dicunt ſolē ⁊ aſtra occidentia petere ſub terrā vt dictū eſt. ¶ Querit̃ i hac parte vtrum ſtelle et partes propinque polo tardiꝰ moueant̃ q̃ꝫ ille que ſunt diſtantes: vt dicat Auctor: videtur ꝙ non: ꝑmo Eꝰ quod regulariter mouet̃: ⁊ partes quoqꝫ mouētur regulariter: ita ꝙ altera non mouet̃ tardius vel velocius reliqua: vt patet. hoc enim videtur importare regulare: excludit enī velocius ⁊ tardius ſexto phyſicorū. Sed celum mouet̃ regulariter motu diurno precipue: ſicut ꝓbat Phs ſcđo de celo: et probatum eſt in primo huius: q̃re omnes eius partes mouentur equali velocitate. non ergo altera velocius ⁊ altera tardius. ¶ Scđo cōtinuū eſt cuius motus eſt vnus quinto metaphyſice. Celum autē eſt continuum quo ad omnes eius partes: partes enim polares non ſunt diuiſe nec poſſunt diuidi ⁊ ſeparari a reliquis partibus que ſunt diſtantes a polis. primo ⁊ ſecundo de celo: quare omnes partes vno motu mouentur cum toto: non igitur altera velocius ⁊ alia tardius: quia tunc idem motus eſſet velocior ⁊ tardior ſeipſo quod eſt inconueniens. ¶ Tertio a maiori ꝓportione mouentis ſupra mobile cauſatur motus velocior ſeptimo phyſicorum. Sed motor celi habet maiorem proportionem ſuper partes polares q̃ꝫ ſuper partes diſtantes a polo: quia polares ſunt minores ⁊ minus reſiſtunt ea ſaltem reſiſtentia que requiritur inter potentiam motiuam ⁊ mobile vt vult Commētator ſecundo de celo: partes vero que ſunt prope equatorem diei: ſunt maiores ⁊ habent maiorem reſiſtentiam: quare ſequitur oppoſitum eius quod dicitur: ſcilicet ꝙ partes polares velocius moueantur. ¶ In oppoſitum eſt Auctor hic cum omnibus phīs ⁊ aſtrologis: volentes ꝙ poli ſunt ſtabiles ⁊ omnimodo fixi: omnia alia in ſphera



mouentur:vt quod eſt propinquius tardius:quod vo eſt remotius velocius:et hoc patet per experientiam et demõſtrat ſphera materialis:videmus nãq; expreſſe ſtellas que ſunt iuxta polũ arcticũ:moueri quidẽ circulariter tarde tamẽ:cum in 24^or horis cõpleant ſuos paruos circuitus: ⁊ quãto eſt ei ꝓpinquior:tãto minores circulos facit:ſtellas vo que ſunt ꝓpinque equinoctiali velociſſime mouẽtur:deſcribendo maximos circulos in die nãli.hoc idez demõſtrat ſphera mãlis:cuius axis ⁊ poli ſunt imobiles:partes vo ⁊ circuli oẽs mouenẽ:vt quãto fuerit propinquior polo tanto tardius:⁊ quãto remotior:eo velocius.vnde in ſphera ſunt alique partes ⁊ ſtelle que ob ꝓpinquitatez a polo mouenẽ multum tarde:intãtũ ꝙ motus earũ nõ poteſt ſenſu percipi:ideo oĩno videnẽ imobiles: ſicut dicunt naute ꝙ ſtella aquilonaris ab eis nuncupata Tramontana ſit imobilis:cum tñ parũ tarde ⁊ inſenſibiliter moueaẽ circa polũ. ¶ Pro ſolutione huius qõnis eſt aduertendũ pmo:ꝙ lʒ motus circularis vel circulatio ſit ſpẽs motus localis:nõ tamẽ vterq; eorũ eodẽ modo dicẽ regularis:ſed aliud requiritur ad regularitatẽ motus circularis ꝙ̃ ad regularitatez motus ſimplr ſicut aliud requirẽ ad motũ circularem ꝙ̃ ad motũ abſolute:nã cum de rõne motus abſolute ſumpti ſit ꝙ fiat in ſpatio:nec aliõ requirẽ:duo motus locales adinuicẽ cõparati dicunẽ equales quãdo facti ĩ eodẽ tẽpore ſunt ſupra ſpatia equalia:ſimilr idez motus dicẽ regularis:quãdo ſpatia deſcripta in illo motu proportionanẽ tẽporibus in quibus fiunt:ꝙ ſi ſpatia non haberẽt prefatã equalitatẽ motus non eſſet regularis vt oſtenditur ſexto phyſicorum.verbi gratia. Si aliquod mobile ſingulis horis pertranſit decem ſtadia: et etiam in partibus horis proportionalibus tranſit ſimiles ⁊ proportionales partes illius ſpatij dicitur motus regularis:aliter non. Sed quia motus circularis non tãtũ fit ſuper ſpatium:ſed etiam circa centrum vt patet primo de celo:non enim ſufficit ſpatium ad motum circularem: ſed requirẽ centrum:ideo ad regularitatem motus circularis non ſufficit equalitas ſpatij: quod deſcribitur: immo nec requiritur principaliter:ſed requiritur equalitas angulorum circa centrum deſcriptorũz vt illud velocius circuire dicatur quod angulum maiorem circa centrum deſcribit:tardius vo quod minorem:et equalr qõ equali:eq̃litate temporis ſemper preſuppoſita. Et idẽ ſimilr dicitur moueri circulariter regulariter quod in temporibus eq̃libus:equales angulos cauſat in centro. Unde ſi eſſent duo mobilia mota circa mediũ: ⁊ ſilr equales angulos cauſent in eodẽ medio tẽpore eodẽ vel equali dicunẽ circulariter moueri equalr:etſi ſpatia ſint inequalia. v.g. ſint duo circuli vel ſphere inequales ſup eodẽ centro A. quoꝝ maior ſit b c d e. minor vero f g h i. ⁊ ducta linea a f b. a cẽtro ſecãt circulũ minorẽ ĩ pũcto f. maiorẽ vero in pũcto b. capiẽ duo pũcta predicta b. ⁊ f. ⁊ moueanẽ: vt b. fiat ĩ c. ⁊ f. in g. in eodẽ tẽpore. v. grã ĩ ſpatio ſex horarum: ⁊ ducaẽ linea recta a g c. per ducta pũcta:



in eodẽ tempore punctus b. cauſauit angulum b a c. ĩ cẽtro: ⁊ punctus f. angulum f a g. qui ſunt idem. ergo ſequiẽ ꝙ equali velocitate circulariter moti ſunt ambo circuli. Non tamẽ deſcripſerunt ambo ſpatia eq̃lia: nam punct^9 b. pertranſiuit ſpatium b c. ⁊ punctus f. ſpatium f g. minorẽ priori vt demõſtraẽ. 25. tertij elñtoꝝ: quare non mouentur equaliter. Eodem modo dum pũctus c. mouetur in d. ⁊ g. ſit in h. cuz ſpatia ſint inequalia anguli tamẽ ſunt eq̃les: vt patet ducta linea a h d. Similiter eq̃li tẽpore quo d. mouetur in e. ⁊ h. in i. ſemp enim angulis in centro exiſtentibus equalibus: imo eiſdem: vt patet ſi producatur linea a i e. ſpatia tamen vel circuli portiones ſunt inequales quia ſemper portiones circuli maioris ſunt maiores. Et hui^9 ratio eſt: qm̃ cũ anguli a. ſint deſcripti in centro amborũ circuloꝝ: arcus q debẽtur eis in vtroq; circulo ſunt ꝓportionales. Arcus enĩ b c. ꝓportionalis eſt arcui f g. quia ambo extendunẽ angulo b a c. proportionales dico ſunt: quia in eadem ꝓportione ambo ſe habent ad totales circulos quoꝝ ſunt: quoniã ſunt ambo quarte partes ſuorũz circuloꝝ: vt pʒ 25. tertij Euclidis. Ideo dicimus ꝙ tã primũ mobile ꝙ̃ ſphera lune mouenẽ. ſ. circulari motu eq̃liter: quia ambo motu diurno cauſant in cẽtro equis temporibus angulos equales: ⁊ ſi arcus nõ equales tamẽ proportionales vt dictum eſt. ¶ Sed aliquis obſtabit cõtra dicta. Si enim primũ mobile ⁊ ſphera lune equaliter circuĩt: etiam equaliter mouentur: ab inferiori affirmatiue ad ſuum ſuperius: vt patet ĩ logica: motus nãq; eſt genus vel quoddam ſuperius ad circulationẽ. Sed que equaliter mouentur deſcribunt ſpatia equalia: ſequeretur ꝙ ſphera inferior pertranſiret ſpatium equale cum ſuperiore: quod falſum eſt. ¶ Reſpondetur ꝙ omnes ſphere celeſtes equaliter circuiunt motu: videlicet diurno ex quo ſemp cauſant angulos equales in centro nõ tamen equaliter mouenẽ: quia non tranſeunt ſpatia equalia in eodem vel equali tempore: vt dictum eſt. Et regulam logicoꝝ dico ꝙ intelligitur: ſi arguaẽ ſimpliciter ab iferiori ad ſuperius: ⁊ non cum aliqua determinatione: vnde licet ſequatur ſimplr hoc eſt formica. ergo eſt animal cũ determinatione tamẽ non ſequitur: eſt perfecta formica. ergo perfectum animal. Similr ſequiẽ hoc moueẽ circulariter. ergo mouetur: non tamen cum determinatione dicẽdo: circuit equaliter ergo mouetur equaliter. Sicut etiam non ſequitur hoc velocius deſcendit. ergo velocius mouetur: dato ꝙ duorum grauium alterum per chordam citius moueatur deorſum: reliquũz per arcum: quod licet velocius moueatur: tamen tardius perueniet ad locum inferius: ꝙ̃q; deſcenſus ſit ſpecies motus vt primo de celo. Aliud nãq; requiritur ad velocitatem deſcenſus ꝙ̃ ad velocitatem motus: quia ſicut dictum eſt ad velocitatem motus ſufficit ꝙ ſpatium ſit maius ⁊c̃. ſed ad velocitatem deſcenſus ꝙ citius perueniat deorſum: etſi nõ trãſiret ſpatiũ maius. ¶ Secũdo eſt aduertendum ꝙ duplr intelligi poteſt aliquid moueri regulariter: vno modo comparando tẽpus ad tempus in quo aliquod mobile mouetur vel pars eius determinata. verbi gratia. Si comparetur motus factus in vno tempore ad motuz factum in alio: quo modo illud dicetur moueri regulariter: quod in tempore aliquo determinato tranſit ſpatium aliquod determinatum: ⁊ in equali equale. Irregulariter quod in temporibus equalibus ſpatia inequalia: vel ſpatia equalia in temporibus inequalibus: vt declarat Ariſto. ſexto phyſicoꝝ. ¶ Secundo modo comparando partẽ ad partem: vt totũ dicaẽ moueri regulariter: cuius quelibet pars ꝑtranſit ſpatium equali ſpatio alterius partis: nec ſit aliq̃ pars q̃ deſcribat ſpatiũ longius alia: ⁊ h̃ ꝓpriori noĩe dĩm eſt vniforme. Et per contrariũ dicitur difforme mobile in motu: cuius

vna

vnus pars velocius mouetur alia: exempla patent. ¶ His igitur declaratis dico primo ꝙ quelibet pars celi ſiue ſit propinqua polo ſeu diſtans equaliter circuit. probatur. Illud nanqȝ regulariter circuit quod equalibus temporibus cauſat in centro angulos equales vt ſupra patuit: ſed quelibet pars celi tam polaris ꝙ exiſtens in equinoctiali cauſat ī centro angulos equales ī temporibus equalibus nam in 24ᵒʳ horis quelibet pars cauſat in centro mundi quattuor angulos rectos: cum compleat ſuum circulum reuertens ad idem punctum. vnde moueri incepit: quare hoc modo celum circuit vniformiter. ¶ Secundo dico ꝙ quelibet pars celi eſt in motu regularis hoc eſt in temporibus equalibus motus agit equales: probatur. nam illud quod in temporibus equalibus cauſat ſpatia equalia mouetur regulariter vt dictum eſt ſupra: modo quelibet pars celi eſt huiuſ: quia totum celum mouet regulariter vt demonſtratur ſecundo de celo ab Ariſto. quare ⁊ quelibet pars cū partes ſint continue toti nec habeant aliū motum a motu totius. ¶ Tertio dico ꝙ celum non mouet vniformiter ſcilicet ratione partium. probatur. Illud cuius partes tranſeunt ſpatia inequalia adinuicem comparata inequalibus temporibus: mouetur difformiter: vt patet ex ſupradictis: partes vero celi non cauſant ſpatia equalia ī temporibus equis: nam partes que ſunt ī equinoctiali agūt maiorem circulum que partes polares in temporibus eiſdem. ergo ⁊c̄. ¶ Quarto dico ꝙ quelibet pars celi mouetur equaliter alteri comparata regularitate proportionali. probatur. Illa mouentur equaliter equalitate proportionali: que in tempore equali vel eodem cauſant ſpatiorum ſuorum partes proportionales: vt ex declaratis ſupra liquet: modo quelibet pars celi tranſit ſpatium proportionale de toto ſuo circulo: ſpatio dico facto ab alia parte de ſuo circulo: nam velut pars que eſt prope equinoctialem peragit medietatē circuli immediate diei naturalis: ita pars iuxta polum agit medietatem de ſuo circulo: que quidem partes ſe habent in eadem ꝓportione. ſ. ſubdupla ad totum: ⁊ velut altera pars in die totū circuitū cōplet: ita ⁊ reliqua: quare oēs deſcribunt ſpatia proportionalia. ¶ Modo ad argumenta ante oppoſitū. dico ꝙ primum nihil aliud concludit: niſi ꝙ celum non mouet vniformiter qd̄ conceſſum eſt in tertio ꝓpoſitorum: tamē cū hoc regulariter mouetur: regulariter ⁊ vniformiter circuit vt dictum eſt. ¶ Ad ſcdm̄ aliqui exponunt auctoritatē phi. Continuū eſt cuius motus eſt vnus: verū eſt ſi ſit motus ſimplex non mixtus condenſatione ⁊ rarefractione: nam poteſt vna pars aeris continua exiſtens toti moueri per condenſationem ⁊ rarefractionē: ⁊ cōſequēter localiter: ⁊ tamē nō mouet totus aer. ¶ Sed hec reſponſio vel expoſitio auctoritatis non ſoluit argumentū quia celū mouet localiter tm̄: non autē cōdenſatione vel rarefactione primo de celo. nam motus localis eius eſt purus. ¶ Ideo dico aliter: ꝙ cōtinuum eſt cuius motus eſt vnus. i. ſimul et vno tempore factus: nam nō pōt cōtinuū moueri localiter motu puro: quin moueat quelibet pars: nec pōt vna pars moueri alia quieſcēte: ſed oēs partes mouent ⁊ in eodem tempore: ⁊ vna parte mota ſimul ⁊ totū mouet. Ita ad ꝓpoſitum qm̄ celū eſt continuū mouet ſimul cū qualibet parte: ex quo mouetur motu locali puro: nec pōt vna pars moueri: quin moueat quelibet ⁊ totum ſimul: nō tamē eſt neceſſe ꝙ quelibet pars continui etiā ſi moueat motu puro: moueatur equali velocitate: vt cuilibet patere poteſt. ꝑ in motu circulari: in quo ꝑtes propinque polo nō mouent equali velocitate cum partibus remotis: ſed quanto pars eſt remotior: tāto eſt in motu velocior: vt ſupra ē dictum. Scd̄o in motu recto. ſi eniȝ graue cuius alterū extremum ſit grauius: incipiat deſcendere ſm partem mīus graueſ: vt quia ita diſponatur ab aliquo: in motu inclinabit ꝑteȝ grauiorem deorſum: ⁊ vertetur: quia hec eſt natura talis grauis cuius deſcendere ſecunduȝ partem grauiorem: vt patet ſi ꝓijciatur ſurſum ferruȝ vel aliquod grauius ex vno extremo: aſcendet ſecundum partem grauiorem que accepit maiorem violentiam: deinde ī deſcenſu ex quo mouetur naturaliter voluetur cum parte grauiori deorſum: quare illa pars velocius mouetur reliqua: licet ſit vnū cōtinuum: quare patet ꝙ auctoritas ītelligitur modo dicto ſcilicet cōtinui motus eſt vnus i. ſimul: quia quelibet pars ſimul mouetur. ¶ Ad tertium quando dicitur ꝙ a maiori proportione procedit maior actio ⁊ velocior motus: verum eſt tamen intelligentia mouens orbem comparatur vt vna potentia: ⁊ totus orbis cōparatur ad eā vt vna reſiſtentia: ideo imaginatio hec eſt falſa que vult ꝙ partes ſint diuerſe reſiſtentia: qd̄ nō eſt verū: quia nō ſunt diuiſe: etiā ſi eſſent diuiſe adinuicē: tamē eadē potētia ſimul eas moueret: ac oēs equali velocitate moueret: ſed ſi moueret quaſlibet earū diuerſis vicibꝰ ⁊ tēporibꝰ: tūc ex quo eſſent diuerſe reſiſtentie: minor moueretur velocius. Et ꝙ ſit hoc veruȝ: ꝙ motor moueat a ꝓportiōe quā hēt ſupra totū ⁊ non ſupra partes: manifeſtum eſt ex eo: ꝙ ī mobili ſunt partes infinite paruitatis: cum in continuo qualibet parte aſſignata detur minor: quare ad eas hēt motor infinitam proportionē: ⁊ cōſequēter eas moueret infinita velocitate: quare in inſtanti: quod eſt inconueniēs. ¶ Scd̄o circa hanc partē querit vtrū poli ſint immobiles vt dicit Auctor: videt ꝙ non. primo cōtinuuȝ eſt cuius motus eſt vnus. i. ſimul vt expoſitū eſt: ſed poli ſunt in eodem continuo. ſ. in celo: qd̄ quidem mouet. ergo ad motū celi ⁊ poli mouentur. Scd̄o omne qd̄ quieſcit: quieſcit per ſe vel per accidēs ſicut etiam qd̄ mouet 4ᵒ phy. ſȝ poli nō quieſcūt per ſe: quia tūc per ſe poſſent moueri: qd̄ falſuȝ eſt ⁊ cōtra demrātionē Ariſto. 6ᵒ phyſi. vbi probat ꝙ oē qd̄ mouet ꝑ ſe eſt diuiſibile cū poli autem nō ſint diuiſibiles: ſed imaginant vt puncta: videt ꝙ nō poſſint moueri per ſe: quare nec per ſe qeſcunt: nec per accñs: quia tūc qeſcerēt ad qetē alterius: qd̄ falſum eſt: quia totū celū ⁊ quelibet pars celi mouet. non igit eſt aſſignandū ad cuius qetē qeſcūt poli: igit nullo modo quieſcunt. ¶ Tertio polus cōiter dicit quedā ſtella polaris nolata. Tramontana: ſed hec cōprehenſa eſt moueri: nam per inſtr̄a aliqñ reperitur altior et aliqñ minor: in eleuationis ab orizōte igit polus arcticus non quieſcit: nec conſequenter antarcticus ei oppoſitus.

¶ Oppoſituȝ vult Ariſto. 2ᵒ de celo ꝙ poli oino qeſcunt Auctor in textu: ⁊ deniȝ oēs recte ſentientes. ¶ In hac queſtione dicit Auer. ſcd̄o de celo cōm. 14ᵒ. ꝙ polus cōſideratus geometrice ⁊ mathe^ce quieſcit: hoc eſt ſolū in imaginatione: nō aūt vere qꝛ nihil eſt in celo qd̄ quieſcat: cum totū celū moueat ideo polus mouet ad motū celi. Cuius ratio eſt ſcd̄a facta ante oppoſitū: quia ſi quieſcit: vel ꝑ ſe vel per accñs: non qeſcit per ſe ex quo nō eſt inatus per ſe moueri: nec per accidēs: quia tūc qeſceret ad quietē ſubiecti: qd̄ eſt celū: celū aūt nullo modo qeſcit: quare nec polus. Et quia Ariſt. dicit oppoſitū: ſubdit ipſe ꝙ moueri ē duplex. ſ. de loco ad locum qd̄ eſt mutare locuȝ ſm ſubām aliud eſt moueri in eodē loco: qd̄ eſt mutare locuȝ tm̄ ſm formā vt 6ᵒ phy. poli nō mouent de loco ad locum: qd̄ eſt moueri ſm ſamoſitatē: ⁊ iō Ariſto. dicit polos eſſe immobiles: locutus eſt enim ſm ſamoſitatē: tñ mouent in eodē loco: ⁊ ſm formā: cuius rō eſt: quia eo mō mouet accñs quo ſubām ſuum. ſed cū qlibet pˢ celi mutet locū ſm ſubām ꝑter ꝑtes polares: que ſolummodo mouent ſm formā: exiſtes ſemper in eiſdeȝ locis: quare ⁊ poli mouent ſm formam. ¶ Hec opio Auerrois eſt contra omnes mathematicos ⁊ conſequēter veritatem: cum poli ſint indiuiſibiles oino

immobiles per ſe ⁊ per accidens:non enim mouentur motu recto nec circulari:nec ſecundum ſubiectum nec formã. Nam omne mobile indiget quieſcente:celum autem mouetur ſuper polos:oportet ergo ꝙ omnino poli quieſcant ſi enim mouerentur ſecundum formam eo modo quo ponit Auer. mouerentur circulariter preciſe quo motu mouetur celum:quare celum non poſſit figi ſuper eos. ℭ Secundo illud quod nullo modo eſt in loco:nullo modo poteſt moueri in loco:polus autem non eſt in loco:cuȝ ſit indiuiſibilis. Et ſi diceret ꝙ eo modo quo mouetur ē ĩ loco: quia mouetur per accidens:ideo per accidens eſt in loco: quod non repugnat indiuiſibili:quia etiã omnia accidẽtia ſunt in loco. ℭ Contra quia ſphera eſt in loco per centrum vt ipſe vult 4° phyſi. ex quo mouetur circa centrum ſi ergo poli eſſent in loco licet per accidens: tunc mouerentur circa centrum:quare mutarent locum ſecundũ ſubiectũ non tñ ſm formã vt ipſe dicit. ℭ Tertio mutare locũ ſm formam eſt hẽre aliũ ſitũ ⁊ reſpectũ ad centruȝ ſm partes. 6° phyſi. ſi polus hoc modo moueref tũc haberet partes q̃ð eſt falſum. ℭ Ratio aũt qua vtitur eſt multuȝ friuola ⁊ reflectif cõtra eum. capio enim partem polarem que non mutat locum ſm ſubiectum vt ipſe dicit ex quo polus eſt in medio eius: ⁊ diuido hanc partem diametraliter in duo media:notum eſt ꝙ quelibet earum mutat locuȝ ſm ſubiectũ vt patet:q̃re ſi eodem modo mouef accidens ſicut ſubiectũ ſequif ꝙ polus mutabit locũ vel mouebif ſm ſubiectũ ad motum ſm ſubiectũ illius partis in quo eſt q̃ð oĩno falſum eſt: ⁊ cõtra eum. ℭ Ideo dico alr. pro quo notandum eſt ꝙ polus cõſideraf duplr. vno mõ imaginatione: ⁊ hoc modo eſt terminus axis. Alio modo realiter ⁊ talis eſt punctus in ipſa ſphera tanq̃ȝ in ſubiecto:lȝ idem ſit ſubiecto differens rõne:quia axis imaginatur terminari ad illum punctum qui realis eſt: ⁊ realiter ĩ celo. ℭ Scđo eſt notãduȝ ꝙ poli ſunt duplices vt patuit in primo huius: pmi ſunt poli mundi in ipſo pmo mobili: ſup quibus mouef primum mobile motu diurno ⁊ ſecum oẽs ſphere. Aliĳ ſunt poli ȝodiaci diſtantes ab illis pmis: qui vocanf ȝodiaci:quia ȝodiac° equidiſtat ab eis: ⁊ planete ⁊ alia ſidera que mouenf in ȝodiaco: mouenf ſuper iſtis polis. ℭ Quibus ſtãtibus dico pmo ꝙ poli ȝodiaci mouenf per accidẽs:tamẽ de loco ad locum:nã oĩs pũct° in ſphera mouetur p̃ter polos illius motus: ſed ȝodiacus mouef ad motum pmi mobilis:cuius motus nõ ſunt poli poli ȝodiaci:immo poli mũdi:vt dictũ ẽ:quare poli ȝodiaci mouenf. hoc manifeſtatur per ſpheram mãlem:et dicet Auctoꝛ infra:nã poli ȝodiaci mouẽtur circa polos mũdi deſcribendo duos circulos paruos circa illos. ſ. circulum arcticum ⁊ antarcticũ. ℭ Scđo dico ꝙ poli mũdi imaginarĳ ſunt oĩno immobiles:termini nãq̃ȝ alicuius immobilis:ſunt immobiles:ſed huiꝰ poli ſunt termini axis: q̃ eſt oĩno immobilis:vt pȝ:q̃re ⁊ poli ſũt imobiles: ⁊ hãc rõnẽ innuit Auctoꝛ in ter. vbi dicit:ꝙ poli mũdi ſunt imobiles quia terminãt axim ſphere. ℭ 3° dico ꝙ poli reales q ſũt ĩ ſphera tanq̃ȝ ĩ ſubiecto ſunt oĩno immobiles patet per ſuperius dicta:quia omne mobile indiget q̃eſcente q̃ð nullo mõ moueaf motu quo mouef illud mobile:vt in libro de motibus aialiũ:ſed celũ mouef circulariter ſup polos mundi. ergo poli nõ mouenf eo motu:nec etiaȝ alio vt patet. ℭ Ad argumẽta ante oppoſitũ. Ad primũ iam dictũ eſt ꝙ hoc modo cõtinui eſt vnus motus:quia nulla pars datur que nõ moueaf ad motum totius ⁊ hoc in motu circulari:in quo poſſunt dari puncta nõ mota vt mõ patuit in motu vero recto nihil daf quieſcẽs:nec pars nec accñs nec aliquid indiuiſibile vt diceẽ. ℭ Ad ſcđȝ q̃ð eſt Auer. dico ꝙ poli quieſcũt accidẽtalr ad quietem alterius. ſ. ad quietem totius celi:quieſcit enĩȝ celũ q̃ete oppoſita motui quo ſi moueref:mouerentur ⁊ poli. ſ. motu recto ſi enim celum moueretur motu recto:mouerentur ⁊ poli per accidens:tamen quia celum mouef motu circulari:non oportet ꝙ moueantur poli. Unde illa auctoritas que dicit ꝙ motis nobis mouentur omnia que ſunt in nobis: habet veritatem de motu locali recto. ℭ Ad tertium dicitur ꝙ ſtella illa non eſt polus:ſed propinqua polo: polus enim eſt punctus vt dictum eſt:ſed quia mouetur inſenſibiliter: ideo exiſtimatur ꝙ ſit polus:tamen mouetur: quare ⁊c̃.

ℭ Pro fine huius capituli in quo actum eſt de circulis ſphere:queritur quid ſint hi circuli an. ſ. ſint reales: ⁊ videtur ꝙ ſic. primo quicquid habet influentiam eſt reale:nullum enim imaginariũ põt influere ⁊ agere vt liquet. Sed aliqui circuli hñt influentiam p̃cipue ȝodiacus. ℭ Scđo diuidens ⁊ diuiſum adinuiceȝ proportionanf: ſed circuli diuidũt ſpheram vt dictũ eſt. ſphera aũt ẽ realis. ergo circuli diuidentes ſunt reales. ℭ Tertio illud q̃ð mouetur eſt reale:quia mathematica abſtrahunt a motu:ſed circuli mouenf ad motum ſphere:nã oꝛiunf ⁊ occidũt: quare. ℭ Quarto videf ꝙ axis ſit realis:nam ſicut ſe hẽt diameter ad circulum:ita axis ad ſpherã:per cõuenientẽ ſimilitudinem: ſed diameter circuli eſt realis. ergo axis ſphere. ℭ Quinto ꝙ poli ſint reales:naȝ illud ſuper quo mouef ſphera eſt reale:nõ enim mouef ſphera ſuper aliquo imaginario:ſed ſphera mouetur ſuper polos:ergo ſũt reales. ℭ Oppoſitum vult Auctoꝛ qui dicit ꝙ ſphera ſuper celeſtis imaginatur ex his circulis componi. Et probaf rõne:nam diuidens reale realiter diuidit:ſed hi circuli non diuidunt ſpheram realiter q2 eſt indiuiſibilis in actu:non igitur ſunt reales. ℭ Dicenduȝ eſt ad hanc q̃õneȝ ꝙ lȝ circulus ꝓprie ſit figura plana cõtenta vnica linea rotunda que dicif circũferentia: tamen Auctoꝛ multotiens vtitur noie circuli pro circũferentia eius. Harum autẽ circũferẽtiarũ quedã ſunt lineales ⁊ cõſequẽter circuli quidã ſunt tñ linee: ⁊ quedam ſunt ſuperficies vt ȝodiacus vt ipſe dicit poſt. ℭ Ideo dico primo:ꝙ circuli qui ſunt linee tñ: ſunt imaginarĳ ⁊ nõ reales ꝓbatur. Oĩs diuiſio que ponitur in coꝛpore indiuiſo actu continuo eſt imaginaria: vt patet:illud enim eſt imaginarium:cui nihil coꝛreſpondet ĩ re:ſed dicti circuli ponunf diuidere coꝛpus celeſte quod de ſe eſt oĩmodo cõtinuum ⁊ indiuiſum:nec diuidi põt in actu:ergo circuli ſunt imaginarĳ: ⁊ non realiter ĩ ſphera. Nec fruſtra ponunf vel imaginanf:ſed ꝓpter multas vtilitates:pro inueſtigandis:ſcilicet motibus aſtroꝝ ⁊ reddẽdis cauſis multaruȝ apparentiaꝝ:que non poſſent reddi vel non ita bene:ſi nõ imaginarentur dicti circuli. ℭ Secundo dico ꝙ circuli qui ſunt ſuꝑficiales ſi conſiderantur quantum ad ſubãm eoꝝ ſunt reales. ꝓbaf:que enĩȝ ſunt partes coꝛporis ſunt realia:quia nullũ imaginariũ põt eẽ pars coꝛporis realis:ſed huiꝰ circuli ſuperficiales ſũt partes coꝛporis quantũ ad ſubſtantiã: nam ȝodiacus ſ mõ nõ eſt aliud q̃ȝ quedam pars celi ſtellati:in qua ſunt ſtelle ⁊ imagines:que ſunt reales nõ imaginarie:quare ȝodiacus quantũ ad ſubãm eſt realis: ⁊ idẽ intelligendũ de Galaxia:quia eſt pars celi q̃ hẽt multas ſtellas paruas vt pȝ p metheo. ℭ Tertio dico ꝙ ſi huiꝰ circuli ſuperficiales cõſideranf quãtũ ad diſtinctionẽ linealẽ eſt ſm latitudinẽ vel longitudinem non ſunt reales patet eodẽ modo quia celũ nõ eſt diuiſum:ſed eſt vnũ cõtinuũ:diuiſio autẽ fit ſolũ p imaginationẽ:imaginaf nãq̃ȝ ȝodiacus hñs latitudinẽ duodeciȝ graduũ:hãc diuiſionẽ nõ faciũt ſigna in eo exñtia:quia aliqua ſunt maioꝛa: alia võ minoꝛa: ſilr ꝙ ȝodiacus ſit diuiſus in duodecim ptes eq̃les:q̃ꝝ qlȝ hȝ. 30. gradus hoc fit tñ p imaginationẽ:quia ſigna nõ ſ modo diuidũt:cuȝ ſint q̃dã q̃ occupãt. 40. vl. 50. gradus. ℭ Quarto dico ꝙ axis nõ eſt realis:quia cũ ſit quedã linea

nea īdiget corpore pro ſubiecto: ſed quodlibet corpus mouet̃ ⁊ celeſte ⁊ elementare: q̃re ⁊ axis moueret̃ ad motū illius corporis: hoc autē eſt cōtra rōnē axis: quē opꝫ eſſe fixū: nō igit̃ eſt realis. ¶ Scḋo axis eſt linea recta a polo ad polum tranſiens per centrū: vt dictum eſt in primo: ſed inter polū ⁊ polū nō eſt vnū corpus cōtinuū: imo plura ⁊ diuerſa: que cum non ſint continua non poſſunt eſſe ſubiectum vnius linee continue. ſi igitur axis eſſet realis nō eſſet vna linea continua: quod falſuꝫ eſt. ¶ Tertio ſi eſſet realis poneret̃ ad ſuſtentandū ſpheram ne caderet ſicut ponitur in ſphera mālī: que non ſuſtentaretur ſine axi cuꝫ ſit grauis: ſed corpus celeſte hoc nō indiget: axis igit̃ non eſt realis. ¶ Quinto dico ſicut dictum eſt in alia q̄ōne ꝙ poli ſunt imaginarij īquātū ponunt̃ termini axis: quia termini rei imaginarie non ſunt reales. Sūt tamē reales vt ſunt duo puncti in ſphera oīno immobiles vt ſupra patuit. ¶ Ad argumēta ante oppoſitū dico ꝙ circuli qui hñt īfluētiaꝫ ſunt reales: talis eſt tm̄ zodiacus vt notū eſt: qui realis eſt q̄ habet īfluentiā propter imagines que ſunt in eo. ¶ Ad ſcḋm dico ꝙ diuidens ⁊ diuiſum proportionantur veruꝫ eſt ſi diuiſum: ſit in actu diuiſum: tamen ſi non eſt diuiſuꝫ niſi per imaginationē nō opꝫ ꝙ ſit diuidens reale: ad ꝓpoſitū: lꝫ celū ſit in actu: nō tamē eſt diuiſum in actu: iō nō ſequit̃ ꝙ circuli diuidētes ſint in actu ⁊ reales. ¶ Ad tertium dicit̃ ꝙ qualr̃ ſunt hi circuli taliter mouent̃: ſunt autem imaginarij non veri: ideo non vere ſed imaginant̃ moueri: nō tamē oēs: quia oriçon ⁊ meridianus nō mouētur ad motuꝫ ſphere: ſed imaginant̃ ſtabiles: mouent̃ aūt ſolūmodo vel potius variant̃ ad motū ɇenith. ¶ Ad q̄rtum negatur ſimilitudo: naꝫ circulus eſt in vno tm̄ ſubiecto: in quo poteſt trahi diameter: quod non eſt de ſphera. ¶ Ad quintū reſponſum eſt ꝙ polus vno modo eſt realis: quia eſt punctus ī ſphera ſuꝑ quo mouetur ipſa: alio modo eſt imaginarius ⁊ terminus axis.

Eſt alius circulus in ſphera.

Poſtq̄ꝫ in precedenti capitulo determinauit de primo circulo ſphere. ſ. equinoctiali: in hac parte determinat de ſecūdo hoc eſt zodiaco ſeu circulo ſignorum. Cuius ordinis duplex eſt ratio. prima: quia circuli reſidui. ſ. duo coluri oriçon ⁊ meridianus preſupponunt notitiaꝫ zodiaci: ſine cuius notitia non poſſent bene declarari. Coluri quidem: quoniam officium eoꝝ eſt zodiacum diſtinguere. ⁊ ſigna in quibus contingunt duo ſolſtitia. ⁊ etiam equinoctia demonſtrare: ⁊ hoc modo diffiniuntur vt patebit: hoc auteꝫ preſupponit notitiā ſignorum ⁊ conſequenter zodiaci in quo ſunt ſigna. Meridianus ſimiliter: q꞉ diuidit zodiacū in partem orientalem ⁊ occidentalem. Oriçon quoqꝫ in partem ſuperiorem ⁊ inferiorem: vt patebit infra. Cum igitur alij circuli de quibus adhuc agendum eſt zodiaci notitiam preſupponant: non ſine ratione Auctor egit prius de zodiaco q̄ꝫ de alijs. ¶ Secunda ratio quia zodiacus eſt dignior illis: tum quia eſt realis vt dictum eſt diſtinctus ⁊ figuratus ſideribus que ſunt in eo. Sed coluri oriçon ⁊ meridianus ſunt imaginarij: eo magis q̄ꝫ meridianus ⁊ oriçon diuerſificantur diuerſitate habitationum. Tum etiam quia zodiacus eſt in octauo orbe realiter per ſtellas figuratus: etiam eſt ſecundum imaginationē in primo mobili: quod non eſt ita de alijs oibus: ꝑcipue meridiano ⁊ oriçonte: cum itaqꝫ zodiacus ſit dignior reliquis: merito de zodiaco agit immediate poſt q̄ꝫ egit de equinoctiali. ¶ Sed dubitat̃ circa hanc ſcḋam rōnē: quia eodem modo ⁊ cauſa prius debuit determinare de zodiaco q̄ꝫ equinoctiali: quia zodiacus ē dignior eo: ex quo eſt realis: equinoctialis vero eſt imaginarius vt dictuꝫ eſt ſupra. ¶ Reſpondetur ꝙ in hoc nō eſt facienda magna vis vel contentio: cum ordo nō ſit neceſſarius multū in doctrina niſi ordo ſ facilitatis: doctrina enim debet incipere a facilioribus: ⁊ ab illis que preſupponuntur ab alijs inquantū eſt doctrina: ſi autē inchoat a nobilioribus hoc eſt ꝑ accñs nec eſt de ratione doctrine vel ſcīe: ⁊ hac de cauſa incipit ab equinoctiali de eo determinando prius q̄ꝫ de zodiaco: quia cognitio equinoctialis in agēdo de zodiaco ꝑſuppo nitur. Tamē ceteris paribus digniora debēt ꝑcedere: nō ſicut dictū eſt dum de equinoctiali agebat̃ adhuc, equinoctialis eſt nobilior zodiaco: q꞉ iſte ē in octaua ſphera: ille vero in ꝑmo mobili: nec obſtat ꝙ hic eſt realis ille vero imaginarius quia ab aſtrologo nō tā cōſiderat̃ eſſe horū circulorum q̄ꝫ finis ⁊ vtilitas: eo magis ꝙ zodiacus non eſt oīno realis ꝓut cōſiderat̃ hic: vt ſupra patuit: ideo hec ratio nō cōcludit quin prius debuerit determinare de equinoctiali q̄ꝫ de zodiaco. Agendo igit̃ de zodiaco duo facit. ꝑmo declarat eum ⁊ partes eius. ſ. ſigna quātū ad eſſentiā. ſcḋo quantū ad finem: eſt nāqꝫ finis eius aſtra eſſe ⁊ moueri in eo ⁊ in eius ſignis: ideo exponit qualr̃ planete ⁊ reliqua ſidera dicant̃ eſſe in ſignis. ibi. [Cum aūt dicit̃ ꝙ ſol eſt.] Circa primuꝫ duo facit: primo nāqꝫ agit de toto zodiaco diffiniēdo ⁊ declarando ipſum. ſcḋo de partibus eius: ſcilicet duodecim ſignis ⁊ ſignoꝝ partibus. ibi. [Noīa autē ſignoꝝ.] Tertio de linea zodiacum in latitudine per medium diuidēte que dicitur Ecliptica. ibi. [Linea autē diuidens.] Quarto ⁊ vltimo de eius medietatibus per quas ipſe diffinit̃ ⁊ notificat̃. ibi. [Pars vero zodiaci.] ¶ Circa primā partē eſt notādū ꝑmo ꝙ zodiacus diffinitione q̄d rei eſt circulus maior in ſphera qui interſecat̃ ab equinoctiali ⁊ interſecat eundē oblique ad partes equales: altera meditate ad ſeptētrionē: reliqua ad auſtrum declinante: ſub quo oēs planete ſunt ⁊ mouentur: ſupra dictū eſt quare ponitur circul⁹ ⁊ maior: per hoc differt a circulis minoribus. Ad dr̄iam aūt equinoctialis ponit̃ ꝙ interſecatur ab eo: nam vt exprimit̃ in diffinitione altera pars eius vergit verſus ſeptētrionē ⁊ reliqua verſus auſtrū: q̄d eſt contrariū eius q̄d dictuꝫ eſt de equatore: qui ab vtroqꝫ polo ⁊ ſeptētrionali ⁊ auſtrali equidiſtat. Sed quia coluri meridianus ⁊ oriçon ſecant ⁊ ſecantur ab equinoctiali: non tñ oēs oblique: vt patet: naꝫ coluri ⁊ meridianus ⁊ oriçon rectus directe ſecant ⁊ ſecantur ab equinoctiali: ideo ad iſtorum dr̄iam additū eſt oblique. Lꝫ poſſet dici ꝙ a ꝑdicta diſtinguit̃ per hoc quod dicit Auctor: ꝙ zodiacus declinat ſm̄ medietates: quia alij circuli nō declināt ſm̄ aliquos aſtrologos: q̄ voluīt ꝙ ad hoc ꝙ circul⁹ aliq̄s declinet ab equinoctiali: opꝫ ꝙ ſit ſituat⁹ in ſphera in lōgū nō in latū. i. ꝙ ſit ſituatus ab oriēte verſus occidētē: nō aūt a polo ad poluꝫ ſm̄ quos attēdit̃ latitudo ſphere: ⁊ ꝙ oriatur ſucceſſiue: modo coluri ſituant̃ in latū. ſ. a polo ad polum: ideo nō declināt verſus polos imo trāſeunt ꝑ eos: ſiſt in ſphera recta nō ſucceſſiue ſed ſimul oriunt̃ ⁊ occidunt: ſemꝑ enim dum oritur aliq̄s eorum: orit̃ tota medietas: ⁊ oppoſita ſimul occidit: vt patet. vltimo ponit̃ finis zodiaci cum dicitur ſub quo planete ſunt ⁊ mouent̃: hoc nanqꝫ fine aſtrologi imaginati ſunt zodiacū. vt poſſint comprehendere motus ⁊ loca planetarum ⁊ aſtroꝝ ceterorū: ⁊ ꝑ hoc differt ab oriçonte obliquo: qui licet interſecat ⁊ interſecetur ab equatore oblique vt patuit in primo huius: et ideo vocetur oriçon obliquus: non tamē eſt zodiacus: q꞉ aſtra non mouentur ſub eo neqꝫ ſunt. ¶ Scḋo eſt notandum ꝙ zodiacus habet triplex nomē. ꝑmum eſt zodiac⁹ ⁊ duplici ſignificatione appellat̃ hoc nomine. prima eſt q꞉ dr̄ a zoe grece: quod latine ſonat vita: q꞉ mot⁹ planetarū in eo eſt cā vite iſtoꝝ īferioꝝ. Cui⁹ rō eſt: quia cū ſituet̃ oblique ſm̄ medietatē vergit ad partē aquilonarē: in q̄ nos ſum⁹: ⁊ ſꝫ reliquā ad auſtꝝ: q̄re cū ſol ⁊ planete mouent̃

per eum modo appropinquant:⁊ modo remouentur:ap-
propinquatio autem ⁊ remotio cauſa ſunt diuerſitat[um] in
effectibus in his inferioribus.primo temporuȝ ⁊ aeris mu
tationum:nam quando ſol eſt in pri° Arietis exquo eſt in
equali propinquitate ad nos eſt aeris temperies:calidum
.ſ.temperatum ⁊ humidum:tunc enim incipit calefacere:
conſumit ſuperfluum humidum genericū in hyeme:ideo
incipit ver:⁊ durat quouſqȝ ſol mouetur per Taurum ⁊
Geminos.nam exquo continue magis ⁊ magis ad nos
appropinquat:calor intenditur:⁊ conſumitur humiditas
⁊ calori intenſo aſſociatur ſiccitas: ideo incipit eſtas ſo-
le ingrediente Cancrum:quando eſt magnus calor ꝗ eſt
in fine appropinquationis:deſiccatur etiam multum aer:
quod perſeuerat donec ſol moueatur per duo ſigna que
ſuccedunt ſcilicet Leonem ⁊ virginem:ideo eſtas eſt cali-
da ⁊ ſicca. Sed dum ſol eſt in principio Libre quia iam re
motus eſt a nobis ⁊ continue magis ac magis remouetur
incipit frigus:⁊ continue intenditur ſole moto per Scor-
pionem ⁊ Sagittarium:etiam tunc eſt ſiccitas aeris gene
rica in eſtate ob ſolis calorem:quare hoc tertium tempus
quod dicitur Autumnus eſt frigidum ⁊ ſiccum. Sed ſo
le ingrediente Capricornum ob eius diſtantiam fit exceſ-
ſiuum frigus:quod aſſociat ſibi humiditatem ob mul-
tos vapores humidos a terra eleuatos ⁊ in nubes conuer
ſos:qui licet a calore debili poſſint eleuari:non tamen con
ſumi:ideo hoc tempus quod dicitur hyems eſt frigidum
⁊ humidum in vltimo:⁊ durat donec Sol moueatur per
Aquarium ⁊ Piſces vſqȝ ad principium Arietis: vnde ex-
quo iterum appropinquat ad nos:incipit calor ⁊ tempus
vernale:ecce modo qualr obliquitas zodiaci eſt cauſa hu-
ius mutationis qualitatuȝ:que multū eſt neceſſaria:vt di
ce[tur] quia ſi non eſſet diuerſitas ⁊ variatio earuȝ.ſcilȝ ꝙ mo
do calor modo frigus ⁊ modo eoꝝ temperies ſed ſemper
alterum eoruȝ:non poſſet eſſe vita. Sequit[ur] quoqȝ ꝙ nul-
la qualitas pōt multum intendi ⁊ augeri:propter paruaȝ
moram quam facit ſol in dictis locis.nam quādo eſt mul
tum propinquus nobis eſt calor maximus.ſi ergo ſemper
eſſet in eadē propinquitate.nō poſſet calor ſuffferri:ideo ca
lor non ſolum non amplius intenditur:ſed icipit remitti
exquo ſol remouetur idem fit de frigore dum ſol eſt a no-
bis remotus vt patet:huius igitur non eſt alia niſi zodia-
ci obliquitas. ¶ Secūdo motus ſolis per huiꝰ obliquita
tem zodiaci agit ꝙ tempora variantur quo ad lōgitudi-
nem ⁊ breuitatem:nā quādo Sol eſt in Cancro ⁊ ī ſignis
reliquis que ſunt propinqua nobis ſunt dies artificiales
longiſſimi:exquo ſol longo tempore mouet[ur] ſupra orizōtē
econtra vero noctes breues:q[uia] paruo tempore moraſ ſub
eo: cuius aſſignabitur ratio ī tertio huius. Similr quādo
ſol eſt in Capricorno ⁊ locis ſibi ꝓpinquis noctes ſunt lō-
giſſime.⁊ dies breuiſſimi:in Ariete vero ⁊ Libra ceteriſqȝ
ſignis intermediis dies ⁊ noctes medio modo ſe habent:
vt patet:eſt autē multum iocunda nobis talis diuerſitas
temporuȝ:ſcilȝ ſucceſſio tēporū in lōgitudine ⁊ paruitate:
ſicut eſt iocunda ſucceſſio diei artificialis ⁊ noctis. Q[uia] ſi
zodiacus non eſſet obliquus:ſol non appropinquaret no
bis ⁊ remoueretur:⁊ cōſequēter vel ſemper dies eſſent ma-
iores noctibus vel econtra vel equales:qō nō eſſet gratuȝ
ſed potius generaretur faſtidium. ¶ Tertio obliquitas
zodiaci eſt cauſa gñationis ⁊ corruptionis:⁊ diuerſarum
rerum ꝓductionis:quod ad vitā requirit[ur] ⁊ pulchritudi-
nem ⁊ equitatem vniuerſi. Nam exquo obliquitas zodia
ci facit ꝙ Sol ⁊ planete quandoqȝ appropinquāt ⁊ quā-
doqȝ remouentur:⁊ eo appropinquāte fit calor:ideo tunc
fiunt gñationes:ſicut patet in vere:quādo ob temperiem
aeris in calido ⁊ humido:que ſunt cauſa ⁊ materia gene-
randorū ꝑma prima:aperit[ur] terra:ꝓducit herbarū diuerſi

tatem ⁊ florum germinant arbores naſcunt[ur] aīalia ⁊ alia
multa. Similiter in eſtate maturant[ur] fructus ob calorem:
ſiccantur meſſes:⁊ perficiuntur ea que in vere genita ſunt.
In autumno ſimilr multa producuntur que non fiunt in
alio tempore corrumpunt[ur] quoqȝ generica in ꝑcedētibus
temporibus ⁊ alia generant[ur]. Eodem quoqȝ modo in hye
me multa corrumpūtur ⁊ generant[ur]:impinguat[ur] terra ob
eius humiditatem:conſtringunt[ur] arbores ⁊ ītrinſecus nu
triūtur ⁊ per radices attracto humore ex terra reſtauran-
tur ⁊ preparant[ur] ad generationeȝ nouoꝝ:fructuū: vnum
quodqȝ ergo horū tempoꝝ neceſſariū eſt ad generationē
⁊ eſſe horum particulariū que fiunt in terra:ita ꝙ ſi quid
eſſet qō non tranſiſſet per tempora ſibi requiſita vel non
generaretur vel non perfecte:vt patet : vnde oīa hñt ſuos
periodos:quibus fiunt ⁊ conſeruantur. Similr he vices ⁊
mutationes tempoꝝ ſunt neceſſarie ad eſſe ⁊ conſeruatio
nem vniuerſi:quia in diuerſis tēporibus generant diuer-
ſa eñta:ſicut patet in hyeme generari aquā:ignem in eſta
te:ꝓpter ſymbolitatē temporū cuȝ elemētis:ꝙ ſi tempus
eſſet ſimile ſemper.verbi grā. Semper calidū vel frigiduȝ
eſſet gñatio ſemper vnius elementi ſine eius corruptione:
quare oīa alia eñta corrumperent[ur]:⁊ conſequenter totus
mūdus deſtrueret[ur].oportet ergo ꝙ ſit mutua trāſmuta
tio in elemētis:quod fit ꝓpter motum planetaruȝ in obli
quo circulo ⁊ hoc modo intelligitur qō dicit Auer. ꝑmo
celi ꝙ corpora celeſtia non ſunt contraria elementis:quia
tunc corrumperent oīa:ſed potius conſeruāt ne illa tota-
liter ſe corrumpant. Hec ergo oīa faciunt aſtra mota in
circulo obliquo:iō dicit phs ſcđo de gñatione ꝙ propter
motum ſolis ⁊ planetarū in circulo obliquo fiunt genera
tiones ⁊ corruptiones. ¶ Quarto oportet ꝙ ſit talis cir-
culus obliquus vergens ad auſtrum ⁊ ad ſeptētrionē: ad
hoc vt aſtra mota in eo appropinquent ⁊ remouentur ab
vtraqȝ parte:vt fiāt he diuerſitates ⁊ ibi ⁊ hic:⁊ vices mu-
tantur ſicut hic ita ibi:quod non fieret niſi circulus eſſet
obliquus. Cum igit[ur] totum hoc qō eſt eſſe vite perfectio ⁊
duratio vniuerſi:fiat ab ipſo zodiaco qui ſituatur oblique
merito dictus zodiacus a zoe quod eſt vita. ¶ Tertio eſt
notanduȝ ꝙ zodiacus vel dī a zodion qō eſt aīal hoc eſt
deferens aīalia:quia habet vel continet duodecim partes
equales que dicunt[ur] ſigna:⁊ noīant[ur] noībus quorundā ani
malium vt patebit. Cuius rei duplex eſt cauſa.ꝑma vt ali
qui volunt ꝙ ſignū hēt naturā illius aīalis. Secūda cau
ſa vel opio alioꝝ eſt ꝓpter diſpoſitionem ⁊ ſitum ſideruȝ
que ſunt in ſigno:que quidē figura eſt ſimilis figure aīa-
lium horū:quoꝝ ſigna illa ſortita ſunt noīa. ¶ Quarto
notādū eſt ꝙ hic circulus hēt aliud nomen apud latinos
precipue Poetas:ſcilȝ ſignifer quaſi circulus continens
⁊ ferēs ſigna. Tertium nomē eſt circulus obliquus quod
idem eſt ꝙ zodiacus eſt enim nomen circunlocutiuus ⁊
quaſi diffinitio eius:⁊ hoc modo nominat eum Ariſto.vt
dictum eſt. ¶ Sed contingit querere quare per acceſſum
⁊ receſſum ſolis potius q̄ȝ alterius vel alioruȝ planetaruȝ
fiunt generationes ⁊ corruptiones:cū nō tm̄ ſol accedat ⁊
recedat in circulo obliquo:nec tm̄ ſol agat in hec inferio-
ra:ſed etiam reliqui planete. ¶ Reſpondet[ur] ꝙ hoc eſt pro
pter tres cauſas.prima eſt:qm̄ aſtra agunt in hec inferio-
ra ꝑncipalr motu:vt patet in ſcđo de celo: requirit[ur] etiam
debita propinquitas:quia niſi agens eſſet propinquū paſ
ſo non ageret vel ſalteȝ non bene ageret:ideo quāto agēs
eſt propinquius paſſo eo intenſius et citius agit : ſimiliter
quanto velocius mouetur tanto melius agit. Sed tres
planete ſuperiores. ſ. Saturnus Juppiter et Mars eſti
velociter moueant[ur]:tñ non agunt in hec inferiora intenſe
exquo ſunt multū remoti a terra. Tres vō iſeriores. ſ. Lu
na Mercurius ⁊ Venus licet ſint propinqui terre : tamē
tarde

ˑtarde mouent̄: quia tranſeunt paruos circulos ī die nālī:
quāto enim aſtrū eſt altioꝛ: tāto maioꝛē hȝ ſpherā ⁊ conſe
quenter velocius mouetur. Sol autem ſicut eſt ī medio
planetarum habēs ſupꝛa ſe tres ſuperioꝛes ⁊ infra tres in
ferioꝛes: ita medio modo ſe habet quia non eſt multū di
ſtans vt tres ſuperioꝛes: nec tarde mouetur vt tres inferio
res: ideo inter alia aſtra intenſius agit ⁊ ſenſibilius habet
nanq̄ȝ duas dictas conditiones ad agendum requiſitas.
ſ. propinquitatem ⁊ motum velocem: cum alijs omnibus
deficiat altera: tribus videlicet ſuperioꝛibus propinquitas:
ſed tribus inferioꝛibus motus velox. ¶ Secunda cauſa
eſt ꝙ actio ſuperioꝛum coꝛpoꝛum in hec inferioꝛa etiam
fit lumine vt ibidem 2° de celo patet: modo non tantū ſol
magis lucet alijs planetis: immo habet lumen per ſe ⁊ per
eſſentiam. Alie vero ſtelle accipiunt a ſole: ideo ſol quaſi
incomparabiliter eſt luminoſioꝛ alijs aſtris: ideo agit ſen
ſibiliter: alia vero ſidera inſenſibiliter. ¶ Tertia cauſa
eſt magnitudo ſolis: eſt nanq̄ȝ maioꝛ non tantum plane
tis: ſed etiam ſtellis fixis vt inquit Alphag. differētia 22°.
modo in maioꝛe quātitate eſt maioꝛ virtus ⁊ quāto agēs
fuerit maius intenſius agit. Eſt etiam manifeſtum hoc
experimento: plus enim facit appꝛopinquatio ſolis in ge
neratione caloꝛis q̄ȝ ceteri in oppoſitū: naȝ ſole ꝓpinquo
fit caloꝛ licet ceteri planete ſint remoti: et ſole remoto fit
frigus licet alij ſint propinqui. Eodē modo pȝ de lumine
quia ſol ſolus facit diem ⁊ noctē ſuo lumine: nec alie ſtelle
lȝ ſint innumerabiles ſufficiunt illuminare aerem in no
cte ea claritate: qua ſol illuminat in die. Sol igitur ꝓnci
palr̄ agit. Alie vero ſtelle coagunt intēdendo vel remittē
do actionem ſolis. v.g. Sol dum eſt in ſignis boꝛealibus
agit caloꝛem: ꝙ ſi iungat̄ Marti: caloꝛ itēdet̄ ſi vo iūga
tur cū Saturno caloꝛ temperabit̄. Mars igitur non agit
caloꝛē ſed auget caloꝛeȝ ſolis: ⁊ Saturnus nō agit frigus
ſed minuit caliditatem ſolis. Eodeȝ modo in hyeme ſole
exiſtente in ſignis meridionalibus fiet ſimplr̄ frigus: qđ
ab influentia Saturni augebitur ⁊ mitigabit̄ a Marte.
Sol igit̄ pꝛincipalr̄ agit: ceteris coagentibus planetis: tō
pꝛincipale agens meminit dum dicit ꝓpter motuȝ ſolis in
circulo obliquo fiunt generationes ⁊ coꝛruptiōes. ¶ Cir
ca hanc parteȝ queritur ꝓmo an zodiacus ſit circulus ob
liquus: videt̄ ꝙ non: quia circulus equidiſtans ab vtroq̄ȝ
polo nō eſt obliquus. nō enim ob aliā cām dr̄ circulus ob
liquus: niſi quia eius vna pars magis appꝛopiquat alteri
poloꝝ vt dictum eſt. ḡ per ꝯṫū ſi eq̄diſtat a polis non eſt
obliquus: ſed zodiacus equidiſtat a polis ſuis vt notum
eſt. ergo nō eſt obliquus. ¶ Scđo oīs circulus obliquus
reſpectu alicuius eſt obliquus: zodiacus ponit̄ obliquus
quia īterſecat̄ ab equinoctiali oblique vt dictum: ſed ipſe
equinoctialis etiam ſecat̄ a zodiaco oblique: igitur ſm̄ h
etiam equinoctialis eſſet dicendus circulus obliquus.
¶ Tertio oꝛizon obliquus interſecat ⁊ interſecat̄ ab eq
noctiali oblique vt patuit in pꝛimo huius: ḡ talis oꝛizon
eſt circulus obliquus: non igit̄ tm̄ zodiacus: ⁊ ꝯſ̄r diffi
nitio mala. ¶ Oppoſitū vult Ariſto. 2° de gñatiōe vt alle
gatum eſt noīans zodiacū circulū obliquū. Auctoꝛ ī tex.
⁊ dant oēs. ¶ Ad iſtam q̄ōnē eſt notandū ꝓmo ꝙ ſitus
oīum circuloꝝ in ſphera ſumit̄ cōparatione poloꝝ: cui⁹
ratio eſt quia reſpectu illoꝝ ſumit̄ ſitus circuloꝝ ſphere:
ſuper q̄bus ſphera mouet̄ tanq̄ȝ ſup fixis: mouet̄ aūt tota
ſphera ſup polos mūdi. ſ. arctici ⁊ antarctici de quibus
ſupꝛa mētio facta eſt: quare ꝑ cōparationē ad polos mū
di dicitur circulus directe in ſphera ſituatus vel oblique:
nam qui eq̄diſtat ſm̄ oēs partes ab eis vel ab altero eoꝝ
ſituat̄ recte: oblique vero cuius magis appꝛopiquat pars
vna q̄ȝ altera alicui dictoꝝ poloꝝ. Et quia equinoctialis
nō tm̄ ſm̄ oēs partes equidiſtat ab aliquo poloꝝ immo eſt
in medio eoꝝ ab vtroq̄ȝ equaliter remotus: ideo non tā
tum recte in ſphera ſituatur: ſed etiam eſt regula iudican
di ſitum alioꝝ circuloꝝ ſecundum diſtantiam vel
modum interſectionis eoꝝ ab ipſo equinoctiali. ¶ Se
cundo eſt notandum ꝙ circulus in ſphera ſecans circulū
ſecat tantum in duobus punctis: ⁊ hoc contingit duplici
ter vel recte vel oblique. Recte quidem dum circa punctū
īterſectionis cauſantur quatuoꝛ anguli omnes recti ſphe
rales: veluti contingit in linea recta perpendiculariter ca
dente ſuper aliā: Oblique vero circuli ſe ſecant dum circa
punctum interſectionis cauſantur bene quatuoꝛ anguli:
nullus tamen rectus: ſed duo obtuſi ⁊ rectis maioꝛes: duo
vero acuti ⁊ minoꝛes ⁊ ſunt ſemper oppoſiti: nam angu
li oppoſiti ſunt equales 15° pꝛimi. ¶ His ſtantibus dico
pꝛimo ꝙ equinoctialis ⁊ zodiacus ſe ſecant in partes eq̄
les: patet: nam oēs circuli maioꝛes in ſphera ſe ſecāt ī duo
media vt ꝓbat Ptol. quia ex quo ſunt maioꝛes ſe ſecant
in centro: q̄re in duo equalia: ſed equinoc. ⁊ zodi. ſunt cir
culi maioꝛes vt patuit in tex. ergo ſe ſecāt in partes equa
les: vnde patet ꝙ puncta ſectionū que ſunt initia Arietis
⁊ Libꝛe ſunt vere oppoſita. ¶ Scđo dico ꝙ eq̄noctialis
⁊ zodiacus oblique ſe ſecant: pȝ: quia circuli ſecantes ſein
uicem: ſe ſecant recte vel oblique non datur mediū: ſi duo
circuli ſe adinuicē ſecant: ⁊ non recte: quia oīs circulus in
ſphera ſecans aliū directe tranſit per polum illius ⁊ econ
uerſo oīs circulus tranſiens per polum vel polos alterius
ſecat eum oꝛthogonalr̄: vt inquit Ptol. in planiſperio. vñ
coluri meridianus ⁊ oꝛizon rectus ex quo oꝛthogonaliter
⁊ directe cum equinoctiali ſe ſecant: tranſeūt ꝑ polos mū
di vt infra patebit. Sed zodiacus non tranſit per polos
mūdi: quia tunc ſex ſigna in ſphera recta oꝛirent̄ ſil̄ et ſex
ſimul occiderent qđ falſuȝ etiam. Etiā planete nunq̄ȝ ſūt
in polis mundi: in quibus aliq̄n eſſent: ſi zodiacus trāſiret
per eos. cum ergo non tranſeat per polos: nō ſecat equino
ctialeȝ oꝛthogonalr̄: nec facit angulos rectos: ſed oblique
ſecant ſe igitur oblique. ¶ Tertio dico ꝙ zodiacus eſt cir
culus obliquus. i. oblique ſituatus in ſphera: ꝓbat̄. Duos
circulos ſe oblique ſecantes impoſſe eſt ambos recte ſitua
ri in ſphera. Sed equinoctialis oblique ſecat zodiacum ⁊
ecōtra: non ergo ambo ſunt recte ſituati: ſed equinoctiali
directe ſituatur in ſphera: ex quo equidiſtat a polis mūdi.
vt dictum eſt. ḡ zodiacus ſituat̄ oblique: ⁊ ꝯſ̄r hac de cā
dicitur circulus obliquus. ¶ Ad argumēta ań oppoſitū
ad pꝛimū reſpondet̄: ꝙ lȝ zodiacus equidiſtet a polis pꝛo
pꝛijs: nō tm̄ ſituat̄ directe in ſphera: quia nō diſtat equalr̄
a polis mūdi: ſitus aūt circuloꝝ attendit̄ comparatione
ad polos mundi vt dictū eſt nō ad polos zodiaci: cuius rō
eſt: quia poli mundi ſunt poli pꝛincipales. ſcđo q2 ſunt pe
nitus immobiles. poli aūt zodiaci mouent̄ circa polos mū poli mūdi
di vt infra patebit. Ideo circulus qui directe ſituatur per poli zodiaci
equidiſtantiaȝ a polis mundi nunq̄ȝ in motu variat ſitū:
ſed directe mouetur ſemꝑ oꝛiendo ⁊ occidendo in eodem
loco vt dicetur ⁊ ꝓbabitur in tertio huius. Econtra ſe hȝ
illud qđ ſituat̄ per equidiſtantiam a polis zodiaci: quia ī
motu variat ⁊ continue mutat ſitum: quia illi poli mouē
tur ⁊ cōſequenter mouet̄ oblique: non enim oꝛitur ſemper
in eodem puncto: vt demōſtrabit̄ in tertio huius de zodia
co qui oblique mouetur. hac igitur de cauſa ſitus rectus ⁊
obliquus attendit̄ penes polos mundi: non autem penes
polos zodiaci. ¶ Ad ſecūdū patet ꝙ lȝ equinoctialis ſece
tur ab zodiaco ſicut ſecat: tamen equinoctialis nō eſt cir
culus obliquus ſicut zodiacus: q2 equidiſtat a polis mū
di vt dictum ē: ⁊ hec eſt maioꝛ ratio. ¶ Ad tertiū dico cō
cedendo ꝙ omnis oꝛizon obliquus ſit circul⁹ obliquus vt
probatur: hac de cā noīat̄ oꝛizon obliquus: tm̄ zodiac⁹ dr̄
circulus obliquus cōparatiue circulis q̄ mouent̄ in ſphera.

Orizon aũt non mouet̃ cũ ſphera niſi ad motum zenith.

Noia autẽ ſignoꝝ. Determinat hic Auctor de partib⁹ zodiaci hoc eſt de ſignis ⁊ ſignorum partib⁹. Ubi eſt primo notandum ꝙ per duo carmina que Auctor ponit patẽt tria de ſignis. primo patẽt nomina eoꝝ: quia vocant̃ nõibus animaliũ. ſ. Aries Taurus Gemini ⁊c̃. Arcitenens. i. arcũ tenẽs. ſ. Sagittarium depingitur enim ad ſimilitudinem cuiuſdã animalis: cuius pars iferior eſt equina: ſuperior vero humana habẽs ĩ manib⁹ arcũ cũ ſagitta: iõ dicit̃ Arcitenẽs. Caper. i. Capricornus. Amphora. i. Aquari⁹: q̃ depingit̃ cũ amphora in manib⁹ ꝓijciẽs aquã. Scõo in carminibus dictis pꝫ ordo ſignoꝝ: quia Aries eſt p̃mus. Taurus ſcõs ⁊ ita deinceps: ordinẽ eñi hñt in celo: quem hñt in v̾ſibus. Tertio pꝫ eoꝝ numerus: q2 ſũt duodecĩ vt facilr̃ in illis numerari põt. ¶ Scõo eſt notãdũ ꝙ cũ ſint duodecim ſigna in zodiaco: ⁊ q̃lbet ſignũ cõtineat. 30. gradus: pꝫ totũ zodiacũ hñe. 360. gradus. 30. eñi p. 12. multiplicatio reſultant. 360. Gradus etiã diuidit̃ in. 60. minuta. minutũ v̾o i. 60. 2ᵃ ⁊c̃. Q̃ aũt zodiacus diuidat̃ ĩ ſigna ſigna in gradus ⁊ gradus ĩ minuta ⁊c̃. cã ẽ: q2 planete ſũt ⁊ mouent̃ in zodiaco: ⁊ etiam ſtelle fixe: vt dicet̃: ideo q̃runtur eoꝝ motus ⁊ loca in eo: que non poſſent aſſignari niſi zodiacus hñet tot diuiſiones: iõ fuit neceᷤ tot partib⁹ diuidere zodiacum: vt aſtroꝝ loca ⁊ motus quãto diſtinctius ⁊ p̃ciſius hñi p̃ſſit: haberent̃. Q̃ v̾o diuiſio hec ꝓcedit per. 60. potius q̃ per aliũ numerũ cauſa ẽ quã Ptol. aſſignat ⁊ albumaſar in magni itrodu. trac. 2° dĩa 2ᵃ. quia hic numerus maxime eſt diuiſioni accõmodatus ⁊ multiplicationi pp̃ ſuaꝝ aliquotaꝝ partiũ multiplicitatem: diuidit̃. nãqꝫ in duas medietates: in. 3. tertias: in. 4. quartas: in. 5. quintas: in. 6. ſextas: in. 8. octauas: in. 10. decimas: i. 12. duodecim as: in. 15. decimaſq̃ntas: in. 20. viceſimas: ⁊ in. 30. triceſimas: vt cuilibet per ſe põt experiri. Q̃ autẽ zodiacus ſit diuiſus in. 12. ſigna: ⁊ q̃lbet ſignum in. 30. gradus: cã ẽ: quia motus dꝫ ꝓportionari tẽpori: tẽpꝰ aũt marie diſtinguitur per motum ſolis: cũ igit̃ ſol trãſeat totũ zodiacũ in anno cõpleto: annus aũt hẽat. 12. mẽſes: ⁊ zodiacũ diuiſerũt in. 12. ſigna: vt Sol ſicut totũ zodiacũ cõplet in anno: ita ſingula ſigna in ſingulis mẽſibus. Menſis aũt cõtinet fere. 30. dies: ita fecerunt vt ſignum hñet. 30. gradus: vt Sol motu ꝓprio ptrãſiret ſingulis diebus fere gradum vnũ. ¶ Tertio eſt notandum ꝙ oĩs circulus in ſphera diuidit̃ in. 30. gradus ſicut zodiacus ⁊ i hoc oẽs cõueniũt: tñ diñt abinuicem ꝙ oĩs circulus imaginat̃ vt linea hñs lõgitudinẽ tm̃. 360. graduũ. Solus zodiacus cũ hac lõgitudie hꝫ etiam latitudinẽ. 12. graduũ. Cuius rõ eſt q2 zodiac⁹ vt dictum eſt: eſt imaginatus pp̃ motus aſtroꝝ p̃cipue erratiũ que ſemper ſunt ⁊ mouent̃ ſub eo: ſed cõprehenſuꝫ eſt planetas vltra lineam q̃ eſt ĩ medio zodiaci moueri hincinde appꝓpinquãdo polis per ſex gradus: ideo hẽt zodiacus latitudinem ab illa linea media ſex gradus verſus ſeptentrionem: ⁊ totidẽ v̾ſus auſtrũ: q̃re cõcludit̃ latitudo zodiaci. 12. graduũ: qui quidẽ gradus ſunt euſdem mẽſure cũ gradibus longitudinis de q̃bus modo dictũ eſt. ¶ 4° eſt notãduꝫ ꝙ cũ ſignũ q̃lbet hẽat. 30. gradus lõgi. ⁊. 12. latitudinis: ſequit̃ ꝙ nõ ſit quadratũ: vt q̃daꝫ mentiunt̃: q2 figura quadrata hꝫ oĩa latera eq̃lia: mõ ſigna hñt maiorem lõgitudinẽ q̃ꝫ latitudinẽ: vt pꝫ: q̃re rectꝰ deberẽt dici quadrãgulata. Eſt nãqꝫ figura q̃drãgulata hñs q̃tuor latera vt p̃ eſſtoꝝ. ¶ Querit̃ an fuerit conuenicñs vocari ſigna nõib⁹ aĩaliũ: vĩ ꝙ non. Jllõ eñi qõ nõ eſt aĩal nõ dꝫ noĩari nõĩe aĩali: ſicut illud qõ non eſt tale non dꝫ noĩari nõĩe talis: quia nomẽ imponit̃ eſſe rei: ⁊ preſupponit eſſe. Sed ſigna non ſunt aĩalia: quia ſunt ptes celi inaĩate: q̃re nõ cõueniẽter his nõibus noĩata ſunt. ¶ Scõo cũ nomẽ imponatur a natura rei: illud quod nõ habet naturã animalis: incõuenienter habet nomẽ animalis. Signa autẽ nõ habẽt naturã animaliũ: quia ſunt nõ tantũ diuerſarũ ſpecierũ: ſed etiã diuerſorum generũ: nõ igitur eis cõueniunt nomina animaliũ. ¶ Tertio ſcĩa d̾mõſtratiua nõ dꝫ vti metaphoris. 2° poſte⁹. Aſtronomia eſt ſcĩa demr̃atiua: nõ igitur cõueniẽter vtit̃ nõib⁹ metaphoricis in noĩando ſigna. ¶ Oppoſitum vult auctor i tex. qui noĩat ſigna nõibus aĩalium: ⁊ hcãnter nullus phoꝝ vel aſtronomicorum diſcrepat vel diſſentit: cũ oẽs fere vtant̃ nõib⁹ aĩaliũ in ſignoꝝ appellatione. ¶ Ad hanc q̃õnẽ dico ꝙ nomen vel denoĩatio duplex eſt: q̃dam eſt ꝓp̃ria: que eſt ſm̃ nãm rei noĩate: ponunt̃ eñi noĩa rebus ſm̃ ꝙ earum nã req̃rit. nam noĩa exprimũt nãꝫ. Scõa v̾o eſt ĩpropria ⁊ metaphorica: que eſt ſm̃ ſĩlitudinem ⁊ ꝓꝑtates: vt ꝙ aliq̃ res hẽt cõueniẽtiam in ꝓprietate aliq̃ cũ alia rei: ponit̃ ei nomen illius rei. ¶ Modo dico ꝙ denoĩatio qua ſigna noĩant̃ nõibus aĩaliũ nõ eſt ꝓpria: ꝓbat̃. quia denoĩatio ꝓpa eſt ſumpta ab eſſe ⁊ nã quam ſignificat nomẽ. vnde illud qõ ꝓprie ⁊ naturalr̃ noĩatur aliquo nõĩe: debet hẽre ꝓprietatem nãm ⁊ eſſe qõ ſignificat illud nomẽ: aliter nõ eſſet ꝓpria noĩatio: vt illud qõ ꝓprie hꝫ nomẽ aĩalis: dꝫ hẽre proprietatẽ ⁊ nãm aĩalis: vt ꝙ ſit ſenſibile: q̃re illud qõ non eſt ſenſibile nõ hꝫ ꝓprie nomẽ aĩalis. Modo notũ eſt ꝙ ſigna non ſunt ſenſibilia vt declarat̃ 2° celi quare nec ſunt aĩalia: nõ igit̃ ꝓpria denoĩatione dñr vel noĩantur nõibus aĩaliũ. ¶ Scõo dico ꝙ ſigna dñr aĩalia ſcõo mõ. ſ. denominatione metaphorica quia illa q̃ hñt aliquã ſĩlitudinẽ ſaltẽ accidentalẽ cũ aĩalibus: cõueniẽter pñt nõib⁹ aĩaliũ metaphorice tñ denoĩari. Sed ſigna hñt quaſdam ſĩlitudines ac ꝓꝑtates illoꝝ aĩaliũ: quoꝝ nõib⁹ noĩant̃. Sũt aũt due ſĩlitudines q̃s ponit in tex. Auctor. p̃ma eſt ĩ qualitatib⁹: ſcõa in figura: p̃ma eſt quia q̃lbet ſignũ hꝫ nãꝫ taꝫ q̃litatib⁹ manifeſtis ⁊ ſenſibilibus q̃ꝫ etiã occultis que manifeſtant̃ per ĩfluẽtiam: quã nãm hꝫ illud aĩal: cũ q̃ cõuenit in nõĩe verum in ſigno ſunt q̃litates v̾tualiter tñ: q̃ ſunt formalr̃ in aĩali: quia corpa celeſtia nõ ſuſcipiũt qualitates corruptiuas ⁊ alteratiuas p̃ ⁊ 2° de celo: lꝫ efficiat̃. Et lꝫ ſint multe huiꝰ ſimilitudines: põt tamen aſſignari tñ rõne ſolis: vt ſigna hẽant naturã ⁊ ꝓprietatẽ aĩalium per ſolis exiſtentiam in eis: incipiẽdo p̃mo ab Ariete in q̃ dicitur fuiſſe Sol in origine mundi. Eſt nãqꝫ Aries aĩal calidũ quod libenter aſcendit: ⁊ Sol exiſtens in Ariete incipit calefacere: quia inde incipit declinari ab equinoctiali verſus polũ arcticũ: ⁊ cõtinue aſcẽdit Taurus ſicut eſt Ariete fortior: ita et ſol exiſtẽs in Tauro eſt fortior in calore ⁊ virtute: quia ꝓpinquior eſt parti ⁊ regioni boreali. Gemini dicunt̃ quia calor ⁊ v̾tus ſolis adhuc geminat̃ ⁊ auget̃ ab eo qõ ſuit eo exiſte in ſignis p̃cedẽtib⁹: quia dũ ſol eſt in fine geminoꝝ: tũ eſt ſolſtitiũ eſtiuale: ⁊ inde icipit eſtas. Cancer eſt aĩal marinum: qõ in motu ꝓcedit retro cedendo: ita ſol a principio ſigni Cancri incipit retrocedere ⁊ declinare a nobis: quia ꝯtinue nobis appꝓpiquabat: inde vero remoueri incipit: ideo in illa parte eſt tropicus qui idem ſonat ac conuerſio. Leo aĩal eſt ardentis nature ⁊ magne ire: ⁊ ſol exiſtens in Leone ſigno cauſat caumã intenſum ⁊ magnam ſiccitatẽ: vel pp̃ hoc ꝙ eſt ĩ domo ꝓpria. nam Leo eſt domus Solis: vel quia reperit mãꝫ ſubtiliatam diſpoſitã ⁊ receptiuã caliditatis ob calorẽ p̃cedẽtiũ menſiũ: vel quia cõiungit̃ canicule que eſt multũ calefa ugens calorem Solis: iõ dñr dies caniculares. Uirgo eſt ſterilis: ⁊ quia ſole exñte in Uirginis ſigno: nihil ꝓducit̃ ꝓpter calorem magnũ ⁊ ſiccitatẽ ꝓductã: ſꝫ ꝓducta tũc maturant̃: adeo ſignũ illud Uirgo eſt appellatum. Libra dicit̃ pp̃ equinoctium autũnale qõ contingit ibi exiſtente Sole: tũc enim librant̃ ⁊ equant̃ dies artificiales noctib⁹:

Scorpius animal cauda pungit ⁊ incaute ledit: ⁊ ſole exiſtente in ſigno Scorpionis frigus autumnale precipue in fine noctis ledit incaute: eſt enim tunc aer ſubtilis ⁊ faciliter recipit omnem impreſſionem: ⁊ dici calorem ⁊ frigus noctis Sagittarius dicitur: quia in eo ſole morante mittũtur nobis vt ſagitte tempeſtates grandines: ⁊ imbres. Capricornus dicitur qꝛ ſicut capra animal naturaliter aſcendit alta petendo: ita ⁊ ſol exiſtens in Capricorno ex q̄ eſt in loco imo multũ declinante ab hemiſperio nr̃o: inde incipit aſcẽdere ⁊ appropinquare nobis. Aquarius dicitur ꝓpter abundantiam aque ⁊ multarum pluuiarum: que fiunt dum ſol eſt in eo. Et qꝛ pluuie fiũt in vltimo ⁊ magna abundantia ſole exiſtente in piſcibus: ideo ſignum illud piſces eſt dictum. Licet dentur vel poſſint dari alie ſimilitudines in ꝓprietatibus ſimiliores: tamẽ hec ſufficiat: qꝛ nõ eſt nobis cure in h̓ loco illas aſſignare: cum hec dicta ſint potius gratia exempli. ¶ Secũda ſimilitudo inter ſignũ ⁊ animal eſt in figura: qꝛ ſigna continent quaſdam ſtellas de fixis: que ſunt taliter diſpoſita ⁊ ſituata: ꝙ figurare videntur illa animalia: quorum nominibus ſigna nominant̄. nam ſi ducerentur linee ab vna ſtella ad aliam: videretur patenter figura animalis. Auctor autem aſſignando has duas ſimilitudines inter ſigna ⁊ animalia loquitur diſiunctiue: non determinans que earum magis ſit probabilis: qꝛ hic nõ eſt ꝓprius locus ſcire ⁊ inueſtigare qualitates ⁊ ꝓprietates ſignorum vel eorum figuras. primum enim ꝑtinet ad partem aſtronomie que iudicialis dicitur. 2ᵐ vero ad ſcientiam de octaua ſphera precipue habita per tabulas. Et qui bene conſiderat he cauſe ambe verificantur. nam ſimilitudo ꝑma infertur ex ſecunda: qꝛ aſtra que figurantur imaginibus animalium terreſtrium ꝓpter figuram habent ꝓprietatem ⁊ ſunt cauſa figure ⁊ ꝓprietatis in terrenis animalibus ⁊ eis dominãtur vt vult Ptol. verbo 9ᵒ Centiloqui. vultus huius ſeculi ſunt ſubti vultibus celeſtibus ⁊c̃. Põt q̄ꝫ dici ꝙ auctor poſuit in textu has binas ꝓprietates loquens diſiunctiue ꝓpter duos zodiacos: quorum alter eſt immobilis imaginatus in ꝑ mobili: in quo nõ ſunt ſtelle: ſecundus eſt mobilis in octauo orbe figuratus per ſtellas: ⁊ hos duos zodiacos ⁊ eorum ſigna dedit intelligere. nam pp primum dixit. pp ꝓprietatem alique ⁊c̃. qꝛ ex q̄ ſigna in primo mobili ſunt imaginata non diſtincta realiter per ſtellas: nõ habent figuras ſimiles animalibus: ſed tantum ꝓprietates. Zodiacus vero qui exiſtit in firmamento qꝛ eſt figuratus ⁊ diſtinctus ſideribus: habet ſigna figurata figuris animalium: iõ propter iſtum zodiacum dixit: vel ꝓpter diſpõnem ſtellarum ⁊c̃. ¶ Notandum tñ ꝙ lꝫ videatur ꝑ cõpetere animali q̄ꝫ ſigno: h̓ eſt tantũ quãtũ ad nr̃am cognitiõem: q̄ꝛ nobis hec inferiora ſũt notiora: qꝛ ꝓpinquiora ſenſui: tamẽ naliter ⁊ ſimplr tã figura q̄ꝫ ꝓprietas ꝑus cõpetit ſigno q̄ꝫ animali: qꝛ ſignũ eſt cã vt dictũ eſt. ¶ Ad argumenta ante oppoſitum. Ad ꝑᵐ ⁊ 2ᵐ pꝫ reſponſio ex dictis: qꝛ illud qđ nõ habet naturam neqꝫ eſſe animalis nõ debet d̓nominari nomine aĩalis ꝓprie: ſꝫ denominatiõe metaphorica nõ incõuenit. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ ſcientia nõ debet vti metaphoris verum eſt demõſtrando vel diffiniendo: h̓ enim nõ dicit Ariſt. ꝙ nõ debet demõſtrator demõſtrare ⁊ diffinire per metaphoras: ſed tamen nõ incõuenit vti metaphoris in nominando ſolum precipue in rebus occultis a ſenſibus remotis. hec enim cõuenienter nominantur nominibus eoꝝ q̄ ſũt nobis nota: ſicut ex illis peruenimus ad cognitiõem iſtorum. cognitio enim noſtra habet ortum ex ſenſibus. ¶ 2ᵒ dubitat̄ q̄re auctor ponit tñ. 12. ſigna cũ ſint plura. nam ab oĩbus ponunt̄. 48. in tota octaua ſphera. ergo nõ ſunt tñ. 12. ¶ Rñdetur ꝙ in toto orbe octauo ſunt. 48. imagines: quarum duodecim ſunt in zodiaco que ſunt principales: ⁊ ſunt in medio octaui orbis equidiſtantes ab vtroqꝫ polo zodiaci: ſub quibus mouentur planete ⁊ ſunt ſemper ⁊ de iſtis tãtum facit Auctor mentiõem: ⁊ vocant̄ nõie generali ſigna: particulariter vero nõibus aĩaliũ vt dcm̃ eſt. Vltra tamẽ illa duodecim ſigna ſunt. 36. imagies extra zodiacum declinantes vel ad polum arcticũ vel ad polum antarcticum: quarum. 21. ſunt ſeptentrionales videlꝫ Urſa maior vel Cynoſura ſiue Artos: Urſa minor ſeu Arturus: Draco: Cepheus vel inflammatus: Boetes vel vociferans: vel cuſtos arturi: Corona ſeptentrionalis: Hercules ſeu incuruatus ſuper genu: Vultur cadens: Gallina: Caſſiopea: Perſeus vel deferens caput Algol: Agitator currus: Serpẽtarius ſiue effeminatus: Serpẽs al angue: Sagitta: Aquila: Delphinus: Equus prior: Equus alatus: Andromade: Triangulus. Quindecim autem ſunt auſtrales: que ſũt: Cetus: Orion Eridianus fluuius ſiue Nilus: Lepꝰ: Canis maior ſiue Syrius: Canis minor ſeu canicula: Argus vel nauis: Hydra vas: Coruus: Centaurꝰ: Lupus: Ara vel thuribulum: Corona meridionalis: ⁊ piſcis meridionalis: ⁊ ita ſunt omnes imagines. 48.

Linea autem diuidens. Quia dictũ eſt in p̃te p̃cedenti ꝙ zodiacus ſolus inter alios circulos ſphere hꝫ latitudinem: ⁊ qꝛ qñ querit̄ locus alicuius planete: non ſufficit habere locum ſm̃ lõgitudinem: ſed requirit̄ ẽt ſcire latitudinem eius vt ſcilicet an ſit verſus ſeptentrionem vel verſus auſtrum a medio zodiaci: ⁊ quantum ab illo medio diſtat: iõ aſtrologi imaginant̄ lineam circularem diuidentẽ ipſum zodiacum ſm̃ latitudinem equidiſtantẽ a polis zodiaci: ex qua linea vna medietas zodiaci habet latitudinem borealẽ ⁊ reliqua meridionalẽ: vnde cum tota zodiaci latitudo ſit. 12. graduũ: horum ſunt ſex auſtrales ⁊ totidem ſeptẽtrionales hec ẽt linea que hoc modo diuidit zodiacũ ⁊ tranſit per medium eius ecliptica ſolet nominari: vt eam appellat Auctor i textu. Ab aliquibus vero dr̃ via ſolis: que quidem linea nullã habet latitudinem: qꝛ nõ appropinquat magis altero polorum zodiaci: ſed aſtra que nõ ſunt in ea dicuntur hr̃e latitudinem: qꝛ non eſt aliud latitudo q̄ꝫ diſtantia ab hac linea. Dicit̄ igitur ab aliquibus via ſolis: qm̃ ⁊ ſi alij planete q̄ mouentur ſub zodiaco nõ exeuntes eum: moueant̄ in vtraqꝫ medietate zodiaci ab hac linea: ſunt nãqꝫ quandoqꝫ ſub parte illa q̄ declinat ad ſeptẽtrionem: ⁊ quandoqꝫ in parte alia vergẽte ad auſtrum: ⁊ quandoqꝫ ſunt ſub illa linea: tamen ſol nunq̄ꝫ declinat ab ea ſemper eſt ſub ea: qꝛ ſemꝑ equidiſtat a polis zodiaci: ſicut enim reliqui planete nõ exeunt latitudinẽ zodiaci: ita ſol nõ exit hãc lineam: ſed ſemper mouet̄ ſub ea: iõ dr̃ via Solis: qꝛ ab eo deſcribitur: ⁊ hoc eſt ꝓprii Solis. ¶ Secũdo dicit̄ ecliptica hoc eſt linea in qua fiunt eclipſes. nam cum ſemper ſol eſt in ea: ſi debeat fieri eclipſis oꝫ ꝙ luna ſit ſub eã vel prope ad certos terminos. Pro quo eſt notandũ ꝙ Eclipſis Luminariũ nõ eſt aliud niſi priuatio luminis eorum ac defectus. Defectus autem luminis eſt duplex vel dupliciter contingit: ꝓprie. ſ. ⁊ ſimpliciter: ⁊ improprie ac reſpectiue. Simpliciter ac proprie aliquid priuatur lumine quando nullo modo lucet: ⁊ qꝛ ſol lucet per eſſentiam: nõ põt ꝓprie ac ſimpliciter lumine priuari: qđ enim alicui cõpetit ꝑ eſſentiam ꝑ nullã virtute põt ab eo remoueri: iõ cõpetit ſoli ꝑuatio luminis ⁊ ꝯſiter eclipſis improprie que eſt in comparatione aliquorum ad quos nõ põt pertingere lumen eius: lumẽ aũt impedit̄ ne multiplicet̄ per aliqđ obſtaculũ opaci corporis ⁊ denſi: qꝛ multiplicatur lumẽ per diaphanum tantum: igit̄ qñ ſol patit̄ Eclipſim vel qñ nobis videt̄ eclipſari interponit̄ corpus aliquod opacum ſpiſſũ ⁊ denſum inter ſolẽ ⁊ aſpectũ nr̃m: quo ſit vt radij ſolares non multiplicent̄ ad nos. Corpus aũtẽ illud non


eſt niſi Luna vt oēs volunt ⁊ per experimētū ſcimus. Luna autē nō pōt interponi inter Solē ⁊ nos niſi in nouilunio i. in cōiunctione ipſoꝝ luminariū: que cōiunctio dicit̄ Nouilunium i. lunatio noua: quando luna renouat̄: ⁊ que prius erat ſub ſolaribus radijs occultata incipit videri per remotionē a ſole. Sed nō ſemp in nouilunio ſiue cōiunctiōe fit eclipſis Solis: quia luna nō eſt directe ſub ſole: ⁊ cum ſol ſemper ſit ſub ecliptica: oportet et lunam eſſe ſub eadē ad hoc vt interponatur inter Solem ⁊ noſtrum aſpectū: qd̄ ſi nō eſſet in ea nō poſſet fieri eclipſis Solis: ideo dicitur ꝙ opꝫ ꝙ ſit cōiunctio lōgitudinis ⁊ latitudīs ad hoc vt fiat Solis eclipſis: hac igit̄ de cā dicit̄ linea Ecliptica. Similiter fit eclipſis Lune ea exiſtente in dicta linea: eſt nāqꝫ lune eclipſis priuatio luminis proprie ac ſimpliciter: qꝛ luna nō habet de ſe lumen: ſed recipit illum a Sole: iō pōt priuari a receptione luminis per aliqd̄ impedimētum vel obſtaculū: ⁊ cōſequenter eclipſari: obſtaculū autē illud' ē elemētum terre impediēs ſui groſſitie ⁊ opacitate tranſitū luminis ſolaris: ⁊ cauſans vmbrā: vmbra autem ſemp ꝓijcit̄ ad oppoſitū corporis luminoſi: cū ergo corp⁹ luminoſum qd̄ eſt ſol ſit ſemper in ecliptica vt dictum eſt: ⁊ terra in centro mūdi: vt in p° huius demōſtratū eſt: ſequit̄ ꝙ vmbra terre erit ſēꝑ in ecliptica in oppoſito Solis. igitur qn̄ eſt plenilunium i. lune plenitudo que cōtingit in oppoſitione Solis: ⁊ cum hoc luna incurret dictam vmbram: quā ad h̄ vt incurrat opꝫ eſſe in ecliptica: fiet eclipſis Lune. Quia ḡ luna nō pōt eclipſari niſi ſoli oppoſita ſit i prefata linea: illa linea ꝓpter hanc cauſaꝫ dicitur Ecliptica: id eſt in qua luna exiſtēte in plenilunio fit eius eclipſis: ⁊ in nouilunio fit eclipſis Solis. De hac mā .ſ. Eclipſibus melius dicetur inferius. Similiter de motu ſolis ſub ecliptica ſemper ⁊ que ſit cauſa: ⁊ quare ceteri planetarū nō moueant̄ ſub ecliptica: ſed qñqꝫ ſunt ſeptentrionales ⁊ qñqꝫ auſtrales h̄ꝫ dici in parte theoricali que eſt de motibus planetarum.

Pars vero zodiaci.

Quū ſupra diffinierat ʒodiacum ꝓ obliquitatē ⁊ declinatiōem: dū dixit ꝙ altera medietas declinat ad ſeptētrionē ⁊ reliqua ad auſtrū: in p̄te hac diſtinguit ⁊ declarat p̄tes has declinantes. nam cum medietas ʒodiaci que eſt ab initio Arietis vſqꝫ ad finem virginis h̄ eſt a ſeptiōe ʒodiaci ⁊ equinoctialis ad reliquam cōtinens ſex ſigna declinat ab equinoctiali verſus polū arcticū: dr̄ pars vel medietas arctica borealis vel ſeptentrionalis nominibus .ſ. poli ad quē declinat: ſimiliter dn̄r illa ſex ſigna que ab ea cōtinent̄: que ſunt Aries Taurus Gemini Cācer Leo ⁊ Virgo: Altera vero medietas a p̄n°. ſ. Libre ad finem piſcium declinās ab eq̄tore ⁊ appropinquans polo meridionali noiat̄ noibus illius poli antarctica meridionalis vel Auſtralis: ⁊ ſex ſigna que continet videlicet Libra Scorpio Sagittarius Capricornus Aquarius ⁊ piſces dicuntur et nominibus eiſdem: rō autē noium patuit ſupra. ¶ Dubitat̄. videt̄ enim ꝙ nō ſit verum ꝙ medietas que ē ab initio Arietis ad finem virginis ſit ſemper ſeptētrioālis ⁊ reliq̄ auſtralis. Nā q̄cq̄d mouetur in lōgitudine ſm ordinem ſignoꝝ ⁊ ſup polos ʒodiaci: mouetur oblique ſm obliquitatē ʒodiaci: q̄re ex ſeptentriōe mouebit̄ ad auſtrū ⁊ ecōtra: h̄ notū eſt: oēs .n. planete mouent̄ hoc mō ꝙ aliqn̄ habent declinationē borealem ⁊ aliquando auſtralem ꝑꝑ motū quem habent ſuper polos ʒodiaci. Sed octau⁹ orbis mouet̄ in lōgitudīe ſup polos ʒodiaci: vt voluīt aſtrologi moderni quoꝝ p̄nceps eſt Ptol. ⁊ deprehēſum eſt lōga ⁊ approbata experientia. ḡ medietas ʒodiaci ⁊ ſigna q̄ mō ſunt in p̄te boreali fient aliquando auſtralia: ⁊ econtra. ¶ R̄ndet̄ ſicut dictū eſt alias ꝙ ʒodiacus eſt duplex. ſ. mobilis in octaua ſphera mouetur nāqꝫ eo motu q̄ mouetur octaua ſphera: alter eſt immobilis imaginatus in nona ſphera ⁊ primo mobili: qui dicitur immobilis qꝛ interſectiones eius cum equinoctiali nunq̄ variant̄: ſemꝑ enim interſecat̄ ⁊ interſecat in eiſdē punctis: qꝛ orbis in q̄ imaginat̄ nō mouet̄ ſuper polos ʒodiaci. Cum primus ſit realis vt dcm̄ eſt: hic ſecundus ē imaginatus. Ratio autē huius imaginationis eſt: quia cum primus moueat̄ intantū ꝙ aliqn̄ ſigna ſeptentrionalia fiet auſtralia vt ꝓbatū eſt: ſi planete locarent̄ in eo nō poſſet certificari de locis planetarum: vt ſi diceret̄ ꝙ talis ſtella ſit in Ariete: ignoraret̄ quam declinatiōem habet: ⁊ quātū eſt diſtās a ſeptiōe cū equinoctiali: vnde cū ʒodiacus moueret̄ ꝯtinue nō poſſet dari ſciētia firma ⁊ manens de locis planetaꝝ: nihil enim eſſet ſtabile: ideo ſunt imaginati ʒodiacum imobilē in p° mobili: in quo locant ⁊ planetas ⁊ reliqua ſidera: ⁊ huius ʒodiaci medietas que eſt a principio Arietis ad finē virginis cū ſex (que ꝯtinet) ſignis ſēꝑ ē ſeptētriōalis: reliqua vō meridionalis: ⁊ de hoc ʒodiaco loquitur auctor in textu. De ʒodiaco vero qui eſt in octauo orbe nō pōt regula aſſignari: cum nulla pars eius ſit que mō eſt ſeptentrionalis: que nō poſſit fieri auſtralis: ⁊ cōtra: tamen ſemper eius medietas eſt ſeptentrionalis ⁊ alia auſtralis: non minus nec plus: quia circuli magni in ſphera ſe ſecāt in partes equales: medietas nanqꝫ ſeptentrionalis eſt que eſt a ſeptione vernali: alia vero a ſeptione autumnali eſt meridionalis, quicunqꝫ contingit ibi eſſe.

Cum autē dicitur ꝙ in ariete.

Supra auctor determinauit de ʒodiaco quantum ad eēntiam eius ⁊ partes: mō agit de fine: eſt nanqꝫ finis ʒodiaci planetas eſſe ⁊ moueri in eo: iō declarat qualiter aſtra diuerſimode in ſigno dicūtur eſſe ſm ꝙ ſignum diuerſimode accipitur. Sumitur nāqꝫ ſignū in quadruplici ſignificatiōe p̄mo mō dr̄ ſignū quedā ſuperficies lōgitudinis. 30 graduum ⁊ latitudinis: 12. que eſt duodecima pars ʒodiaci: vt notificatum eſt ſupra deſcripta in ſuperficie conuexa octaue ſphere vel primi mobili. Et h̄ mō accipiendo ſignū non poſſunt dici planete eſſe in ſigno ꝓprie: qꝛ planete ſūt in ſpheris proprijs multum diſtantes ab huiuſmodi ſuperficie: quare no continentur ab ea: nec cōſequenter vere dicuntur eſſe in ſigno: ſed ſub ſigno: ſub dico qꝛ ſi linea recta duratur de centro terre per centꝝ planete vſqꝫ ad ʒodiacū terminabitur in tali ſigno in q̄ dicat̄ eſſe. 2° mō accipitur ſignum ꝓ figura pyramidali cuius baſis ſit ſuperficies mō dicta lōga. 30. graduum ⁊ lata. 12. ſuper cuius laterib⁹ erigant̄ q̄tuor ſuꝑficies conoidales ſe in vno cōiungentes in cētro mundi. v.g. eſto ſignum p° mō dictū ſuperficies A b c d. Centrum mundi e. Ducat̄ ex latere A b. ſuperficies triāgularis a b e. vſqꝫ ad centrum mundi. 2° et triangularis A c e ſup latere a c. ⁊ 3° c d e: ex latere c d. ⁊ 4° d b e. ex latere d b. oēs enim ſuꝑficies he ſe tangūt in puncto in centro mūdi: vnde erit conſtituta pyramis quadrilatera: que in plano male poteſt oſtendi. Et quia he ſuperficies ⁊ hec figura includit oē ſpatiū ſub ſigno vſqꝫ ad centrū terre ꝯtentum recte dr̄ planeta eſſe in



ſigno ſi inter latera huius figure includatur ⁊ cōtineatur: vt gratia exempli ſi ſit in puncto F. ⁊ he due ſigni acceptiones deſeruiunt tātum in locis planetarum ⁊ aſtrorum capiēdis: quorum latitudo non eſt maior ſex graduum: qꜫ ſi eſſet maior: huiuſmodi aſtra nō eſſent in ſigno aliquo iſtorum modorum accepto: qꜫ nō ſunt in zodiaco. ¶ Ad aſſignandum igitur loca aſtris que ſunt extra zodiacum: ponitur tertia ſigni acceptio: que eſt quedam ſuperficies l orbe ſignorum includens ſignum primo modo in medio lata ſtricta vero circa polos zodiaci: ⁊ .12. harum ſuperficierum diuidūt totum orbem in quo eſt zodiacus: ⁊ bene poteſt imaginari hoc ſi quis accipiat pomū aliquem ⁊ diuidat ſm longitudinem: ⁊ melius ſi quis imaginetur hoc eē ad modum corticis melonis cuius ſuperior ſuperficies eſt lata in medio ⁊ ſtricta i extremis tali modo debemus imaginari ſex circulos tranſeuntes per principia ſignorū ſm primam acceptiōem: ⁊ ſecantes ſe in polis zodiaci: tota ſuperficies incluſa inter duos ſemicirculos dicitur ſignū tertio modo: quo mō accepto ſigno ſtelle fixe etiam que ſunt iuxta polos dicuntur eſſe in ſigno: immo quicquid eſt l celo qꜫ huiuſmodi ſigna accipiunt totum celum. ¶ Quartus modus acceptiōis ſignis nō eſt ita neceſſarius: tamē ita ſe habet ad tertium: ſicut ſecūdus ad primum: qꜫ ſicut pmus modus eſt baſis ſecundi ita tertius quarti. Nō aliter declaro hec: qꜫ talium rerū declaratio nō eſt in verbis ſed l oſtēſione. ¶ Cōtra dicta dubitatur: primo cōtra primum modum: dicitur enim planeta eſſe i ſigno primo mō accepto vt dicit Auctor: ſed nō eſt in eo aliquo illorum modorum eē l quos exponit Ariſt. 4° phyſi. vt patet diſcurrendo per ſingulos ſeptem priores: nec octauo modo: qꜫ ille dicit eſſe in tanquam in vaſe ⁊ in loco ⁊ breuiter in eo in quo continetur: ſed planeta nō cōtinetur ab illa ſuperficie vt patet. ꝯ illa acceptio nulla eſt. ¶ Secūdo cōtra 3m modum. nam ſigna non ſunt niſi in zodiaco: qꜫ ſunt partes eius in quas diuiditur vt dictū eſt: ſed zodiacus nō cōtinet ſigna 3° mō vt pꜫ: qꜫ eoꝝ maior pars eſt extra zodiacum. ergo nō dicitur ſignū illo 3° mō. ¶ 3° ꝯtra 2m modū ⁊ 4m: ſigna enim ſūt in celo vt dcm̄ eſt: qꜫ ſunt imagines celeſtes: ſed ſignum 3° ⁊ 4° mō ſumptum nō tātum eſt in celo immo ēt i elemētis quare nō bene accipitur ſignū illis modis duob°. ¶ Argumēta hec qꜫ ꝓcedūt cōtra ſignificata nominū: que ſūt ſupponēda potius ꝗ̄ ꝓbāda: parum militant: iō breuiter ſoluentur: vñ eſt notandum primo q̄ aſtrologi imaginati ſūt zodiacum pncipaliter ꝑpter planetas qui mouētur ſub zodiaco: ⁊ locātur in eo pncipaliter: ſtelle aūt fixe ſecūdario: iō primus modus accipiēdi ſignum eſt pncipalis modus: ⁊ tertius eſt ſecūdarius: ſecūdus aūt ⁊ qrtus ſe habēt ex ꝯſīli ad pmū ⁊ tertiū. ¶ 2° eſt notādū q̄ pp motum inueſtigatur locus vt habetur 4° phyſi. aſtroꝝ motus eſt duplex: vnus diurnus: quo motu mouētur oēs ſphere: ⁊ nihil eſt quieſcēs in illo motu niſi terra: iō motus ille comprehēditur per diuerſum ſitum quem habēt ad terrā vt. ſ. per ortū occaſum ⁊ altitudinem. Secūdus motus eſt: in zodiaco: quo motu zodiacus eſt quieſcēs: vñ per ordinem ad illum accipiuntur motus ⁊ loca eoꝝ que mouētur illo motu: qꜫ locus ſemp accipitur per ordinē ad aliqđ quieſcēs vt vult ⁊ optime beatus Thomas 4° phyſi. ideo quādo querimus loca planetaꝝ ⁊ alioꝝ ſiderum: nō querimus vltimam ſuperficiē in q̄ ꝯtinētur: qꜫ eo mō nō ſūt in loco niſi ſm potētiam ſicut pars nō diuiſa a toto: ⁊ etiam quia ſemper ſūt i eadem ſuperficie eo mō quo ſūt: ideo hoc modo nō variāt loca ſed talē locū querimus qualē mutāt ⁊ variāt: variāt aūt ordinē ad aliud quieſcēs vel imobile: ideo nō eſt aliud querere in quo loco ſit ſol: niſi quē ordinē ⁊ habitudinem hꜫ ad imobile. ſ. zodiacum: ⁊ h eſt quaſi formale loci formale quidem: qꜫ illud reſpectu cuius accipitur locus eſt immobile. ſ. motu in zodiaco: non autem vere formale: qꜫ nō eſt oio immobile: tñ pōt dici oio formale ſm q̄ cōſiderant aſtrologi: quia in hac ꝯſideratiōe accipiunt zodiacum ac ſi nullo modo moueretur motu primi mobilis: qꜫ motu pmi mobilis omnia mouentur vniformiter: pꜫ igitur qꜫ nō eſt aliud querere de loco alicuius aſtri: niſi querere quem ordinem habet illum aſtrum ad zodiacū: ⁊ qñ mutat ordinē dicitur q̄ ē motū ⁊ eſt in alio loco: ſi vo nō mutat ordinem dr̄ nō eē motū: ſed ſemp eſſe in eodem loco: ordo autem talis accipitur per lineam ductam a cētro terre ꝑ cētrū aſtri q̄ quidem demōſtrat aſtrū eſſe ſub illo ſigno in quo eſt illo: ideo hoc modo dr̄ ſtella eſſe i ſigno. i. ſub ſigno vt dicit Auctor. ¶ Et per hoc pꜫ ad pmum qñ dr̄ q̄ eſſe in ſigno pmo mō ſumpto nō eſt in aliquo illoꝝ octo modorum q̄s ponit Ariſt. ꝯcedo: qꜫ eſſe in accipitur hic improprie ꝓ eē ſub: qꜫ planete ⁊ ſtelle ſunt l octauo modo tanꝗ̄ i ꝯtinente in ſuperficie orbis vt dictum eſt: hoc tamen non queritur ab aſtrologo. ¶ Ad 2m ſigna que cōtinētur in zodiaco ſūt pmo modo accepta: in quibus locātur planete: ideo illa eſt pncipalis acceptio. Signum vero ſūptū 3° mō eſt aliud imaginatum pro ponēdis in loco ſtellis fixis que ſūt extra zodiacū. ¶ Ad 3m ſimiliter dico q̄ ſigna ſūt tātum in celo ſm modū pncipalem qui eſt primus: vt pꜫ.


Sunt aūt alij duo. In hac 3° pte determiat Auctor de duob° circulis de maioribus. ſ. duobus Coluris. Et duo facit: p° determinat de eis in vniuerſali ⁊ cōiter. 2° vero in particulari ⁊ diſtincte ibi [Colurus igitur.] Circa pmam ptem eſt notandū q̄ colurus eſt circulus maior tranſiēs per polos mūdi exiſtens in ipſa ſphera vel mobilis ad motum ſphere. Diſtinguitur nāqꜫ ab equatore ⁊ zodiaco per h q̄ dicitur tranſiens per polos mundi. vt patuit ſupra. Sed qꜫ Meridianus ⁊ orizon rectus ſimiliter tranſeunt per polos mundi. vt patebit infra: additur ad eoꝝ differētiam vltima particula. ſ. exiſtēs in ſphera vel mobilis ad motū ſphere. nā Meridianus ⁊ orizon rectus nō mouētur ad motū ſphere ſed tātum per motū zenith: qꜫ Meridianus ſemper trāſit per zenith: Orizōtis vero polus eſt zenith: dū igitur variatur zenit qđ fit per variationē ſitus ⁊ habitationis in terra vel per motum videtis tūc pōt variari Meridianus ⁊ orizō aliter nō: Coluri vo mouētur ad motū ſphere oriēdo occidendo ac celum mediādo. Et hac cauſa prius agit de coluris ꝗ̄ de illis: quia ſunt in ſphera ⁊ mouētur ad motum eius: illi vero duo circuli. ſ. Meridianus ⁊ orizon ſunt magis extrinſeci a ſphera vt patebit: quia ſphera mota: quieſcūt. 2° quia coluri ſunt magis abſoluti: quia nō ſunt imaginati in ſphera per comparatiōem habitatiōis: ſicut meridianus ⁊ orizō qui ſunt tātum per reſpectum ad habitatiōem: ideo ſunt magis imaginarij. ¶ Dubitatur circa rōnē noīs quā declarat Auctor. ſ. q̄ colurus dr̄ a colon qđ ē mēbrum ⁊ vros. i. bos ſylueſtris: qꜫ ſicut cauda bouis ſylueſtris apparet vt ſemicirculus: ita de coluris nō apparet niſi ſemicirculus: videtur q̄ nō ſit veꝝ: q̄ de coluris ſemper appareat ſemicirculus ⁊ eorum medietas: nam habitātes ſub equatore habēt orizōtem rectum tranſeuntem per polos mūdi: ⁊ qꜫ ambo coluri trāſeunt per polos mūdi vt dictum eſt: patet in cōpleta reuolutione ſphere quilibet colurus eſt idem cum orizōte recto bis: quare tūc nulla medietas eius qui iunctus eſt cum orizōte recto eſt ſupra orizōtem nec apparet: igitur pp hāc cām nō debent dici Coluri. ¶ 2° qꜫ cuilibet Circulo maiori cōpetit q̄ ſemp appareat eius medietas. nam orizon tam rectus ꝗ̄ obliquus eſt circulus maior: circulus aūt maior in ſphera interſecat circulum maiorem in duas partes equales vt dictum eſt. ergo ſemp ſupra orizontem eſt medietas de quolibet circulo maiori nō plus neqꜫ minus: quare q̄libet circulus maior

deberet dici Colurus. ¶ Reſpondetur ꝙ ſcientia hec nō
eſt circa nomina nec curat de rōnibus eorum: ſed inueſti-
gat veritatem rerum tanq̄ ſcientia realis: ideo de coluris
querimus ſcire officium ⁊ vtilitatem non autem rationem
nominis: q: nomīa impoſita ſunt rebus: vt per ea poſſint
exprimi ⁊ declarari proprietates earum: ideo ſiue propter
illam rationem ſiue propter aliam Coluri nominentur ta-
li nomine nō eſt curandum: dummō cognoſcamus eorum
officium: tamen q: Auctor aſſignat ratiōem huius nomi-
nis: ſoluantur argumenta que ſunt in cōtrarium. ¶ Ad
primum ergo dicitur ꝙ nō intelligit Auctor ꝙ ſemper ap-
pareat de coluris medietas: quia exiſtentibus ſub equato-
re nulla medietas apparet: quando colurus coniunctus ē
cum orizonte recto: vt optime probatum eſt: ſicut non ſem
per bos ſylueſtris habet caudam erectā ad modum ſemi
circuli: ſed intelligit ꝙ quandocunq̄ colurus apparet: vi-
detur eius tantum medietas ad modum caude erecte bo-
uis ſyluestris. ¶ Ad ſecūdū dico ꝙ eadē rōne cuiuſlibet
circuli maioris appet tm̄ medietas ſicut de Coluris. Ta-
men alĩ circuli vocāt aliĩs nominibus ab officiĩs propriĩs.
vt equinoctialis dr̄ qm̄ in eo ꝯtingit equinoctium. Zodia-
cus a zodion qḋ eſt animal. q: fert aīalia vt dcm̄ eſt. Me-
ridianus vō qm̄ in eo ꝯtingit vel fit Meridies vt dicet in-
fra: cum igitur nominent noībus ſumptis a propriĩs offi-
ciĩs nō denominant ab hac ratiōe vniuerſali. Hi vero duo
circuli non denominantur ab officiĩs ꝓpriĩs ⁊ particula-
ribus: ex quo nō eſt nomen impoſitum eoꝝ officiĩs niſi in
particulari: officiū enim vnius eſt diſtinguere ſolſtitia: ⁊ al-
terius diſtinguere equinoctia: iō noīant ſinguli noībus par-
ticularibus: ſimul tamen nō habent nomen magis appro
priatum q̄ hoc quo nominātur Coluri.


Colurus igit diſtinguēs ſolſti

tia. Determinat de coluris in particulari. nam cum ſit du-
plex Colurus ꝑmus dr̄ Colurus diſtinguēs ſolſtitia: ſecū
dus vō dr̄ diſtinguēs equinoctia: duo facit. ꝑ enim determi-
nat de ꝑmo. 2° de alio ibi [Alter qdem Colurus.] Circa
partem ꝑam notandū ē ꝑ: ꝙ velut ſupra patuit zodiacus
interſecatur ab equinoctiali: cuius vna medietas declinat
⁊ remouet ab eo equinoctiali v̄ſus ſeptentrionem ⁊ altera
verſus auſtrū. Et q: puncti ſectionū non declinant aliquo
mō vltra illos oīs alius pūctus declinat magis tm̄ ⁊ minus
ſm ꝙ magis vel minus remouetur a punctis ſectionum
illaꝝ: ſequit q: punctus maxime remotus a ſectionib⁹ ma-
xime declinat: ⁊ pūctus: in medio interſectionū vt geome
trice oſtendit: vnde cū zodiacus ſecet ab equatore in ꝑn°
Arietis ⁊ Libre: punctus maxime declinans ad ſeptentrio
nem eſt ꝑncipium Cancri: pūctus vō ad auſtrum declinās
maxime eſt ꝑnm Capricorni: quare planeta exiſtens ī ꝑn°
Capricorni eſt in maxima declinatione remotione vel di-
ſtantia qḋ idē eſt a zenith habitatiōis noſtre ⁊ parte ſeptē
trionali ⁊ ab equinoctiali verſus auſtrum: quare ab inde
motus ſemper appropinq̄t ꝑn° Cancri: vbi exiſtēs maxi-
ma appropinquat polo arctico: maxime remouet a parte
auſtrali ⁊ ſimiliter ab equinoctiali verſus boreā: hinc autē
iteꝝ remouet vſq̄ ad idē ꝑnm Capricorni: vnde velut ī ꝑn°
Capricorni reuertit ad nos cum prius continue remoueretur: ita in ꝑn° Cancri remoueri incipit cū prius ſemꝑ ma
gis ac magis appropinquaret. videnť igit duo motus re-
flexi: reflexi dico non in longitudine: q: tali modo motus
eſt ꝯtinuus: ſed in latitudine appropinquando. ſ. ad polos
⁊ ab eis elongādo. Sed qm̄ inter duos motus reflexos da-
tur quies media vt pꝫ 8° phyſi. iō videntur planete ⁊ preci
pue ſol: cuius motus eſt ſenſibilior: quieſcere ⁊ ſtare in ꝑn-
cipiĩs dictis Cancri: ⁊ Capricorni: q: videntur nullo modo
declinari: inſenſibiliter. n. declinant. nam. 10. gradibus añ
initiū Cancri ⁊. 10. poſt qḋ eſt a 2° gradu Geminorum ad
10. Cācri inſenſibiliter declināt: q: ibi zodiacus tendit ad
rectitudinem quandam ⁊ quaſi equidiſtantiam ab equino-
ctiali: ⁊ idē ſilr̄ eſt intelligendū in ꝑn° Capricorni. Cū igit
ſol in ꝑncipiĩs ꝑdictis ſtare videť mō declarato nullā acq-
rendo declinationem: predicta puncta ſolſtitia vocant hoc
eſt ſolis ſtatiōes: quoꝝ vnū. ſ. qḋ fit ſole exiſtēte in ꝑncipio
Cācri dr̄ Eſtiuale hoc eſt in eſtate ꝯtingens: nam quando
ſol eſt in ꝑn° Cācri eſt eſtatis initiū vt volunt aſtronomi.
2m vero dr̄ hyemale q: in hyeme fit. dum enim ſol eſt in ꝑn
cipio Capricorni eſt ꝑnm hyemis. Dicunť ēt maxime ſolis
declinationes: eſt enim declinatio remotio ⁊ diſtantia ali-
cuius ab equatore. nam equator ex quo equidiſtat a polis
mundi: reſpectu eorum videť eſſe poſitus in quadā ſumi-
tate. nā nō pōt eē in ſphera maior circulus: īmo equoctia-
lis maximus eſt inter oēs circulos ſphere equidiſtātes ab
eiſdem polis: hac igit de cauſa receſſus ab eo dr̄ deſcenſus
⁊ declinatio: ⁊ q: qñ ſol eſt in ꝑmo pūcto Cancri ſimiliter
⁊ Capricorni maxime recedit ab equinoctiali: iō pūcta illa
dicūtur etiam maxime declinatiōes Solis. ¶ 2° eſt notā-
dum ꝙ Colurus ꝑmus qui dr̄ diſtiguēs ſolſtitia eſt circu-
lus maior in ſphera tranſiens per polos mundi ⁊ zodiaci ⁊
per maximas ſolis declinationes hoc eſt per principiū Cā
cri ac Capricorni. patet nāq̄ ex dictis quare dicit circulus
maior: tranſit aūt per polos mundi ⁊ per hoc diſtat ab eq
noctiali ⁊ zodiaco: ſed q: etiam ſecundus colurus tranſit
per polos mundi vt patebit nō autē per polos zodiaci: ad
eius differentiam ponitur hoc quod tranſit per polos zo-
diaci: ⁊ quoniam tranſit per polos mundi ⁊ zodiaci eſt ne
ceſſe ꝙ ſecet equinoctialem ⁊ zodiacū in punctis maxima
rum declinationum vt probatur geometrice: que ſunt ꝑn-
cipia Cancri ⁊ Capricorni: ⁊ q: in illis locis ꝯtingunt ſol-
ſtitia vt dictum eſt: ꝯueniēter colurus diſtinguens ſolſti-
tia eſt appellatus tanq̄ a fine ⁊ ab officio: hoc eſt nāq̄ ei⁹
iuuamentum. ſ. oſtendere loca ſolſtitioꝝ in ſphera ⁊ ma-
ximarum ſolis declinationum vt dicit Alphagr. differen-
tia quinta. nā punctus zodiaci in quo colurus interſecat
zodiacum verſus polum borealem dr̄ vna maxima ſolis
declinatio ⁊ ſolſtitium eſtiuale: vt dictum eſt: quia ſol nō
poteſt magis ab equinoctiali remoueri v̄ſus nos ⁊ zenith
capitis noſtri: quid enim ſit zenith faciliter demonſtratur.
Alter vero punctus zodiaci in quo hic colurus interſecat
zodiacum ex parte meridiei dicitur altera maxima decli-
natio ſolis ⁊ ſolſtitium hyemale: q: iterum ſol maxime re-
motus ē ab equinoctiali ⁊ a zenith capitis noſtri. ¶ Ter-
tio notandum ꝙ maxime ſolis declinationes capiuntur
per arcus prefati coluri interceptos inter equatorem ⁊ zo-
diacum hoc eſt puncta ſolſtitialia. ſ. ꝑncipia Cācri ac Ca-
pricorni. Cuius ratio eſt q: diſtantia inter aliqua q̄ adin-
uicem diſtant accipit per lineā breuiſſimam ⁊ rectā: q: di-
ſtātia debet eſſe determinata ⁊ minima: mō inter duo pū-
cta vna trahitur linea recta que eſt breuiſſima: ⁊ infinite li-
nee curue quarum quelibet eſt longior recta: quare patet
ꝙ diſtantia inter duo accipi per lineam breuiſſimam que
eſt recta: modo non datur linea breuior inter equatorem ⁊
puncta ſolſtitialia q̄ portiones huiuſmodi coluri: q: cum
tranſeat colurus per polos mundi ⁊ zodiaci: cadit tam ſu
per equinoctialem q̄ zodiacū orthogonaliter: modo a pū
cto extra lineam ſignato ad lineam ipſam nō pōt trahi li-
nea breuior q̄ perpendicularis: nam quelibet alia linea a
perpendiculari ducta a puncto ſignato ad lineam eſt lon
gior q̄ perpendicularis: quod faciliter oſtenditur. nam
a puncto A. ſignato extra lineam b c. ducatur linea A d.
perpendicularis ſuper lineam b c. eam tangens in pun-
cto d. quam dico eſſe breuiſſimam inter omnes lineas
que trahi poſſunt a dicto puncto A ſuper eandem lineam

b c. q ſi nõ eſt breuiſſima: põt dari breuior vel eq̃lis ei ⁊ ſit A E. ⁊ q² triãguli A d e anguluſ D. ẽ rectus. q²



linea A D. cadit ꝑpendiculariter per diffinitionem angulorum rectorum: ſequitur q angulus E eſt minor recto: q² aliter triãgulus haberet duos angulos rectos: qđ ẽ ꝯ doctrinam. 32. ꝑmi: angulus igr̃ D. maior eſt angulo E. q̃re latus A E oppoſitũ ei maius ẽ latere A d per. 18. ꝑmi vñ pꝫ q linea perpendicularis eſt breuiſſima que duci poſſit ſuper aliã lineã a puncto dato: nec obſtat q ſint linee ſphe-rales: qm̃ inquantũ colurus cadit ꝑpendiculariter ſuper equatorem eſt linea recta: quare patet q eius arcus interceptus inter punctũ alicuius ſolſtitij ⁊ equinoc. mẽſurat ⁊ oſtendit maximã ſolis declinationẽ. ℂ 4° eſt notandum q quantitas maxime declinationis ſolis que eſt arcus coluri ꝑdictus qui. ſ. intercipit̃ inter punctum ſolſtitij ⁊ equatorem a diuerſis diuerſimode aſſignat̃. nam ſm̃ Ptolo. ꝑ Almag. eſt g̃. 23. m̃. 51. qui dat modum inueniendi eam. Almeon vero qui modernior fuit: ⁊ cuius opinio eſt communior: vult q ſit g̃. 23. m̃. 33. differentia quidẽ inter hos duos viros eſt. 18. minutorum: que vero ſit cauſa differentie huius q² fortaſſe ambo vera dixerunt: nec ſunt cõtrarij q² tempore Ptolomei erat tanta quãtã ipſe ponit: ⁊ tẽpore Almeonis minor eſt motus trepidationis octaue ſphere: quo motu fit q ſicut variantur interſectiones zodiaci cũ eqnoctiali: q² ſemper ſe ſecant in diuerſis punctis: ita nõ ſolum variantur loca ſolſtitiorum: ſed ẽt quantitates maximarum declinationũ: vt hꝫ declarari ſupra theorica de octaua ſphera. ℂ 5° eſt notandũ q cũ due ſint ſolis maxime declinationes: vna. ſ. que eſt arcus coluri inter equatorem ⁊ ꝑncipium Cancri. 2ª vo arcus euſdẽ coluri interceptus inter equatorẽ ⁊ initium Capricorni: ambe ſunt adinuicẽ equales: qđ demõſtrat̃ faciliter. In coluro enim a b c d e f. eqnoctialis c e deſcribat̃ eq̃diſtans a polo mũdi A. ⁊ zodiac⁹ d f. ſuper polum b. dico q due declinatiões c d. ⁊ E f. ſunt eq̃les. Nã q² qm̃ a c. ⁊ B d. ſunt quarte euſdem



circuli hoc eſt coluri: ſunt inter ſe equales: nã euſdem circuli oẽs q̃rte ſunt equales: ſi autem ab equalibus demant̃ equalia vel vnum commune: reſidua ſunt equalia: dẽpto autem cõmuni arcu b c reſtant arcus A b diſtantia. ſ. poli zodiaci a polo mũdi: ⁊ arcus c d. maxima ſolis declinatio adinuicem equales. Eadem ratione quarte euſdem circuli A e ⁊ B f. ſunt equales: dempto autem communi arcu A f. per cõmunem cõceptionem primi Euclidis: reſtant arcus A b. ⁊ arc⁹ E f. altera maxia ſolis declinatio adinuicem equales: quoniam autem ambe maxime declinatiões ſolis. ſ. c d ⁊ e f. ſunt equales arcui a b. qui eſt diſtantia polorum: ſequitur q ipſe adinuicem ſunt equales per cõem animi cõceptionẽ ꝑmi Elementorum qđ eſt ꝓpoſitũ. ℂ Circa ꝑdicta dubitat̃ ꝑmo de zenith: videt̃ enim q nullus ſit in firmamento pũctus q poſſit dici zenith: quod enim mouetur nõ hꝫ rõnem nec põt dici zenith: ſed quilibet punct⁹ in ſphera mouetur preter polos vt ſupra patuit. g̃ nullus pũctus datur qui poſſit eſſe zenith. ℂ Ad hoc breuiter dr̃ q zenith eſt punctus in celo directe ſuprapoſitus capitib⁹ noſtris vel habitationi: a quo ſi aliquod graue imaginaretur cadere: caderet preciſe ſupra caput vel habitationem nr̃am: eſt nanq3 pũctus altiſſimus maxime diſtans ⁊ eleuatus ab orizonte: in quo cum fuerit aſtrum: verſus quãcũq3 ꝑtem moueat̃: magis appropinquat orizõti ⁊ ꝯſ̃r magis deſcendit. Talis autẽ pũctus hꝫ duo eſſe. ꝑ^m^ eſt mãle: ⁊ non eſt aliud niſi punctus aliquis qui ſubiectus eſt in ſphera. 2^m^ eſſe qđ hꝫ eſt eſſe formale: qđ eſt hoc quod dixi. ſ. q ſit maxime diſtãs ab orizonte eleuatus ⁊ directus ſupra caput noſtrum. Dico igr̃ q zenith quantũ ad eſſe mãle continue mutatur nec eſt: idem zenith ſemper vt probatur arguẽdo: q² ſꝑ alius ⁊ alius pũctus eſt hñs illã ꝯditionẽ dictã. Sꝫ q̃tum ad eſſe formale nunq̃ variat̃: moueat̃ nãq3 celũ quãtũlibet: ſꝑ tñ imaginat̃ pũctus quicunq3 ſit hñs illud idem eſſe formale: vt dictum eſt. Idem ẽt dicẽdum eſt de meridiano vt patebit inferius. Et per hoc patet ſolutio ad argumentum. ℂ 2° dubitat̃: non enim videtur q in ꝑ⁰ puncto Cancri ſit ſolſtitium eſtiuale: q² ibi eſt ſolſtitium eſtiuale vbi incipit eſtas vt dictum eſt: mõ non incipit eſtas nec eſt eſtas ſole exiſtente in ꝑncipio Cancri: quia eſtas eſt dũ ſol maxime appropinquat ad zenith capitis vt infra dicet̃: mõ illis q ſunt vltra tropicũ Capricorni dũ ſol eſt in ꝑn⁰ Cancri non maxime appropiquat ad zenith eorum: imo maxime remouet̃: q̃re non hñt eſtatem ſed hyemẽ: quare vr̃ q ſit ſolſtitium hyemale nõ eſtiuale. ℂ Confirmat̃ q² dicet Auctor infra in 3° huius. q qñ ſol eſt in cãcro ⁊ capricorno ſit idem tempus vel ſtatio anni illis qui habitant ſub equinocriali: ſed illi hñt hyemem ſole exiſtente in capricorno. g̃ etiam hñt hyemem eo exiſtente in cancro. Hoc etiã dicet ibidẽ ipſe Auctor q illi hñt duas hyemes. ſ. dum ſol eſt in cancro ⁊ capricorno. ergo videt̃ q in ꝑncipio cãcri nõ ꝯtingat ſolſtitium eſtiuale: imo poti⁹ hyemale. ℂ Rñdet̃ q cũ eſtas ſiat dũ ſol eſt ꝓpinqu⁹ cenith habitationis. In habitatione aũt nr̃a non põt ſol plus appropinquare ad zenith noſtrum q̃ dũ eſt in principio cãcri: q² cũ zenith habitationis noſtre ſit inter tropicũ Cancri ⁊ circulũ arcticum: quãto aliq̃s pũct⁹ zodiaci magl̃ declinat ab eqnoctiali v̾ſus polũ arcticũ: tanto magis appropinquat zenith nr̃o nõ põt aũt punctus magis declinari q̃ declinat ꝑncipium Cãcri: q̃re cancer inter oĩa ſigna maxime appropinquat zenith noſtro ⁊ ꝯſ̃r ſole exiſtente in eo ſit eſtas. ℂ Sed q² habitantibus ſub equinoctiali nõ maxime appropinquat immo maxime remouetur a zenith: ſimiliter illis qui ſunt vltra eqnoctialem: reſpectu illorũ nõ dicitur ſolſtitium eſtiuale ſed hyemale: vnde pꝫ q tantum reſpectu habitationis nr̃e hoc eſt nobis note dr̃ eſtiuale ⁊ hoc mõ locutus eſt Auctor nõ abſolute: q² ignotum ẽ nobis an ibi ſit habitatio: imo probabit̃ infra q nõ vel nõ bona: ẽt Auctori eſt cura tradere ſciam nobis: iõ ſolſtitium eſtiuale nominat in q̃ nobis eſt eſtas: eo magis q faciliter poterit ſciri q illis qui habitant vltra equinoctialem ſole exiſtente in Cancro contingit hyems: ideo illis eſt ſolſtitiũ hyemale: quia vbi eſt eadẽ cauſa eſt idẽ effectus: quemadmodum eñi Capricornus remouet̃ a zenith nr̃o: ita Cãcer ab eorum zenith: mõ ſole exiſtẽte in Capricorno eſt nobis hyems. g̃ eodẽ mõ illis ſole exiſtente in Cãcro. vnde patet


ad argumentū ¶ Tertio dubitaſ: videtur enim ꝙ nullum ſit ſolſtitium: qḋ enim continue mouetur nunquam ſtat. nam moueri ⁊ ſtare ſunt oppoſita. Sed ſol mouetur cōtinue 8° phyſi. quare nunquam ſtat. ¶ Reſpondetur ꝙ ſol nō ſtat aliquando immo ꝯtinue mouetur in motu autem ſolis proprio ⁊ cuiuſlibet planete conſiderantur duo: vnum eſt quo mouetur ab occidente in orientē: ⁊ dicitur motus in lōgitudine: aliud eſt ꝙ aliquando appropinq̄t ad auſtrum ⁊ quandoqꝫ ad aquilonem: ⁊ hic dicitur motus in latitudine: licet ſit idem motus ſimplex: tamen zodiacus in quo ſol mouetur eſt cauſa huius diuerſitatis. Si conſideretur hic motus prout eſt in longitudine: nunquam ſol ſtat qꝛ ſemper mouetur verſus orientem: nec ratione huius dicitur ſolſtitium. Si vero conſideratur ꝓut eſt in latitudine: etiam dico ꝙ in illo puncto in ſolſtitium verum: qꝛ vbicunqꝫ eſt ſol eſt neceſſe ꝙ ſi mouetur: ꝙ appropinquat vel remoueatur ab equatore. nam dum eſt in pn° Cancri: eſt in maxima remotione ab equinoctiali verſus polum arcticum: inde vero ſemper appropinquat ad eum: qꝛ nō daſ pūctus in zodiaco in illa medietate ſeptentrionali: quin magis ſit ꝓpinquius equinoctiali. Sed ſtat ſolum ſm apparentiam: qꝛ in parte illa zodiacus habet quādam rectitudinē: iō ſol exiſtens ibi nō vꝛ declinare: cum tñ ſemper declinet: ſ3 inſenſibiliter: a qua inſenſibilitate vocaſ ſolſtitium. ¶ Quarto dubitatur: vꝛ enim ꝙ nō ſit maxia ſolis declinatio in pn° cancri vl' capricorni: ibi eſt maxima declinatio vbi ſol maxime declinat: ſed maxime declinat. quādo maxime diſtat a zenith. nā3 dicitur ꝙ ſol declinat quando remouetur a ſummitate capitis: remoueſ autem maxime a zenith quādo eſt ꝓpe orizōtem vel in oriente vel in occidente: vt dcm̄ eſt: qꝛ nullus pūctus in celo tm̄ diſtat ab orizōte quantum zenith eſt nanqꝫ polus orizōtis: vt infra patebit: quare oriens ⁊ occidens eſt maxima declinatio ſolis: ⁊ nō ꝑncipia Cancri ⁊ Capricorni. ¶ Rñdeſ ꝙ cum declinatio ſit remotio quedam vt dictū eſt: remotio autem ſequiſ motum. nā ꝑ motū remoueſ mobile a termino a q̄: igitur q̄tuplex eſt motus ſolis: totuplex ⁊ eius declinatio. Motus autem ſolis duplex eſt: vnus eſt diurnus qui eſt in lōgitudine tantum. ſ. ab oriente ad occidētem: in q̄ motu: qꝛ zenith ⁊ meridianus eſt in maxima altitudine tanq̄ꝫ maxime diſtans ab orizōte: receſſus ſolis ab his eſt deſcenſus ⁊ declinatio: vnde dicitur ſol declinari ⁊ dicꝰ declinare: quando appropinquat occaſui: ⁊ dꝛ declinatio lōgitudinalis. qꝛ cauſaſ rōne motus in lōgitudine. Alius ē motus ſolis in latitudine rōne ſitus zodiaci: q̄ motu ipſe ſol mouetur verſus polos: ⁊ qꝛ inter polos equinoctialis ponitur in medio tanq̄ꝫ ab eis equidiſtans: videſ ꝙ reſpectu eorum ſit poſitus in quadā3 ſummitate: iō receſſus ab eo eſt q̄dam deſcenſus ⁊ declinatio: ⁊ qꝛ initium Cancri ⁊ Capricorni maxime remouenſ ab equinoctiali: dicūr maxime ſolis declinationes: ⁊ hec declinatio eſt latitudinalis ex q̄ ſit rōne motus latitudinis: ⁊ de hac loquunſ Auctores q̄ dicunt declinationem maximam ſolis fieri in Cancro ⁊ Capricorno: qꝛ ꝑ° ſit in oriente ⁊ occidente.

Alter quidem colurus. Scḋs colurus q̄ dicitur colurus diſtinguens equnoctia eſt circulus maior tranſiens per polos mundi ⁊ puncta equinoctialis hoc eſt pn^m arietis ⁊ libre. hoc enim eſt finis ⁊ officiū eius: hac de cā cum imaginantur aſtrologi: ⁊ ꝑ hoc differt a coluro ꝑdicto. nā cū3 ille tranſeat per loca ſolſtitiorꝫ: hic aūt ſecundus tranſit ⁊ demōſtrat loca equinoctiorum. Et qꝛ dicti coluri ſecāt tā equinoctialē q̄ꝫ zodiacū in quatuor pūctis: inter quorꝫ q̄libet duo pūcta eſt quarta pars tam de zodiaco q̄ꝫ de equatore ſequiſ ꝙ alter eorꝫ cadit ſuper reliquum perpendiculariter in polis mundi: ⁊ ſe adinuicem ſecāt ad angulos rectos ſpherales. Ex predictis pꝫ ꝙ ſunt duo ſolſtitia ⁊ duo equinoctia ꝯtingentia in quatuor punctis vbi dicti coluri ſecant equnoctialē ⁊ zodiacū. ꝑ^m ſolſtitiū eſt eſtiuale in pn° Cācri. 2^m hyemale in pn° Capricorni. Silr ꝑ^m equnoctium dꝛ vnale in pn° Arietis ſole exiſte ꝯtingēs. Alterꝫ ꝯtigit in pn° Libre: qḋ dꝛ equnoctiu3 autūnale. ¶ Dubitaſ de h̄ qḋ dicit hic Auctor ꝙ coluri ſe ſecāt in polis mundi ad angulos rectos: cōtra. videſ enim ꝙ nō ſit veru3. nā ꝯſidero triāgulum cuius duo latera ſint due quarte colurorꝫ ſe ſecantium in altero polorum: ⁊ baſis ſit quarta equinoctialis ad quam terminanſ predicte due quarte. Certu3 enim ꝙ ex q̄ coluri tranſeunt per polos mundi: ꝙ ſecant ⁊ cadunt ſup equinoctialē orthogonalr: q̄re duo anguli qui ſunt ſupra baſim dicti trianguli ſunt recti: ſi ē̄t angulus quem faciūt in polo eſſet rectus: ſequereſ ꝙ triangulus haberet tres angulos oēs rectos: qḋ eſt ꝯ̄ doctrinam. 32. ꝓpoſitionis pmi elementorum. ¶ Dicaſ ꝙ coluri ſe ſecant in polis mundi ad angulos rectos ſpherales. Cuius rō eſt: qꝛ coluri ſecāt equinoctialem in quatuor punctis vt patuit ſupra: inter q̄rum quelibet duo puncta eſt quarta equinoctialis: ſunt enim illa pūcta termini quartarꝫ: quare ſequitur ꝙ anguli in polo cauſati ex ſectione mutua ab his coluris ſunt recti: ſi enim anguli nō eſſent recti ſed alter maior alio: pars equinoctialis que ſubtenditur angulo maiori eſſet ⁊ ipſa maior: qḋ nō eſt verum: omnes enim quarte eiuſdem circli ſunt equales. Argumentum vero nō tm̄ ꝯcludit ꝙ coluri nō ſecāt ſe in polis orthogonaliter: immo ꝙ nullo ſe mō ſecant: vel ꝙ nō faciunt angulos rectos cum equinoctiali. nā ſi ſe ſecant ⁊ faciūt angulū: cū triangulus cauſatus ab eis habeat duos āgulos rectos ſupra baſim: haberet tres angulos maiores duobus rectis: qḋ eſt cōtra allegatam ꝓpoſitionem. Ideo dico ꝙ talis triāgulus habet omnes angulos rectos: nec inconuenit qꝛ eſt ſpheralis non rectilineꝰ. Triangulus vero rectilineus ⁊ planus non poteſt habere tres angulos maiores duobus rectis de quibus loquitur. primo Elementorum Euclides.

Sunt iterū duo alij circuli. Poſtq̄ꝫ Auctor determinauit de quatuor circulis maioribus: in hac parte determinat de duobus reſiduis. Circa quam duo facit: ꝑ agit de ꝑ qui dicitur Meridianus. 2° de alio. i. orizonte ibi [Orizon vero eſt circulus.] ¶ De his igitur duobus circulis determinando ꝑ agit de Meridiano: qꝛ dignior ē orizonte magis eleuatus ſuper terram ⁊ in digniori loco celi poſitus ſc3 in medio celi: vbi ſidera maximam quam poſſunt habere habent altitudinem ⁊ eleuationē3: habent quoqꝫ in eo intenſiſſimam potentiam ac vigorē3 quā hēre poſſunt: ſicut patet de ſole: qui in circulo Meridiano exiſtens vehementer agit calefaciendo ⁊ deſiccando: ⁊ alios ſuos effectus intenſius producit q̄ꝫ exiſtens in oriente occidente vel alio quouis loco celi. ¶ Secundo Meridianus ſ3 aſtrologos eſt prior orizōte. nam incipiunt dies a meridie dum ſol eſt in meridiano: non autem incipiunt a mane vel veſpere: quādo ſol eſt in oriente vel occidēte: ideo nō abſqꝫ ratione prius agit de Meridiano q̄ꝫ orizōte. ¶ Circa igitur determinationem de Meridiano eſt notandum pmo ꝙ Meridianus eſt circulus maior in ſphera immobilis ad motum ſphere ſemper tranſiens per polos mundi ⁊ zenith: per hoc enim quod dicſ trāſiens per polos mūdi: differt Meridianus ab equatore ⁊ zodiaco. Et qꝛ Orizon rectus tranſit per polos mundi: additur ad differentiam eius tranſiens per zenith. nā nec orizon rectus nec obliquꝰ tranſit per zenith: qꝛ zenith eſt polus orizontis. Sed quia vterqꝫ colurus tranſit ꝑ polos mundi: ⁊ in motu eius vnitur vterqꝫ bis in die naturali cū Meridiano q̄re tunc tranſit per zenith ſicut ⁊ Meridianus: ad eorum differentiam

ponit̄ ſemper: nam accidit ꝙ coluri tranſeant per ſenith accidit dico inquantum contingit aliquem eorum eſſe idē cum meridiano: non autē accidit hoc meridiano: immo ſi non tranſiret per ſenit: nō eſſet meridianus: vel ponitur ad differentiam coluri: immobilis ad motum ſphere. nam coluri continue mouentur cum ſphera. Meridianus ve-ro nunquam mouetur propter motum ſphere: ſed moueṫ vel variatur per motum ſenith in longitudine vel per motum eius cuius eſt meridianus. Et quando Auctor dicit ꝙ meridianus tranſit per ſenith capitis noſtri: non ita intelligatur ꝙ nos tantum habeamus meridianum: cum quilibet locus terre habeat ſuum meridianum ſicut proprium ſenith: ſed intelligit per ſenith capitis noſtri ⁊ illius cuius eſt meridianus. ¶ Secundo notandum eſt: ꝙ cum meridianus tranſeat per ſenith: ſenith autem diſtat equaliter ab oriſonte vt predictum eſt: ſequitur ꝙ Meridian9 diſtat equaliter ab oriente ⁊ occidente ſibi correſpondentibus: vnde cum arcus diurnus. i. arcus qui fit a ſole in die ⁊ ſupra terram diuiditur a meridiano in partes equales: cuius vna medietas eſt orientalis ⁊ reliqua occidentalis: ⁊ duo puncta extrema ſunt puncta orientis ⁊ occidentis: ſequitur ꝙ motus ſolis ab oriente ad meridianum eſt equalis motui eiuſdem a meridiano ad occidentem: ⁊ conſequenter tempus ante meridiem eſt equale tempori poſt meridiem: quare ſole exiſtente in circulo meridiano fit meridies in qualibet parte terre: in cuius meridiano ſol exiſtit: ideo dicitur circulus meridianus id eſt circulus in quo ſole exiſtente fit meridies. Eadem cauſa etiam dicit̄ Circulus medie diei ſcilȝ artificialis. ¶ Dubitatur vtrū meridianus tranſeat per ſenith illi9 cuius eſt meridianus: videt̄ ꝙ nō: q2 ſenith cum ſit polus oriſontis equaliter diſtat ab oī pūcto oriſōtis. ergo equaliṫ diſtat ab oriente ⁊ ab occidente: ſed nō ois meridianus equaliter diſtat ab oriente ⁊ occidente: q2 aliquis eorum magis appropinquat orienti: aliquis vero magis occidenti. ſicut etiam ciuitates ⁊ loca quorum ſunt meridiani: vt vult Auctor in textu. ergo videtur ꝙ nō oēs meridiani tranſeant per ſenith. ¶ Cōfirmat̄ per Ptol. ſecundo Almag. qui dicit aliquas ciuitates eſſe orientales. i. verſus orientem poſitas: aliquas vero occidentales: aliquam vero in medio nec ad orientem nec ad occidentē declinantē. Patet etiam per Tabulas Alphonſi ⁊ per alios omnes confirmantes h.

¶ In oppoſitum eſt Auctor ⁊ omnes aſtrologi dicentes ꝙ meridianus tranſit per ſenith. Et pȝ ratione: q2 aliter non diſtaret equaliter ab oriente ⁊ occidente: ⁊ ꝯſiter ibi exiſtēte ſole nō eſſet meridies: nec circulus ille diceretur meridianus niſi equiuoce. ¶ Pro hac queſtione eſt notandum pmo ꝙ non tota terra habitatur pluribus cauſis vel impedimentis: quorum primū poteſt eſſe terreſtre hoc eſt occaſione terre cauſatum: qd̕ eſt aqua circundās terrā. nā aialia reſpirātia nō poſſunt reſpirare nec viuere in aqua: quare non poſſunt habitare ⁊ eſſe in parte illa terre cooperta aquis: iō illa pars eſt oīno inhabitabilis: cum in ea nō ſint niſi piſces ⁊ aialia non reſpirantia. ¶ 2m cā ſiue impedimētum poteſt eſſe intemperies aeris precipue per exceſſum caloris vel frigoris: vita enim aīalium precipue hominis cōſeruatur per temperiem ⁊ contemperantiam ſiue proportionem qualitatum: ſicut etiam ipſum animal generatur ex quadam proportione qualitatum precipue primarum. ¶ Secundo eſt notandum ꝙ pro diſtinguenda ⁊ ſeparāda parte ⁊ regione terre habitabili ab inhabitabili: Ptol. 2° Almag. capitulo 6°. ⁊ 2° quadripar. capitulo 3°. Alpha. differentia ſexta. ⁊ Auctor in hoc ſecundo ⁊ tertio imaginantur lineam in ſuperficiem terre eam circundantem ſuppoſitam equinoctiali: que diuidit totam terram in partes equales: quarum altera eſt ſeptentrionalis: ⁊ reliqua meridionalis. Et vt melius intelligantur que dicenda ſunt figuretur terra rotunda: ⁊ ſit linea A b. ſuppoſita equatori diuidens terraȝ in partes equales: equidiſtās ab vtroqȝ



polo c. arctico ⁊ D. antarctico: cui9 pars a c b. ſeptentrionalis eſt habitata: reliqua vero minime vt patebit in 3° huius. Item qm̄ inuētū eſt nō totam medietatē terre ſeptētrionalē habitari: q2 vt dicit Alphag. ab A. in B. habitatio nō cōplet circulationem: ſed a pri9 habitationis orientalis vſqȝ ad occidentalē nō excedit ſpatiū. 12. horarum: quod eſt tempus in quo completur medietas motus diurni: igitur medietas tantum terre habitatur ab oriente in occidentem: quare ad diſtinctionem iſtarum imaginati ſunt circulum A c b d tranſeuntē per puncta orientis occidentis ⁊ per vtrunqȝ polorum mundi: qui diſtinguit ⁊ ſeparat partem terre inferiorem que propter aquam nō habitatur a ſuperiori habitata: quare ſolum quarta terre ſeptentrionalis A c b. habitatur. Sed nec tota hec habitat̄: quoniam partes polares axi ſuppoſite a via ſolis multuȝ remote ſunt frigidiſſime ⁊ inhabitare: quare he partes diſtinguuntur per circulum diſtantem a polo mundi borealis gradibus. 24. ſuppoſitum circulo arctico qui ſit E f. ideo ſolum pars terre que eſt a b e f. habitatur. Cuius longitudo ab oriente in occidentem ⁊ econtra demonſtratur per lineam a b. que eſt graduū. 180. medietas videlicet circuli ſuppoſiti equinoctiali. Latitudo vero eſt portio a e. vel b f. 66. graduum. nā cū a c. portio ſit quarta totius circuli: continet. 90. gradus: a quibus ſi demant̄. 24. gradus quanta eſt diſtantia circuli arctici a polo mundi. reſtant. 66. grad9 latitudo. ſ. habitationis. Quia igitur eſt minor portio terre habitata a polo ad polum: maior vero ab oriente ad occidentem: iō priorem vocāt latitudinem: ⁊ poſteriorē lōgitudinē. Nec ꝯdicūt phi qui dnt lōgitudinē celi eſſe axim que ducitur de polo ad polum: latitudinē vero cōſiderari ab oriēte in occidentem: q2 phi loquuntur de differentijs pōnis in celo aſtrologi vero de terra habitata. ¶ 3° eſt notandum ꝙ cum a pūcto A. occidētis ad punctū b. orietis ſint. 180. gradus diſtantie vt dictum eſt: ſi ciuitas ſit in medio equidiſtans ab vtroqȝ puncto A. b. vt in puncto g. nō eſt orientalis nec occidentalis: in quo ſitu dicunt aliqui eſſe ciuitatem Arim: ſi vero nō ſit in medio ꝑ caſe per equidiſtantiaȝ equidiſtans ab vtroqȝ puncto. 90. gradus. ſȝ magis appropinquat orienti. b. exiſtens. v. g. in puncto h. dr̄ orientalis. Si vero magis appropinquat occidenti A. vt in puncto i. vocat̄ occidentalis: vnuſquiſqȝ enim locus dr̄ orientalis vl̄ occidentalis ſimpliciter ſm̄ ꝙ magis appropinquat orienti vel occidenti. ¶ 4° eſt notandum ꝙ oriens ſimiliter ⁊ occidens duplex eſt: vnum eſt abſolutum qd̕ eſt pri9 vel finis totius terre habitabilis. v. g. punctus A. vnde incipit habitatio vocat̄ occidēs abſolutuȝ: ⁊ B. eſt oriens abſolutū: q2 non reſpectu alicuius habitationis ſed ſimpliciter illud dicitur occidens ⁊ hoc oriens. Aliud vero eſt oriens vel occidens reſpectiuū qd̕ eſt tale ſolū reſpectu alicui9 partis habitabilis nō tamē cuiuſcunqȝ: vnde ciuitas que eſt ſita in puncto. b. qd̕ eſt oriens verum habet ſuum oriens vltra illum: ⁊ occidens eius erit mediū terre habitabilis: ſcȝ. g. Lȝ aūt

primum oriens ⁊ occidens que dicũtur abſolute talia ſunt eadem omnibus vel reſpectu omnium. 2ᵐ tamen eſt aliud ⁊ aliud reſpectu alterius ⁊ alterius habitatiõis. ℭ His ſtã tibus dico ꝙ omnis meridianᵘˢ equaliter diſtat ab oriente ⁊ occidente reſpectiuo.ſ.illius loci cuius eſt meridianum: patet qꝛ ſi magis diſtaret ab altero q̃ȝ a reliquo ſequeref ꝙ eſſet maius tempus ante meridiem q̃ȝ poſt vel econtra conſequens eſt falſum ⁊ impoſſibile: quare ſequitur ꝙ diſtet equaliter. ℭ Secundo dico ꝙ tranſit per ȝenith: patet nam ȝenith equaliter diſtat ab omni puncto oriȝõtis: quare equaliter a puncto orientis ⁊ occidẽtis: ſed meridianus etiam equaliter diſtat. ergo tranſit per eũȝ. ℭ Tertio dico ꝙ non omnis meridianus equaliter diſtat ab oriente ⁊ occidente vero ⁊ abſoluto: patet nam meridiani tantuȝ diſtant ab his punctis quantum ciuitates vel loca quorũ ſunt meridiani: vt notum eſt: ſed non omnis ciuitas vel habitatio equaliter diſtat ab vtroqȝ puncto dicto: vt dictum eſt: qꝛ aliqua eſt in medio per equidiſtantiam: aliqua oriẽtalior.i.magis declinans ad orientem: aliqua vero occidẽtalior: quare ita etiaȝ meridiani: qꝛ aliquis erit equidiſtãs verbi gratia meridianᵘˢ C H D. ciuitatis H. erit preciſe in medio orientis ⁊ occidentis ſicut ciuitas H. Meridianus vero c b d. erit magis orientalior: ⁊ Meridianus c i d. magis occidẽtalior: ſicut patet de locis quorum ſunt meridiani. ℭ Quarto dico ꝙ duo loca non equalis longitudinis idest nõ equaliter diſtantia ab occidente vero habent diuerſos meridianos. v̇.g. Ciuitas b. habens lõgitudinẽ A b. habet meridianum c b d. Alia vero ciuitas que ſit l. habens minorem lõgitudinem.ſ. A i. ſupponitur meridiano c i d. pȝ igitur ꝙ cum meridianus tranſeat per polos mundi nullo mõ põt tranſire per vtrunqȝ loci ȝenith: ideo diuerſos ⁊ diſtinctos habent meridianos. Et quantum ſunt remoti predictarum ciuitatum meridiani in celo: tantum ipſe ciuitates diſtant adinuicem in terra. Diſtantia autem meridianorum accipitur per arcum equinoctialis intercepti inter illos duos meridianos: q̃t enim gradus continet illa portio equinoctialis: tantum adinuicem diſtant meridiani: ⁊ conſequenter tantum diſtabunt dicta loca ſm lõgitudinẽ: locus nanqȝ b. magis diſtat ab occidente A. q̃ȝ locus i. per diſtantiam i b. que eſt portio equinoctialis incluſa inter duos meridianos illorum locorum: que diſtãtia graduum ſi reducatur ad ſtadia vel miliaria: ſm doctrinam datam ſupra erit notum quantum diſtant prefata loca in terra. Reperitur autem quanta ſit portio equatoris inter duos meridianos ꝑ diuerſitatem in apparitione eclipſis lune in ambobus locis vt dictum eſt in ꝑ huius vt ſi in vno loco appareat quarta hora noctis in altero vero quinta: qꝛ inter eos differentia in apparitionis eſt vnius hore: quanto tempore mediant celum. 15. g̃. equinoctialis portio eq̃toris inter meridiãos illoꝝ locoꝝ incluſi eſt. 15. g̃. ꝑ quos poterit inueniri diſtantia in terra ꝑ ſtadia ⁊ miliaria. ℭ Quinto dico ꝙ ſi duo loca hẽant eundem meridianũ: hñt ẽt eandem lõgitudinẽ vel lõgitudinalẽ diſtantiam. v̇.g. locus cuius ȝenith eſt l. ⁊ ẽt locus cuius ȝenith ẽ k ex quo meridianus C k i D. tranſit per vtrunqȝ ȝenith eandem habent longitudinem que eſt A i. ⁊ L k. que ſũt ꝓportionales.i. ſunt eedem equales ꝑtes proportionaliter ſuorum circulorum. ℭ 6ᵒ dico ꝙ hec duo loca que nõ diſtant lõgitudine habent diuẽſas latitudines: patȝ illa nãqȝ habent diuerſas latitudines quaꝝ alterum magis appropinquat eq̃tatori q̃ȝ aliud: hec eſt enim latitudo ciuitatũ vt dictũ eſt: mõ locus cũ ſit ſub equinoctiali nullã habet latitudinem: locus v̇o k habet latitudinem i k. qui eſt arcus meridiani incluſi inter ȝenith ciuitatis ⁊ equinoctialẽ vel inter duo ȝenith: nõ igit̃ dicta duo loca que ſunt vnius lõgitudinis habent equalem latitudinem. ℭ Notandum ẽ hic ꝙ latitudo inuenitur per eleuationẽ poli arctici ſupra oriȝontem: cum equalis ſit diſtantie ȝenith ab equatore vt inferius oſtendef: hita aũt latitudine locoꝝ per gradus ⁊ minuta hoc modo: faciliter reſoluitur ad ſtadia ⁊ miliaria modo ſuperius dicto: vt habeatur diſtantia eorum in terra. ℭ 7ᵒ dico ꝙ ſi ſint duo loca non vnius lõgitudinis nec latitudinis: eoꝝ diſtantia inuenif per diametrum quadrati: cuius latera ſunt arcus longitudinis ⁊ latitudinis eorum. v̇.g. in terra deſcripta ſit linea ſuppoſita equatori A b. ⁊ ſint duo loca E. ⁊ F. meridianum vnius C E D. alterius v̇o C F D. Similiter lõgitudo vnᵘˢ H E. qui eſt arcus equidiſtans linee ſuppoſite equinoctiali. Alterᵘˢ v̇o longitudo F hẽt equidiſtãs equinoctiali: hi duo circuli q oſtendunt longitudines dictoꝝ locoꝝ cũ eoruȝ meridianis faciunt q̃dratũ: cuᵘˢ anguli oppoſiti ſũt F ⁊ E. ⁊ diameter E F. eſt tota eorũ diſtãtia: q̃ facilr ſcief: cũ hñ q̃ntites lateꝝ q̃drati q̃ oſtẽdũt lõgitudinalẽ diſtãtiã: ⁊ latitudinalẽ. ℭ Et h mõ ſitus mũdi diſtãtias locoꝝ tã lõgitudinales q̃ȝ latitudĩales inuenerũt antiq pħi. ℭ Argumẽta aũt facta ad oppoſitũ ſoluta ſũt: ꝯcludit.n. nõ oẽm meridianũ diſtare ab oriente v̇o vel occidẽte: ſicut nec qlibet locus: ſed tñ equalr diſtant ab oriente ⁊ occidente regionũ ſicut ⁊ ȝenith vt patuit.




Orizon v̇o eſt circulus.

In iſta parte Auctor determinat de oriȝõte: qui eſt vltimus inter circulos maiores: ⁊ duo facit. ꝑ enim agit de eo diffinitiue: 2ᵒ vero diuiſiue ibi. Eſt aũt duplex oriȝon. N. ȝ in ꝑmo huius patuerit quid ſit oriȝon: tñ q̃ntum facit ad declarationẽ partis preſentis eſt notandũ ꝙ vbicunqȝ ſit hõ videt medietatem celi ex q terra eſt in medio mundi: ⁊ medietas alia occultatur ſub terra. Que due celi medietates dicuntur duo hemiſperia: quaſi due ſemiſphere.i. medietates ſphere: medietas nãqȝ viſa dicif hemiſperiũ ſuperius: que v̇o nõ videf dicitur hemiſperium inferius: he igitur due medietates terminanf ⁊ coniunguntur quadam circumferentia tranſeunte ꝑ ſuꝑficiẽ terre: que noiaf oriȝon. nam tota medietas ſuperior vĩ vſqȝ ad illam lineam circularem: tota etiaȝ inferior medietas ad eãdẽ lineã terminata occultaf: vnde Oriȝon eſt circulus maior diuidẽs celũ in duo media.ſ. in hemiſperiũ ſuperius ⁊ inferius per ſe. Per h enim qḋ dr̃ ꝙ diuidit celũ in hemiſperium ſuperius ⁊ inferius differt a cũctis circulis maioribus: q̃rum qlibet ⁊ ſi diuidat ſpherã in duo media vel duo hemiſperia: non tñ ſuperius ⁊ inferius vel viſum ⁊ nõ viſum. Et qꝛ vterqȝ colurus bis in die nãli coniungitur cum oriȝonte recto: ⁊ ꝯſiter diuidit celũ in hemiſperium viſum: ⁊ nõ viſum ab eis qui habitant ſpheram rectã vl̃ ſub equatore dici. hoc tñ accidit eis: iõ ad differentiã additur ꝑ ſe. Oriȝon nãqȝ per ſe diuidit ⁊ ſemper: nõ aũt per accidẽs Eodẽ mõ equinoctialis diuidit celũ in partẽ viſam ⁊ non viſam illis qui ſunt ſub polo vt patebit in 3ᵒ huius. hoc tñ accidit ei: qꝛ nõ facit hoc inquantuȝ ẽ equinoctionalis: qꝛ non facit ſemper ⁊ vbiqȝ cũ nõ ſit de rõne eius: ſed inquantum eſt idem cuȝ oriȝonte. Similiter ecliptica ſemel in die nãli diuidit celum in hemiſperiũ ſuperius ⁊ inferius illis q habitant ſub circulo arctico vt patebit infra: tamen hoc agit per accidens non per ſe: inquantum accidit ei eẽ idem cũ oriȝonte illoꝝ. Patet igit̃ ꝙ de rõne ⁊ ꝓprietate oriȝontis eſt

tis eſt diuidē celum in partem viſam ⁊ non viſam: cum ei cōpetat per ſe nō per accidēs: nec rōne alterius: ſicut dictis circulis rōne coniūctis. Celū itaq; ad hunc circulum terminetur viſio: idō bñ dicit̄ oriçō grece qd̓ ſonat latine terminator viſus. Dicit̄ 2° circulus hemiſpij: q2 diuidit ſpheraȝ in duo hemiſpia. ℂ Sȝ hac rōne quilibet circulus maior deberet dici circulus hemiſperij: q2 omnis talis diuidit ſpheram in partes equales vt dcm̄ eſt ſupra: ꝗ̄ ſunt due medietates: mō medietates ſphere dicunt̄ hemiſperia vt dcm̄ eſt. ꝗ̄ quilibet circulus diuidit ſpheram in duo hemiſperia: et cōſequenter non eſt maior ratio ꝙ oriçō vocetur circulus hemiſperij ꝙ̄ aliquis aliorum circulorū maiorū. ℂ Dicēdum ꝙ lȝ quilibet circulus maior diuidat ſpheraȝ in partes equales: ille tamen partes non ita vere poſſunt appellari hemiſperia ſicut medietates in quas oriçō diuidit celum: nam huiuſmodi medietates ſm̄ veritatem ⁊ ſm̄ iudicium vulgarium appellantur hemiſperia: quia habent diſtinctionē ſenſibilem ex quo altera videtur ⁊ reliqua occultat̄: ideo dicunt̄ hemiſperia quorū vnuȝ eſt viſum ⁊ reliquū occultatum: alie vo medietates celi q̄.ſ. diuiduntur per reliquos circulos maiores non habēt tam ſenſibilem diſtinctionem adinuicem. Etiam q2 alie medietates non tantū cōſiderant̄ ab aſtrologo quantuȝ he medietates in quas diuidit̄ celum ab oriçonte: ideo iſte ꝑncipaliter dicitur hemiſperia: ⁊ per idē oriçon circulus hemiſperij.

Eſt autem duplex orizon. Dicit̄ oriçōtē quoniam aliquis eſt rectus ⁊ aliquis obliquus. Oriçon rect⁹ facit ſpheram rectam: ideo quicūq; habet oriçōteȝ rectū hēt ſimilit̄ ⁊ ſpheram rectam vt dicit Auctor. Et ſunt illi qui habitant ſub equinoctiali. Quibus vero polus eleuatur ſuper oriçōtem: habent oriçontē obliquū ⁊ ſpheram obliquā. Hec declarata ſunt in ꝑmo hui⁹ in parte de ſphera recta ⁊ obliqua. Qui nāq; non ſunt ſub equatore diei habēt latitudinē hoc eſt çenith eorū diſtat ab equinoctiali: que diſtantia latitudinalis ꝑcipitur ꝑ eleuationeȝ poli ſupra oriçontē deprehēditur: qd̓ ideo fit q2 latitudo ciuitatis ⁊ poli altitudo ſupra oriçontem ſunt equales: vt ꝓbat Auctor. ℂ Circa iſtam partem dubitat̄ ꝑmo circa diuiſionem oriçōtis: videtur enim ꝙ nō ſit duplex oriçon: ſed vnus tm̄. Celū nanq; non hēt niſi duo hemiſperia vt patet: ſicut qd̓libet totū non habet niſi duas medietates. Sȝ oriçon diuidit celum in duo hemiſperia vt dictum eſt: ergo non eſt niſi vnus oriçon: ſi nāq; eſſent duo: eſſent quatuor hemiſperia qd̓ eſt falſum ⁊ impoſſibile. ℂ Secundo videtur ꝙ ſint plures: quot .n. ſunt loca terre: tot ſunt oriçōtes: ſed loca ſunt infinita: quare oriçontes ſunt infiniti: nō igitur eſt rectus ⁊ obliquus ſoluȝ. ℂ Oppoſitum vult Auctor ⁊ omnes ph̄i ⁊ aſtrologi: ⁊ eſt ſententia diuulgata ꝙ oriçon eſt duplex .ſ. rectus ⁊ obliquus. ℂ Rñdetur ꝙ oriçō ꝑma diuiſiōe ſui diuidit̄ in rectū ⁊ obliquum ita ꝙ duplex tm̄ eſt oriçon. cui⁹ rō eſt: q2 tot ſunt oriçontes quot modis ſphera ſituari pōt: poteſt autem dupl̄r ſituari. vno mō directe ita ꝙ nullus polorūȝ magis altero eleuet̄: ſed oriçō tranſeat ꝑ vtrūq; eorum. ⁊ talis ſphera dicit̄ recta ⁊ oriçō rectus. Alio mō ſituat̄ oblique: vt ꝙ .ſ. alter polorū ſit eleuatus ⁊ reliqu⁹ depreſſus: ⁊ dicitur ſphera obliqua: cuius oriçon ſub ſe habens vnū polorū: ⁊ alteruȝ ſupra ſe dicit̄ oriçon obliquus: hec autē diuiſio eſt generis in ſuas ſpecies: nam oriçon obliqu⁹ eſt multiplicabilis ſm̄ ꝙ multe ſunt eleuationes polares. ℂ Ad primum argumentuȝ ante oppoſitum dicitur ꝙ lȝ celum non habeat niſi duo hemiſperia: velut qd̓libet totum non habet niſi duas medietates: tamē totū poteſt diuidi in illas medietates diuerſimode .ſ. per longum ⁊ latū vel alio quouis modo: ita celi non ſunt niſi duo hemiſperia: poteſt tamen celum diuidi in illa dupliciter: ſcilicet directe ⁊ oblique: ideo duplex eſt oriçon. ℂ Ad ſecundum iam patet ꝙ ſunt plures oriçontes ſm̄ numerum: duo tamen in ſpecie: ⁊ lȝ ſint plures numero: non tamen infiniti: niſi ſm̄ rationem. Secundū ſenſum autem non quelibet ciuitas habet diuerſum oriçontem ab alia: niſi tantum diſtet ꝙ varietur ſenſibiliter oriçon: non enim per quālibet diſtantiam ſenſibiliter mutatur oriçon: immo loca vicina dicuntur habere eundem oriçontem. ℂ Notandum tamen ꝙ ad omnem mutationem vel variationem que fit in terra quantūcunq; parua variatur çenith: variato autem çenith quocunq; modo mutatur etiam oriçon: quia çenith eſt polus oriçontis: nō tamen ad omnem variationem çenith variatur meridianus: niſi çenith varietur ſm̄ longitudinem. Si autem variet̄ tm̄ ſm̄ latitudinē: non variat̄ meridian⁹: nam ciuitates que ſunt vnius longitudinis diuerſas tamen habētes latitudines: eundem habent meridianū. Ex hoc patet ꝙ oriçontes ſunt infiniti ſm̄ rationem: quia infinita ſunt çenith: cum varientur ad omnē minimā variationē: non tamē ſunt infiniti ſm̄ ſenſum: quia hoc mō nō omnis variatio niſi ſenſibilis variat oriçōtē. ℂ Scd̓o dubitat̄: nō enim videt̄ ꝙ çenith ſit polus oriçōtis: nam polus eſt id ſupra quo mouetur illud cuius eſt polus: hac nāq; rōne dicit̄ polus: quia ſuper eo fixo aliquid mouet̄: ſȝ oriçon nō mouet̄ ſuper çenith: vt patet. ℂ Scd̓o non dantur tm̄ vnius polus: ſed ſunt cuiuſlibet circuli duo poli ſibi oppoſiti: ſȝ oriçon non habet alium polum a çenith: nō igitur çenith eſt eius polus. ℂ Reſpōdet̄ ꝙ polus ſumitur dupliciter: ſcilicet proprie ⁊ improprie: de ratione poli alicuius ꝓprie accepti eſt ꝙ id cuius eſt polus moueatur ſuper illo vel illis polis: ſicut equinoctialis mouetur ſuper polis mundi: ⁊ çodiacus ſuper polis ꝓprijs. Scd̓o requirit̄ ꝙ circulus cuius eſt polus equaliter diſtet ſm̄ omnē eius partē a polo eius vt dictum eſt ſupra. Et tali modo ſumpto polo dico ꝙ çenith non eſt polus oriçontis: quia deficit ei prima cōditio .ſ. ꝙ oriçon nō mouetur ſup̱ çenith vt dicit̄ arguēdo. De ratione autem poli improprie ſumpti eſt ꝙ equidiſtat a circulo cuius eſt polus: ⁊ hec conditio ſufficit: ⁊ hoc mō çenith dicitur polus oriçontis: q2 equidiſtat ab eo. Et per hoc patet ad primum. ℂ Ad ſcd̓m dicit̄ ꝙ poſſumus imaginari punctum oppoſitum çenith: qui erit çenith antipedum: ⁊ ille pūctus eſt poloꝝ alius. ℂ Querit̄ 3° vtrū per eleuationem poli ſupra oriçontem poſſit inueſtigari ⁊ ſciri latitudo ⁊ longitudo regiōis cuiuſlibet loci: videtur ꝙ nō. ꝑmo nihil pōt inueſtigari ⁊ ſciri per aliqd̓ ignotuȝ: q2 ōis noticia fit ex aliquo noto primo poſte⁹. Sed eleuatio poli arctici ſupra oriçontem eſt ignota: nec ꝑciſe ⁊ ſm̄ veritatē pōt ſciri: ſemꝑ enim ſtella ꝑ quā comprehenditur ⁊ inuenitur altitudo poli: apparet altior ⁊ magis eleuata ſupra oriçontem ꝙ̄ vere ſit rōne ⁊ cauſa diuerſitatis mediorūȝ: ⁊ hec diuerſitas non poteſt eſſe nota nec poteſt experimento vel cauſa aliqua inueſtigari: diuerſitas nanq; mediorū in ſpiſſitudine ⁊ raritate: per que multiplicātur radij rei viſibilis: ſemper repreſentat ⁊ demonſtrat viſibile in alio loco ꝙ̄ ſit: ex quo non videtur per radios rectos ſȝ reflexos: ⁊ quanto diuerſitas eſt maior: tanto radij ſunt mag⁹ reflexi: ⁊ magis extra locum demonſtrat viſibile vt patet in perſpectiua: modo nemo ſcit diuerſitatem mediorum per que multiplicantur radij viſuales ipſius ſtelle polaris: quare hoc modo non poteſt comprehendi vere eleuatio poli: nec per eam latitudo loci. ℂ Secundo ex illo nō poteſt inueſtigari loci lōgitudo: ex quo eodē nō ſequitur eadē lōgitudo: nec diuerſo diuerſa: vt manifeſtū eſt. Sed ex eadē eleuatiōe poli nō ſequitur eadē lōgitudo: naȝ oēs qui habitant ſub eadē linea paralella equinoctiali hñt eandē eleuationem poli. ⁊ tamen oēs hñt diuerſos meridianos


⁊ cõſequenter diuerſas longitudines. Similiter ex diuerſa poli altitudine nõ ſequit͂ diuerſa lõgitudo: qꝛ habitantes ſub eodem meridiano lȝ habeant diuerſas eleuatiões poli: omnes tamẽ habent eandẽ vel equalẽ longitudinẽ: vt eſt notũ. Et cõfirmatur quia omnes habitantes ſub eadem linea paraldla equinoctiali. verbi gratia ſub tropico Cancri: habent dies equales: ⁊ conſequenter equalem altitudinem poli: ⁊ tamen diuerſas lõgitudines. Similit͂ qui ſunt ſub eodem meridiano habent magnam dierum artificialiũ diuerſitatẽ: quare diuerſitatẽ quoqȝ eleuationis poli: quanto enim polus eſt altior ſupra oriſontẽ: tanto ſunt eſtiui dies lõgiores: ⁊ hyemales breuiores: ⁊ tamẽ habent lõgitudinem equalẽ: nõ igit͂ per eleuationem poli inueſtigari põt longitudo regionis vel loci. ℭ Oppoſitũ vult Auctor ⁊ omnes Aſtrologi ꝙ per poli eleuationem inueſtigat͂ ꝓcipue latitudo regiõis: qꝛ ſunt equales vt dicet. Et etiam aliquo mõ lõgitudo vt patebit. ℭ In hac q̄ſtiõe eſt ſciẽdum ꝙ eleuatio poli ſupra oriſõtem eſt arcus meridiani interceptus inter oriſõtem ⁊ polũ mundi arcticũ: quia polus arcticus eleuat͂ in his habitatiõibus ſeptẽtrionalibus. in parte vero auſtrali eleuat͂ polus antarcticus: patet: qꝛ eleuatio poli eſt diſtantia eius ab oriſõte: diſtantia autem mẽſurat͂ per lineam minimam vt dictũ eſt: ſed inter polũ ⁊ oriſõtem nõ põt minor linea trahi q̄ȝ meridiani portio: ex quo ſupra oriſontẽ cadit ꝑpendiculariter: cũ meridianus tranſeat ꝑ polum oriſontis. ſ. ſenith vt dictũ eſt: quare patet ꝙ eleuatio poli eſt arcus meridiani inter polum ⁊ oriſontem. Latitudo võ regionis eſt arcus meridiani interceptus inter ſenith ⁊ equinoctialẽ: patet ꝑ idẽ: quia latitudo eſt diſtantia ab equinoctiali ⁊ appropiquatio ad polũ arcticũ: mõ non põt ſumi hec diſtantia ꝑ breuiorẽ lineam q̄ȝ ꝑ arcuȝ meridiani: qui cadit ſup equinoctialẽ ꝑpẽdiculariter: cum tranſeat ꝑ polos mũdi: quare patet. ℭ Lõgitudo autẽ loci eſt portio circuli paraldli equinoctiali inter ſenith ⁊ circulũ tranſeũtẽ per occidẽtẽ verũ: ex q̄ aſtrologi incipiunt habitationẽ: patet quia portio hec habet vicẽ equinoctialis. ℭ Scõo eſt notandum ꝙ phi ⁊ aſtrologi nõ ſunt cõtrarij alio mõ conſiderando longitudinem ⁊ latitudinẽ celi: Phi namqȝ vt Ariſto. 2° de celo dicũt ꝙ lõgitudo celi eſt a polo ad polũ. latitudo vero ab oriẽte ad occidẽtẽ. Cuius ratio eſt: qꝛ Phi cõſiderant differẽtias poſitiõis in celo: mõ ſm hanc cõſiderationẽ lõgitudo eſt a polo arctico ad antarcticum ⁊ econuerſo: a quib⁹ trahit͂ axis que fixa eſt: ⁊ ſup qua mouet͂ celuȝ: cui⁹ vna extremitas eſt ſurſum: alia deorſuȝ: lõgitudo autẽ ſumit͂ a ſurſum in deorſuȝ ⁊ ecõuerſo: vt patet in homine. Latitudo võ a dextro in ſiniſtrum ⁊ ecõuerſo. dextruȝ aũt in celo eſt pars oriẽtis ex qua icipit motus: ⁊ occidẽs ſiniſtrũ: quare latitudo eſt ab oriẽte i occidẽs ⁊ ecõuerſo. ℭ Aſtrologi võ dicũt cõtrariũ: qꝛ nõ ꝯſiderãt differẽtias põnis: ſed habitationẽ terre ⁊ motũ celi. Rõne habitationis in terra lõgitudo eſt ab oriẽte in occidẽte: latitudo võ a ſeptẽtriõe ad auſtrũ. Cui⁹ ratio quia lõgitudo eſt maior latitudine: ſȝ habitatio in terra q̄ eſt ab oriẽte ad occidẽs eſt maior q̄ȝ ea que eſt a polo ad polum vt ſupra patuit: q̄re rõnabilr ꝓma dicit͂ lõgitudo. ſcõa võ latitudo. ℭ Secũdo rõne motus: duplex eſt enim motus aſtrorum: vnus eſt ab oriẽte in occidẽs ⁊ ecõuerſo qui dicit͂ motus lõgitudinis. ſcõs motus eſt a polo v̄ſus aliũ polũ qui ſcȝ eſt inter duos tropicos: ⁊ dicitur motus planetarum latitudinis: ex quo hec dimẽſio que eſt inter tropicos eſt minor q̄ȝ ea q̄ eſt ab oriente in occidens. ℭ His ſtantibus dico primo ꝙ latitudo regiõis ⁊ poli eleuatio ſupra oriſõtem ſunt equales: ꝓbatur. nam qui ſunt ſub equinoctiali: ex quo habẽt ſenith in eo: nullam habent latitudinẽ: nec etiam poli eleuatiõem: ex quo vterqȝ polorum eſt in oriſõte: deinde quãto aliquis remouetur ab illo loco verſus ſeptentriõem: tãto ſenith eius remouetur ab equinoctiali verſus polũ arcticũ: ⁊ equalit͂ polus dictus eleuatur ſupra oriſõtẽ. Qȝ õ demõſtrat͂. Sumpto nãqȝ coluro diſtinguente ſolſtitia in q̄dem ꝓbatur qõ in meridiano: cum bis in die ſimul iungantur ⁊ ſint idem. Oriſõ A b. in eo ſcribatur: cui⁹ polus ⁊ ſenith c. ſit quoqȝ equinoctialis d e. ⁊ polus arcticus f. Quia igitur oriſon diuidit ſpheram in duas partes equales: ⁊ ſenith eſt polus ei⁹: eſt arcus c b. quarta circuli coluri. Eadem ratione erit arcus d f. quarta circuli: cuȝ equinoctialis equidiſtet a b vtroqȝ polo: quarte autẽ eiuſdẽ circuli ſunt eq̄les: q̄re q̄rte c b. ⁊ d f. ſũt eq̄les adinuicẽ: a q̄bus dẽpto arcu cõi c f. reſtãt arcus c d. ⁊ f b. eq̄les ꝑ cõem cõceptiões ꝓmi. Euclidis: q̄rũ ꝓor eſt diſtantia a ſenith ab equinoctiali ſeu latitudo ciuitatis. ſcõs võ eſt poli altitudo ſupra oriſõtẽ: qõ eſt intẽtũ. ℭ 2° dico ꝙ ꝑ altitudinẽ poli ſup oriſõtẽ põt inueſtigari ⁊ ſciri latitudo loci: patet. nam vnũ eq̄le põt ſciri ꝑ reliquũ q̄: ſcilȝ ad eq̄litatẽ ⁊ quãtitatẽ: ſed eleuatio poli ſup oriſõtẽ ⁊ latitudo ciuitatis ſunt eq̄les vt ꝓbatũ eſt: ḡ latitudo põt ſciri ꝑ poli eleuatiões. Et iõ canões inſtrumentorũ docent inuenire latitudinem loci per eleuatiõem poli: ⁊ hoc mõ faciliter inuenitur: licet poſſit ecõuerſo inueniri. ſ. poli altitudo per latitudinem loci: quod qualiter fiat nõ eſt preſentis doctrine. ℭ 3° dico ꝙ per altitudinem poli ſupra oriſõteȝ põt inueſtigari ſitus meridiani regiõis: cuius eſt altitudo: pȝ. nam ſcita eleuatione poli ſcitur ortus ⁊ occaſus ſolis: nã in diuerſis eleuationibus ſunt diuerſa loca ortus ⁊ occaſus tã ſolis q̄ȝ aliorum ſideruȝ: ꝓpter diuerſaȝ depreſſionẽ oriſõtis ſub polo vel eiuſdẽ eleuationẽ. Scito aũt loco ortus ⁊ occaſus ſcitur locus medij celi: ⁊ per conſequens ſitus meridiani. ℭ Quarto dico ꝙ per ſolam poli altitudineȝ nõ põt inueſtigari longitudo ciuitatis: patet per ſcõm argumentum ante factũ oppoſitũ: qꝛ ex eadẽ eleuatiõe nõ ſequitur eadẽ lõgitudine: nec ex diuerſa diuerſa vt ꝓbatũȝ eſt. ℭ Quinto dico ꝙ ſine notitia eleuatiõis poli nõ põt inueſtigari lõgitudo ciuitatis: pȝ. nã cum lõgitudo inueſtiget͂ per tempus apparitiõis eclipſis Lune: opȝ cum h̄ ſcire q̄ȝtitatem diei artificialis ⁊ noctis in loco cuius inueſtigatur longitudo: ad h̄ vt poſſit fieri comparatio inter numeros horarum huius loci ⁊ alterius in quo fit obſeruatio: hoc autem nõ põt ſciri nec fieri niſi ſciatur eleuatio poli: quia in diuerſis eleuatiõibus diuerſimode variantur dies artificiales ⁊ noctes q̄ ad lõgitudinem ⁊ breuitatem ⁊ quantitatem horarũ. vnde ſi ſint duo loca vnius longitudinis: tamẽ prius orit͂ ſol in vno q̄ȝ in alio ſolũ diuerſa eleuatõe poli exiſtente cauſa. nam ſol exiſtens in ſignis borealibus citius orit͂ in loco in q̄ polus plus eleuatur: ⁊ tardius occidit. Exiſtens vero in ſignis meridionalibus econtra ſe habet quia tardius oritur ⁊ citius occidit: ideo in locis maioris eleuatõis poli dies eſtiui ſunt longiores ⁊ hyemales breuiores quaȝ in locis in quibus minus eleuatur polus. ℭ Ad argumẽta ante oppoſitum rñdet͂. Ad primuȝ: ꝙ diuerſitas




diuerſitas medioꝝ in aſtris nõ facit ſenſibilem errorẽ: vt nõ poſſet inueſtigari altitudo polaris. nam in diuerſis tem-poribus ⁊ diuerſis qualitatibus aeris cõprehẽſum eſt ſtel-lam polarẽ habere eandẽ ſemꝑ altitudinẽ. Nec medium facit aliquã diuerſitatẽ. ¶ Ad ſcðm cum confirmatione reſponſũ eſt. nam nihil aliud ꝓbat niſi ꝙ per ſolam poli altitudinem non põt inueſtigari longitudo ciuitatis ⁊c̃.

Dicto de ſex circulis maiorib⁹.

¶ Poſtq̃ʒ Auctor in precedẽtibus caplis egit de ſex cir-culis maioribus ex qbus ſphera mãlis cõponit ⁊ celeſtis cõponi imaginat: hic determinat ſil' de q̃tuor minoribus. Circa qð duo facit primo nãqʒ declat dictos circulos. 2° determinat de diuiſione celi ⁊ terre per circulos iſtos. ibi L. Notandũ etiam ꝙ q̃tuor paralelli minores. J Notãdũ primo ꝙ ꝑma pars declaratione nõ idiget ſed exẽplifica tiõe. Eſto ſphera A b c d. Equinoctialis b d. ſupra polos mundi a ⁊ c. zodiacus e f. cui⁹ poli g. ⁊ h. Sphera nãqʒ ↄtinue mouet motu diurno: vt po d. veniat i b. rediẽs iteꝝ i d. in reuolu-tiõe cõpleta ſup polis mũ di a ⁊ c. notũ eſt ꝙ prim⁹ pũctus Can cri f. qui iter omnes ptes



zodiaci maxime vergit ad boream deſcribet circulum imaginariũ f i. eq̃diſtantẽ a polo arctico a. q deſcribi ima ginat a ſole exñte i illo pũcto maxime declinãte ⁊ ꝓpiquo polo Aquilonari: ⁊ eſt vltim⁹ circul⁹ quẽ deſcribit ſol mo tu raptꝰ: vltim⁹ qdẽ verſus polũ arcticũ. Et noiat circul⁹ ſolſtitij eſtiualis ex quo deſcribit a ſole exñte i ſolſtitio eſti uali. ¶ Scðo noiat tropicus Cãcri. Tropicus quideʒ a tropos qð ẽ vl ſignificat ↄuerſionẽ: qꝛ ide ⁊ ab illo loco ſol īcipit ↄuerti ⁊ remoueri a nr̃o hemiſperio ad hemiſperiũ inferius: ↄcũ ꝑus ↄtinue appropiquauerit nobis. ¶ Notã-dũ ꝙ ꝑ hemiſperiũ ſuperius ⁊ inferius nõ itelligo ſphere medietates diuiſas per orizontẽ ſicut aliqb⁹ poſſet videri: qꝛ nõ eſſet ad ꝓpoſitũ nec verũ quod hic dicit Auctor: ſʒ medietates ſphere diuiſas ꝑ equinoctialem: vt medietas q̃ ab eq̃nocti ẽ borealis dicat hemiſperiũ ſuperi⁹: qꝛ ei⁹ ma ior pars eſt ſupra orizontẽ: ex quo polus arctic⁹ eleua tur ſupra orizontẽ in hoc nr̃o ſitu. Medietas vo reliq̃. ſ. meridionalis dicat hemiſperiũ inferius: qꝛ eius maior po eſt cũ polo antarctico ſub orizonte. Quia igit ſol ↄtinue ad polũ arcticũ appropinquabat vſqʒ ad ꝑncipiũ Cãcri: inde vo incipit remoueri ⁊ cõuerti: merito circulus ille di cat cõuerſio ⁊ tropicus Cancri qꝛ deſcribit a ſole in Can cro exiſtente. Diffinit nãqʒ hic circulus ſolſtitij eſtiualis: vel tropicus eſtiualis: ſeu tropicus Cãcri: ꝙ ẽ circulus mi nor deſcriptus a ſole exñte in principio Cãcri: dicit circu lus minor ad drĩam maioꝝ. ſcðo dicitur deſcriptus a ſole ad drĩam circuloꝝ arctici ⁊ antarctici: qui deſcribuntur a polis zodiaci. Dicit tertio a ſole exñte in principio Cancri ad drĩam tropici Capricorni: qui etſi deſcribat a ſole: non tñ exiſtente in principio Cancri ſed Capricorni. ¶ Scðo in hoc eodẽ motu diurno E. punctus zodiaci q eſt initium Capricorni maxie declinãs ad polũ antarcticũ c. veniet in k. ideo ſol exiſtens ibi deſcribet circulũ e k. qui eſt vltimus deſcriptus a ſole vſus polũ meridionalẽ. Et dicit circulus ſolſtitij hyemalis: qꝛ eſt i ſolſtitio hyemali: vel factus eſt a ſole exiſtẽte in ſolſtitio hyemali. Dicitur 2° tropicus Ca-pricorni: qꝛ unde ſol cõuertit ⁊ incipit appropinquare ad nos. Ideo diffinit ꝙ eſt circulus minor deſcriptus a ſole in ꝑncipio Capricorni: ⁊ patet. ¶ Tertio polus zodiaci g. mouet circa a. polũ mundi arcticum deſcribendo circulũ g l. eq̃diſtantẽ ab eodeʒ polo: qui dr̃ circulus arcticus: qꝛ a polo zodiaci arctico deſcribit vel qꝛ eſt circa polum mũdi arcticũ. Nã ſicut alter poloꝝ mũdi dicit arcticus: ⁊ reliquus antarcticus ita noiant poli zodiaci: arcticus qui dẽ dicit qui eſt ꝓpinquus polo mũdi arctico: ⁊ antarcti-cus ꝓpinquus polo mũdi antarctico ⁊ nõ tñ hoc eſt ve-rũ de polis ſed de medietatib⁹: ſicut enim altera medietas diuiſa per equinoctialẽ dicitur ſeptentrionalis: ⁊ qð eſt in ea hẽt declinationem ſeptentrionalẽ. Reliqua medietas dicit meridionalis ⁊ aſtrũ exñs in ea hẽt meridionalẽ de-clinationẽ: ita vna medietas ſphere diuiſa ꝑ eclipticã dr̃ ſe ptẽtrionalis: ⁊ ſtella exiſtẽs in ea hẽt ſeptẽtrionalẽ latitu-dinẽ: altera vo dr̃ meridionalis: in qua aſtrum hẽt latitu dinẽ meridionalem. Eſt igit circulus arcticus circul⁹ mi nor deſcript⁹ a polo zodiaci arctico. Et per hoc differt ab vtroque tropico ⁊ circulo antarctico. ¶ Quarto polus zodiaci h. mouetur circa polum antarcticũ c. deſcribendo circulũ h m. eq̃lẽ priori: ⁊ eq̃diſtantẽ a polo c. ⁊ dr̃ circul⁹ antarcticus: qꝛ ſcribit a polo zodiaci antarctico. Uñ pʒ quot ſũt circuli minores: qui ſunt ⁊ quare ſunt. ¶ Scðo eſt notãduʒ ꝙ declinatio maxima ſolis ⁊ diſtantia alteri-us poli zodiaci a polo mũdi. ſ. a ſuo cõpari ſunt eq̃les. Sit nãqʒ l coluro polus arctic⁹. A ſupra quo eq̃nocti b e. ⁊ zodiac⁹ d e. cuius pol⁹ f. ⁊ circulus ar ctic⁹ f g. dico arcũ b d. qui eſt maxia de clinatio ſolis eſſe eq̃lem ar cui a f. diſtã tie: ſcilʒ poli zodiaci a po lo mũdi. Nã arc⁹ b a. ⁊ d f. eq̃ ſũt q̃r te eiuſdẽ cir culi: ſũt ad i-nicẽ eq̃les:




a quib⁹ ablato arcu vtriqʒ cõmuni d a. per cõeʒ cõceptio nẽ animi ꝑmo elmẽtorũ reſtãt equales arc⁹ b d. declinatio maxia ſolis: ⁊ a f. diſtãtia poli zodiaci a polo mũdi. Sed qꝛ tropicus deſcriptus eſt in puncto d. equidiſtans ab eq̃ tore: ⁊ circulus arcticus l pũcto f. ſequit ꝙ equalis ẽ diſtã tia tropici ab eq̃noctiali ⁊ circuli prefati a polo mũdi. Sʒ qꝛ ſupra oſtenſum eſt duas maximas ſolis declinationes eſſe equales adinuicẽ: ⁊ eis ſunt equales ambe diſtãtie po loꝝ zodiaci a polis mũdi: ſeqt ꝙ vterqʒ tropicoꝝ ab eq̃-tore: ⁊ vterqʒ circuloꝝ quos faciunt poli zodiaci a polis mundi equaliter diſtent. ¶ Tertio eſt notãdũ ꝙ cũ ar-c⁹ b d. q oñdit maximã ſolis dclinationẽ: ſit ex ſnia Ptol. 23. g̃. 51. m̃. Et arcus a f. eſt eq̃lis ei vt dictũ eſt: ſcilʒ. 23. g̃. 51. m̃. ⁊ cõſequẽter arcus a g. qꝛ polus mundi eſt centrum circuli arctici f g. cõiunctis igit ſimul his duobus arcu-bus eq̃lib⁹ reſultabit aggregatũ ex. 47. gradib⁹. 42. m̃. ⁊ dẽptis ex tota quarta coluri b a. que eſt. 90. graduum re-ſtat pars coluri d g. iter tropicũ Cãcri ⁊ circulũ arcticũ q̃

eſt.ğ.42.m̄.18.que qdem fere eſt dupla ad arcum b d. maximam ſolis declinationē: vel ad arcum a f. diſtātiam poli ʒodiaci a polo mundi: quorum quilibet eſt.23.ğ.51.m̄. vt dictū eſt dicit̄ aūt fere dupla: quia nō eſt vere dupla: nihil enim eſt vere duplum ad.ğ.23.m̄.51. niſi gra.47.m̄.42. modo iſte arcus nō eſt p̄ciſe tantus: ſed parū minor: quia gra.42.m̄.18. ideo eſt fere duplus ⁊ nō vere duplus. ¶ Quarto notādum ꝙ iſti quatuor circuli minores de quibus modo actū eſt ⁊ equinoctialis dicuntur quinque circuli paralelli: quia ſi ex illis accipiant̄ duo quoſcunq̄ contingit illi ſunt vere paralelli ⁊ equidiſtātes adinuicē comparati ſecūdū omnē partē v.g. tropicus Cancri diſtat ab equinoctiali gra.23.m̄.51. vndiq̄: ⁊ circulus arcticus diſtat a tropico Cancri ex omni parte gra.42.m̄.18. hoc modo dicuntur paralelli ⁊ equidiſtantes: nō autem omnes adinuicē cōparati hoc eſt quātum vnus diſtat a ſibi ꝑpinquo: tātū ab hoc diſtat qui ɔſiter ſe h̄z: q2 h̄ patuit eſſe falſum. Tropicus eni Cancri diſtat ab equatore gra.23.m̄.51. ſed circulus arcticus a tropico multo plus diſtat quia fere in duplo: diſtat nāq̄ gra.42.m̄.18. vt declaratū eſt. ¶ Circa ea que dicta ſunt dubitat̄ p̄. quia nō videt̄ ꝙ ſint q̄tuor circuli minores: nam tropici non ſunt circuli minores. ğ nō ſunt q̄tuor ſed tm̄ duo. ꝓbat̄ añs. oēs enī circuli minores ſunt equales: ſicut oēs circuli maiores ſunt equales ſi eni eſſet aliquis circulus minor eqnoctiali ʒodiaco vel alio circulo maiori: nō eēt maior vt dictum eſt. ſed tropici non ſunt equales alijs duobus circulis deſcriptis a polis ʒodiaci immo maiores eis vt patet. ğ nō ſunt minores. ¶ Scdo mediū exñs inter duo extrema denoiationem accipit ab illo extremo cui magis appropinquat ⁊ cū quo magis cōuenit: ſed dicti tropici magis appropinquant ⁊ cōueniūt cū maioribus q̄ȝ cū minoribus: magis appropinquant in quātitate: q2 minus excedunt̄ a maioribus q̄ȝ excedāt minores: vt notū eſt. ğ magis ſunt maiores q̄ȝ minores. Et cōfirmat̄ quia ſunt ꝑpinquiores in ſitu eqnoctiali q̄ȝ illis circulis polaribus q2 ſicut dictū eſt: diſtantia inter eqnoctialē ⁊ tropicos eſt fere ſemidupla ad diſtantiā que eſt inter tropicos ⁊ circulos alios minores: modo quanto aliq̄s circulus in ſphera paralellus eſt propinquior equinoctiali: tanto eſt maior. ğ tropici magis ɔueniunt cum maioribus q̄ȝ cū minorib⁹. ¶ Tertio videt̄ ꝙ nullus ſit circulus minor in ſphera: q2 circulus minor eſt quo nō dat̄ minor ſicut maior eſt quo non dat̄ maior: ſed quocunq̄ minori circulo eſt dare minorem in ſphera: pōt enim dari minor circulo arctico vel antarctico: quare ⁊c̄. ¶ Oppoſitū vult Auctor ⁊ alij aſtronomi ponentes tm̄ q̄tuor circulos minores in ſphera. ¶ Ad hāc q̄ōnē dōm ſicut in principio huius ſcdi dictū eſt: ꝙ circuli in ſphera deſcripti ſunt tm̄ duplices. ſ. maiores ⁊ minores: cuius rō eſt: quia circuli diſtinguunt̄ ob duas ꝓprietates oppoſito mō ſe hn̄tes quas hn̄t. p̄ma nāq̄ circulorum ꝓprietas eſt diuidere ſpherā in duo equalia vel in portiones ⁊ partes inequales. Scda eſt trāſire per cētrū ſphere vel extra centrū. Et ſiquidem circulus diuidat ſpherā in duas partes equales vel trāſeat per cētrū ſphere eſt maior: ſi vero hēat oppoſitas conditiones. ſ. ꝙ nec diuidat ſpherā in duo media nec conſequēter trāſeat p cētrū: dicit̄ circulus minor: hec enī eſt tota rō qua dicat̄ circulus maior vel minor: q2 de eis cōſiderant̄ huiꝰ ꝓprietates: que faciunt in ſphera. ¶ Quo ſtante dico ꝙ ambo tropici ſunt circuli minores. Illi nāq̄ ſunt circuli minores qui nō diuidunt ſpherā in duo equalia ſed in portiones: nec tranſeunt per centrū: vt dictū eſt. Sed duo tropici ſunt huiꝰ vt p3. quare. ¶ Scdo dico ꝙ ſunt quatuor circuli minores: tot enim ſunt: quot ſunt circuli diuidētes ſpherā in partes inequales: ſed huiꝰ ſunt quatuor: duo. ſ. tropici ⁊ duo circuli deſcripti per polos ʒodiaci. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio dico ꝙ nō ſūt plures quatuor: quia tot circuli minores imaginantur in ſphera: quot habēt vtilitatem in ea ⁊ officium aliquod: quia propter iſtā cauſam imaginant̄ vt ſupra dictum eſt. modo nō eſt aſſignare aliam vtilitatē: ſi ponatur alius circulus minor in ſphera preter quatuor predictos: ſicut nō eſt aſſignare aliū circulum maiorē preter ſex: quare tātū quatuor ſunt circuli minores. ¶ Ad argumēta ante oppoſitū reſpondetur. Ad primū negatur ꝙ tropici nō ſint circuli minores. Et ad ꝓbationē quādo dicitur ꝙ circuli minores debēt eſſe equales ſicut maiores: negatur ſimilitudo: q2 nō per hoc diſtinguuntur: ſed diſtinguunt̄ per diuidere ſpheram in p̄tes equales vel ineq̄les: vn̄ oēs circuli qui diuidunt ſpherā in partes equales ſunt maiores: ⁊ qui diuidunt in p̄tes inequales ſunt minores: nec requirit̄ ꝙ ſint equales circuli minores ſicut nō eſt ratio ꝙ circuli dicātur maiores ex eo ꝙ ſunt equales: ſed accidit eis. Ratio autē quare circulis maioribus accidit ꝙ ſint adinuicem equales ⁊ non minoribus eſt ꝓpter ꝓprietates eorū: quia circuli maiores diuidūt ſpherā i partes eq̄les: modo equalitas eſt vniformis: nō eni pōt vnum totum diuidi in partes eq̄les difformiter: ideo oēs circuli diuidētes ſpherā i p̄tes eq̄les ſunt eq̄les adinuicē. Circuli aūt minores diuidūt ſpherā in p̄tes ineq̄les: diuiſio aūt i p̄tes ineq̄les eſt multū difformis ſm̄ ꝙ partiū exceſſus pōt eſſe multū difformis vt p3: ideo circuli minores nō ſunt eq̄les. ¶ Ad ſcdm dōm ꝙ q̄uis tropici magis cōueniāt vel appropinquant eqnoctiali: q̄ȝ alijs circulis minorib⁹ in ſitu ⁊ quantitate: nō tñ ꝓpter hoc debent dici maiores circuli: q2 non eſt hec ratio quare circuli dicant̄ maiores: ſed eſt diuidere ſpheram in p̄tes eq̄les: ⁊ minores diuidere i p̄tes ineq̄les: ⁊ q2 hec ꝓprietas cōuenit tropicis: ideo dr̄ circuli minores. ¶ Ad 3ᵐ dōm ꝙ nō ſunt p̄les q̄tuor circulis minoribus vt ꝓbatū eſt nec datur minor in quātitate circulo arctico vel antarctico: ſed ſi daret̄: oēs eſſent minores quia oībus cōuenirēt ꝓprietates minorum circulorū: quare ⁊c̄. ¶ Querit̄ ſcdo an maxie ſolis declinationes ⁊ diſtantie polorū ʒodiaci a polis mūdi ſint eq̄les: videtur ꝙ nō p̄io: declinatio ſolis exiſtente in ſolſtitio hyemali minor eſt q̄ȝ diſtātia polorū ʒodiaci a polis mundi. ergo ⁊c̄. ꝓbat̄ añs q2 ambe diſtātie polorū ʒodiaci a polis mundi ſunt eq̄les declinationi ſeptētrionali: ſ3 declinatio ſeptētrionalis eſt maior q̄ȝ meridionalis: p3 quia aux eſt in p̄n⁹ Cācri ⁊ oppoſitū ei⁹ in p̄n⁹ Capricorni. Sol aūt in oppoſito augis eſt ꝓpinquior terre vt 3⁹ Almag. q̄re etiā ꝓpinquior equinoctiali: ſuperficies aūt circularis ʒodiaco et equinoctialis ſe interſecāt in cētro terre. cū ğ declinatio ſeptētrionalis ſit maior q̄ȝ auſtralis: p3 ꝙ diſtātia predicta polorū etiam ſit maior declinatione meridionali: q̄ñcūq̄ eni vnū eq̄lium maius eſt aliquo tertio: ⁊ reliquū equaliū etiā maius eſt illo: per cōmunē animi cōceptionē. ¶ Scdo: nulla eſt diſtantia polorū ʒodiaci a polis mūdi: quia nō reperiunt̄ poli ʒodiaci. ğ diſtantia non eſt eq̄lis declinationi: p3 ɔña: q2 q̄ nō ſunt nō ſunt eq̄lia: ⁊ eni eq̄le ꝑſuppōit eē: ⁊ ꝓbat̄ añs. nā poli ſunt imobiles: iō p̄icta q̄ mouent̄ nō pñt eſſe poli: ſ3 poli ʒodiaci mouent̄ (vt dicit Auctor) circa polos mūdi deſcribēdo circulos minores. ğ nō ſunt poli: ⁊ ɔſiter nō eſt diſtātia q̄re ⁊c̄. ¶ 3ᵉ a polo ʒodiaci ad ʒodiacū nō eſt q̄rta circuli maioris: vt ꝑſupponit Auctor ad ꝓbādū maximas ſolis declinationes eē eq̄les diſtātijs polorum ʒodiaci a polis mūdi. ğ nō ſunt eq̄les. ꝓbat̄ añs q2 cū ʒodiacus hēat latitudinē.12. graduū vt dictū ē: linea i medio ʒodiaci eq̄diſtat a polis ei⁹: ⁊ ɔſiter inter eam ⁊ polos eſt 4ᵃ circuli maioris: ğ inter ʒodiacum ⁊ eius polos eſt minus quarta circuli: minus dico ſex gradibus quare ⁊c̄. ¶ Oppoſitū vult Auctor ⁊ omnes aſtrologi velut mathematice

matice ꝓbatū eſt in textu. ¶ Pro ſolone huius q̄ōnis eſt notandū ꝙ zodiacus accipit̃ dupliciter. vno modo ꝓprie ꝓ circulo maiori in ſphera habente latitudinē duodecim graduū: quo modo dicimus ꝙ oēs planete mouent̃ ſub zodiaco. Alio mō ſumit̃ minus ꝓprie pro linea diuidente zodiacū per mediū eius in latitudine: vt ꝙ ſex gradus reſtant ex vna parte ⁊ ſex ex alia: ꝓcedente in tota longitudine zodiaci: ⁊ hec eſt linea ecliptica: que eſt circulus maior nullā hñs latitudinē: ⁊ hoc modo dicimus ſolē eſſe in zodiaco: quia ſemꝑ eſt ſub hac linea: ideo ſolet dici via ſolis: de hoc ſupra dictū eſt: dum agebat̃ de zodiaco. ¶ Hoc ſtante dico p̄ ꝙ accipiēdo zodiacū ꝓprie pro circulo maiori habente latitudinem: maxime ſolis declinationes non ſunt equales diſtātijs poloꝝ zodiaci a polis mūdi: immo minores: hoc patet per tertiā rōnē ante oppoſitū: q2 arcus coluri interceptus inter eqnoctialē ⁊ ꝑncipiū Cācri. ſ. vſq3 ad lineā terminātē zodiacū ſ3 latitudinē minor eſt ſex gradibus vt dictū eſt. ¶ Secūdo dico ꝙ accipiēdo zodiacū improprie. ſ. pro ecliptica maxima declinatio zodiaci ab equinoctiali equalis eſt diſtātie poli zodiaci a polo mundi: hoc patet manifeſte: ⁊ in tex. demōſtratū eſt per rōnē geometricam: ⁊ hoc modo intelligit Auctor zodiacū ⁊ etiā cuncti aſtrologi: qḋ patet: quia inde accipiūt maximā ſolis declinationē: cū igit̃ ſemꝑ ſol ſit in Ecliptica: p3 ꝙ intelligunt maximā declinationem Ecliptice ab equatore diei. ¶ Ad rōnes ante oppoſitū. Ad primā dicit̃ ꝙ l3 circulus ſolis ſit eccentricus: ⁊ qñ ſol eſt in maxima declinatione ſeptētrionali ſit in auge: ⁊ dū eſt in declinatiōe maxima auſtrali ſit in oppoſito augis: nō tñ ꝓpter hoc ſequitur ꝙ declinatio ſeptētrionalis ſit maior auſtrali: q2 eccentricus ſolis interſecat equinoctialē ſuper diametrū mūdi: quare anguli hi ſuo interſectiōis oppoſiti ſunt equales. ſ. qui eſt ad ſeptentrionē ⁊ qui ad auſtrū per. 15. primi Euclidis: quare circūferentie que correſpōdent his equalib' angulis ſunt equales per vltimā ſexti Euclidis: nec obſtat ꝙ ſol mouet̃ i ſuo circulo eccentrico: quia declinatio eius accipitur in zodiaco vbi eſt locus eius. Etiā circuli maximarū declinationū ſ. duo tropici imaginant̃ in ꝑmo mobili ⁊ zodiaco nō in orbe ſolis in quo mouet̃: q2 imaginant̃ deſcribi a loco ſolis qui eſt in zodiaco vt dictū eſt. ¶ Ad ſcḋam rōnē dico ꝙ poli zodiaci vere ſunt poli: q2 eis competit ratio polorū. ſ. ꝙ ſint immobiles ⁊ ꝙ ſphera cuius ſunt poli moueat̃ ſuper eis: modo zodiacus mouet̃ ſuper illis vt patet: ſimiliter ſunt immobiles nō oīno immobiles: ſed imobiles eo motu quo mouetur ſphera: poli eni zodiaci nō mouent̃ ad motum zodiaci: licet moueantur motu diurno: ſicut poli mūdi nō mouent̃ ad motū ꝑmi mobilis. Et dato ꝙ de rōne poloꝝ eſſet ꝙ nullo mō mouerent̃: tūc eſt q̄ſtio de nōie: q2 dicimus ꝙ diſtantia ab illis pūctis vſq3 ad polos mūdi eſt equalis maxime declinationis ſolis: ſiue puncta illa ſint poli ſeu nō. ¶ Ad tertiā iam patet reſpōſio: nō eni loquor de declinatione zodiaci ab equinoctiali: ſed de declinatiōe ecliptice que dicit̃ zodiacus improprie vt dictum: ſimiliter licet a zodiaco ad polos eius non ſit quarta circuli maioris: eſt tamen quarta circuli ab ecliptica ad polos.

Notandū etiā ꝙ q̄tuor ꝑalelli.

Quemadmodum ex philoſophis deprompta: eleganti carmine cecinit Ouidius: que deus mundi opifex: optimuſqꝫ archítectus hunc in modum locauit: ⁊ diſſociata locis concordi pace ligauit. Et ex horum elementorum contemperamentis: varie rerum ſenſibilium ſpecies propagãtur: ⁊ cũ ſummus mundi faber mundũ gyro tornando equauit: terram in medio tanqꝫ immobile ſui operis cẽtrum: equali ab extremis equilibratam ſpacio collocauit: perennique quiete firmauit. cetera autẽ agitationi parentia fecit: quãto enim aqua agitabilior terra: tanto aer aqua concitatior: ⁊ ignis aere rapidior: ſed hec phyſicam magis qꝫ aſtronomicam deſiderant operam.

10 Circa autem elemẽtariam regionem: ortus: interituſqꝫ viciſſitudinibus ſubiectam ſupereminet lucidus ether (quod celum ⁊ quintam eſſentiam philoſophi nuncupant) iam ortus: interituſqꝫ expers: cui neqꝫ Auctorem quicqꝫ accedit: neqꝫ diminutionis iniuria detrimẽtoqꝫ: quicqꝫ detrahitur: ſed inuariabili indefluxaqꝫ ſubſtantia ſemper idem manens nomẽ: celeſtes ſpheras (vt Auctoris fert opinio) complectitur: ſe ſe orbiculariter circundantes: eque ſeriem auſpicata a ſphera nobis viciniore: hunc ordinẽ ſunt ſortite. ſphera Lune Mercurij Ueneris Solis Martis Iouis Saturni Firmamẽtum: ⁊ primum mobile. quod quidem primum mobile continue ſupra mundi cardines infra diem ⁊ noctem: ſemel completa reuolutione circa terram cõuertit rotaturqꝫ: eſtqꝫ is motus ab ortu per meridiem ad occaſum tandẽ in ortum recurrẽs: ⁊ primus motus dicit: quẽ equator: equinoctialiſqꝫ circulus medium diuidit: vt linea velociſſime mota.

11 Et primum mobile omnes ethereas ſpheras ſuo ambitu contentas: ſeu infra diem ⁊ noctem (hoc eſt in viginti quattuor horarum interuallo) ſemel circa terram ſuo motu raptat. haud ſecus qꝫ ſi plures teretes pile ſe mutuo claudant: tangatqꝫ conſequenter minor circundantẽ maiorem: maxima earum circũuoluta rotataqꝫ: cetere intercluſe ſimul vnaqꝫ circũuoluent: rotabunturqꝫ: ad ipſius maxime circũuolutionem: ita quoqꝫ ⁊ in ſpheris celeſtibus: ſed huiuſmodi motum inferiores ſphere non per ſe: ſed per alterum poſſident. vtpote qui non ĩ ipſis: ſed in primo mobili exiſtat: ⁊ que ad alterius motum quiqꝫ in altero eſt moueantur: quemadmodum ſedens in naui ad nauis motum impellitur: vehiturqꝫ procul: cum idem in ſe nullum habeat lationis motũ.

12 At inferiorum ſpherarum quelibet (vt Auctoris ſententia eſt) per ſe proprioqꝫ motu per obliquum circulum circa ſuos axes: ſuoſqꝫ polos: primo mobili contrãnituntur: de occidente ad orientem per meridiem: ſe reuocans in occidentem. Obliquus circulus eſt ſignifiſer: quo de poſterior futurus eſt ſermo: neqꝫ quod dictũ eſt ſpheras illas primo motui contranitĩ: idcirco itelligas illorum motuũ contrarietatem aliquã: aut aliquã mouendi difficultatem atqꝫ reluctantiam: quandoquidẽ philoſophis ſit compertum: celeſtes motus adinuicem non eſſe contrarios ⁊ celum ipſum abſqꝫ fatigatiõe reluctantiaqꝫ ⁊ reſiſtentia intemperari: ⁊ quando talis loquendi mos componatur: vt ſphere inferiores cõtrario motu ad primã agitari dicantur: hic certus expetit intellectus: vt idẽ penitus itelligatur: ac ſi plane ſubiectas ſpheras e diuerſo ad primã agitandi modo: intorqueri agitariqꝫ dicamus.

13 Nec adeo obtuſe concipiendũ eſt: quaſi duo motus in ſubiectis: inferioribuſqꝫ ſpheris ſint: vt verbi cauſa: in ſphera ſolis duo: quorum altero de oriente ⁊ occaſum reperiatur in orientem recurrendo: altero vero e diuerſo facto: ab occidente completa reuolutione recurrat in occidentem. nam horum motuum primo per alterũ: atqꝫ per accidens (perinde ac ſedens in naue) mouet: ſecundo vero per ſe: eſtqꝫ horum motuũ primus in primo mobili: ſecundus aũt in vnaquaqꝫ ſubiectarũ ſpherarum proprius atqꝫ peculiaris: nec hos motus difficile imaginabere ſi ſpherulã pilamqꝫ vitream aqua oppleueris: quam ita te verſus agites vt aqua aduorſum te vertigines ducat mox ſenſim vitream pilam ad oppoſitum gyrãdo circũuolues: ⁊ intuebere contẽtam aquam ad pile motum pariter moueri: pariter ⁊ contranitendo vortigines ducẽ. Sed has quidem per ſe: illum autem pile motum per alterum ducit. ergo ꝑ lucentẽ vitream pilam primum mobile: ⁊ per intraclusũ humorem ſubiectas contentas contranitenteſqꝫ ſpheras preſentes animo effingito.

14 Neqꝫ equali tempore ſuos circulos abſoluunt omnes: ſed octaua ſphera (vt Ptolomeo viſum eſt) in cẽtum annis contranitens gradum vnum perficit: quo fieret cũ omnis circulus. 36. ſit partium: vt vnaꝫ octaua ſphera circulationem. 36. millibus annorum ꝑficeret: ducto enĩ annorum cẽtenario per trecẽtas ſexaginta ꝑtes (quas gradus ⁊ numerum circuli dicimus) ſurgit numerus. 36. millium annorum. Et ſphera Saturni ſuum circulũ ambit in treꝫ annis. Sphera Iouis ſuum in duodecim. Sphera Martis ſuũ ĩ ſecũda. Sphera ſolis ſuũ in. 365. diebus ⁊ ſex horis: hoc eſt in vno anno ⁊ quadrante diei: Ueneris ⁊ Mercurij conſimiliter. Et Luna in. 28. diebus fere eundẽ ſigniferum circulũ metitur. Ad recẽtium aſtronomorũ ſicut ⁊ priſcorũ ſententia eſt primum mobile in viginti quatuor horis motuũ ſuum intemperare. Et nonũ mobile cõtranitendo in. 49. millibus annorũ: ⁊ octauã ſpheram motu acceſſus ⁊ receſſus in ſeptem millibus annorũ de quo motu Auctor nihil meminit: que tamen adducit introductione inſtitutioni ſufferre videntur: alia autẽ altius nobis plenius inſtitutis ex alijs ſunt requirenda. Et hec de equalibus motibus quos medios nũcupant intelligenda ſunt: quos qui amplius cognoſcere deſiderant: ⁊ quanto tẽpore perficiantur: equius vtriuſqꝫ numero deprehẽdere valebunt. ſi ſubiectam horum motuũ formulã intuebuntur in qua. S. G. M. 2. 3. 4. 5. 6. 7. ſignificãt ſigna gradus minuta: ſecũda: tertia: quarta: quita: ſexta: ſeptima: ⁊ cũ in loco ſignorum duodecim reperientur: cõpletam peractamqꝫ circulationem deſignant. deprehendantur ergo mõ qui ſequitur: celeſtium orbium equales motus pariter ⁊ tpa.

ℭ Tabula motuum ſpherarum	S	G	M	2	3	4	5	6	7
ℭ Decimū quod ⁊ primum mobile: in hora	0	15	0	0	0	0	0	0	0
Decimum mobile in die	12	0	0	0	0	0	0	0	0
ℭ Nonum quod ⁊ ſcōm mobile: in die	0	0	0	0	4	20	41	17	12
Nonum mobile in anno	0	0	0	26	25	51	9	38	0
Nonum mobile in annis. 49000.	12	0	0	0	4	56	34	0	0
ℭ Aplanes que ⁊ octaua ſphera: in die	0	0	0	0	30	24	49	0	0
Aplanes in anno	0	0	3	5	0	58	5	0	0
Aplanes in annis. 7000.	12	0	0	0	0	12	30	0	0
	S	G	M	2	3	4	5	6	7
ℭ Saturni circus in die	0	0	2	0	35	17	40	21	0
Saturni circus in anno	0	12	13	34	42	30	27	45	0
Saturni circus in annis. 30.	12	7	1	25	22	17	34	57	0
Saturni circus in annis. 29. ⁊ diebus. 163.	12	0	1	21	25	44	1	48	0
ℭ Iouis circus in die	0	0	4	59	15	27	7	23	50
Iouis circus in anno	1	0	10	28	59	59	59	59	10
Iouis circus in annis. 12.	12	4	20	45	46	21	22	1	30
Iouis circus in annis. 11. ⁊ diebus. 314.	12	0	1	24	22	50	57	22	10
ℭ Martis circus in die	0	0	31	26	38	40	5	0	0
Martis circus in annis. 2.	12	22	34	10	27	40	50	0	0
Martis circus in anno ⁊ diebus. 322.	11	0	2	4	44	57	15	0	0
ℭ Solis Veneris ⁊ Mercurij circuli in hora	0	0	2	27	50	49	3	18	4
Solis Veneris ⁊ Mercurij circuli in die	0	0	59	8	19	37	19	13	56
Solis Veneris ⁊ Mercurij circuli in anno	11	29	45	39	12	1	59	45	40
Solis Veneris ⁊ Mercurij circuli in anno ⁊ horis. 6.	12	0	0	26	26	56	19	34	4
ℭ Lune circus in hora	0	0	32	56	27	33	7	57	41
Lune circus in die	0	13	10	35	1	15	11	4	35
Lune circus in diebus. 27. ⁊ horis. 8.	12	0	9	17	14	15	2	45	13


ℭ De celi reuolutione — Caplm. III.

15 ℭ Celum volui ab ortu ad occaſu. Primo indicio ſunt ſtelle quas ſenſim ab oriente (quouſq; medium celi faſtigium teneant) conſcendere videmus: a quo prone continue labuntur ad occaſum.

16 ℭ Secundo ſtelle que nobis non occidunt vt he que circa polum arcticum (qui noſter polus eſt) exiſtūt: quas in totius noctis ſerenitate circa eundem polum gyros ducere perſpicimus: ⁊ eum motum ex orientis parte inchoare: ꝙ autem aſſidue in eadem propinquitate perſeuerant indicium eſt eas non per ſe in ſuo orbe: ſed ad ſui orbis raptum ferri nec iniuria. nam hunc motum a primo mobili poſſident.

ℭ Q᷒ celum ſit rotundum. — Caplm. IIII.

17 ℭ Primo celum rotundum eſt vt mundum archetypū atq; exemplarem quoad fieri poteſt imitetur: in quo diuino exemplariq; mundo neq; principium neq; finis vſquā eſt: ſed omnium principium ipſe idem atq; finis eſt: ita rotunde ſphericeq; figure nuſq; determinatum principium atq; finem reperias: ſed vbiq; principium atq; finis eſſe videtur. ℭ Secundo quia omnium corporum Iſoperimetrorum (hoc eſt equalium circundantium ſuperficierū) rotunda figura capaciſſima eſt. talem autem decuit habere ipſum mundum: vt qui intra ſe omnia contenturus eſſet. ℭ Tertio ſi celū eſſet trilatere: quadrilatere: aut multilatere multa conſequuntur incōmoda: orbem ſcilicet in orbe ſine vacuo eſſe non poſſe: ⁊ circūdatum ab altero corpus ſine locum eſſe: ⁊ orbes inuicē non ſine offenſione: ſectioniſq; iniuria poſſe moueri. hec autem ſequuntur incōmoda ſi primi mobilis concauum: aut alicuius inferiorꝫ conuexum ſphericam ſibi non vendicet figuram: vt ad latus adiecte figure monſtrant.



18 ℭ Quarto rationem Alphagrani adiungit que paruꝫ efficax paruiq; momenti eſt: ꝙ ſi celum laterate eſſet figure: ſtellam ſupra nos exiſtentem nobis propinquiorem eē ⁊ proinde illic nobis ꝙ̃ in ortu maiorē debere videri. At vero eam non oporteret (tametſi ſupra nos exiſteret) nobis propinquiorē ꝙ̃ in ortu ⁊ occaſu eſſe: vt ſi angulus ſupra nos eſſet collocatus: ⁊ belle illam rōnem emendat Auctor ꝙ ſol aut ſtella idcirco ī ortu aut occaſu appareat maior: q: ſit a nobis remotior: elongatior: q: nā terra ad celū perinde vt centrū ad circulū ſeſe habet: a quo oēs recte ad circumferentiā educte ſunt equales: ⁊ molis (collatione ad celum facta) inſenſibilis. quapropter illa diſtātie diuerſitas apparentiam illam nomine facit (eſt enī ea) ſi qua eſt (imperceptа: nulliuſq; momenti) ſed mediorum diuerſitas: dēq;

ſius enim: compactiuſq; medium viſibiles radios: viſibilium q; ſpecies vberius diffundit: reſq; ipſas cogit maiore ſub mole videri. Hinc quoq; flante auſtro res maiuſculas q̄ flante Borea voluit Ariſtoteles appere: ⁊ hinc nummus in plucentis conſpicueq; aque fundo conſpectus maior videt: ſʒ hec ſuſpectiuus potius q̄ aſtronomus digno ret atq; contempletur.

¶ Q; terra ſit rotunda. Caput. V.

19 ¶ Terram eſſe globoſam multis deprehenditur indicijs. Primo ꝙ ſtelle prius orientalioribus q̄ nobis ad occaſum vicinioribus oriantur. ¶ Secundo ꝙ deliquia lune que orientalibus circa horam noctis tertiam apparēt: nobis circa primam nocturnam horam videntur: ꝙ orientalibus prius q̄ nobis illuceſcat dies: pariter ⁊ nox contingat. Horum autem cauſa preter terre tumorem (quo ſe ab ortu ad occaſuʒ in medio interſtitio attollit: eleuatq;) nullam aſſignare poſſumus: ſi enim terra ortum inter ⁊ occaſum plana eſſet: haud prius eois q̄ occiduis orirentur neq; prior illius q̄ nobis illuceſceret dies.

20 ¶ Sed a meridie ad polū terram eſſe rotundam cognoſcitur: ꝙ ad polum habitantibus alique ſtelle vt ſtelle Cynoſure Elices ⁊ Bootis (hoc eſt minoris maioriſq; Urſe ⁊ arcturi) continuo ſemperq; apparent: non autē ijs qui ad equatorem habitando deuergunt. Et contra habitantibꝫ ad arctuʒ alique ſtelle ſemper occultantur vt ſtelle Canopus: que Egyptios ad equinoctium deuergentes clara face illuminat: vt etiam interdiu videri perhibeat: ⁊ horum nullam cauſam aſſignare ꝓ̄ptum eſt: preter terre tumorem inter arctum ⁊ equatorem interceptum: ſi enim terra illic plana: equaliſq; ſupficie eſſet profecto ab arcto ad eq̄torem in eedem ſtelle continuo videnf. hoc itaq; manifeſtum indicium eſt terram a polo ad meridiem globoſam ſpeciem gerere: quare cum deprehenſa itideʒ ſit ab ortu ad occaſum rotunda. cognoſcitur igif in noſtro hemiſperio eſſe rotunda: ⁊ vbicunq; gentium ſit virorum habitatio illud idem de ſuo emiſperio deprehendere liceret: non minus igif aſtruif terram eſſe rotundam.

¶ Q; aqua ſit rotunda. Capl̄m. VI.

21 ¶ Aquam etiam ſphericam eſſe: ſuis deprehenditur indicijs. Primo ꝙ poſito ſigno in littore maris ⁊ medio videndi interſtitio: eodem conſimiliq; modo affecto: oculus in prora naui e abeuntis primum ꝑcipit ſignum mox tantum procedere proculq; abire valebit vt eidem ſigni auferatur obtutus. rurſus autem eidem rudentes aſcendenti: iterum appareat ſignum: mox auferaf eidem: idem tamē de mali ſummitate viſuro. Et hoꝝ cauſa eſt tumor aque: ſi enim plana eſſet: cum res ſub arctiore radio fortius videatur: deberet ſignum potius in prora: q̄ mali ſummitate videri. ¶ Secundo in rebus homogeneis: ſimiliarium q; partium (cuiuſmodi aquam eſſe cognoſcimus) partes ⁊ totam ſimilem natura deſiderant figuram at aque partes rotundam natura appetunt figurā: vt ros ⁊ aque guttule monſtrant: ergo ⁊ aqua. Hec itaq; ſufficientia ꝑ̄ſtant argumenta aquam eſſe rotundam.

Q; terra ſit centrum mūdi. Capl̄m. VII.

22 ¶ Terram in medio tanquam centrum locatam eſſe ſigna declarant. Primo ꝙ ſtelle in ortu: meridie: ⁊ occaſu equali mole eſſe videnf: quaſi ſi terra in meditullio ⁊ celi centrum: ab omnibus celi partibus equidiſtās. ꝙ ſi varietas vlla eſt: collatione tamen ad celum facta: inſenſibilis nulliuſq; momenti putanda eſt. ¶ Secundo ꝙ vbiq; gētium comptum exploratumq; eſt: celi dimidium ſupra ⁊ dimidium infra ſemꝑ haberi: vt equinoctia pleniluniaq; monſtrant: qd̄ minime contingeret: niſi terra in meditullio ⁊ vt mundi centrum ſita eſſet: fieri enim nequiret: ſi terra ad celum vaſtaʒ inſignemq; molem gereret: vt celi medietas continuo videretur. ¶ Tertio ſi terram intelligimus ſuper centrum in duo eque ſectam ⁊ oculum in centro collocari non amplius oculus ille quam celi medium videbit. eſt igitur tumor a terre centro ad eius ambitum (facta quidem ad celum collatiōe) inſenſibilis. ¶ Quarto ꝙ Auctore Alphagrano quelibet ſtella (que viſu notari valet) maior eſt decieſocties terra vt amplius circa fineʒ noſtre commentationis dilucidius apparebit: at ſtella illa quaſi punctus in firmamento lucet. multo igitur valētiore iure terra ad celum collata vt punctus cenſebif: que cum ſit in medio (vt iam oſtenſum eſt) erit ergo terra vt celi centrum.

¶ Q; terra immobilis quieſcat. Capl̄m. VIII.

23 ¶ Hic terre immobilitatem ꝑſeuerantemq; in mūdi medio quietem ꝓponit: qd̄ quidē primo euenit: ꝙ omne graue natura ſuum ſitum circa mundi centrum appetit. cum itaq; terra oīum ſit grauiſſima: maxime quoq; id centrū appetit: quo conſecuto in eo ſitu natura quieſcit: ⁊ cuʒ ab eo nullo pacto (niſi ab eo qui eam condidit) dimoueri diſlocariq; poſſit: iugis ⁊ ꝑſeuerans erit ille ſtatus. res enim a ſuo ſitu: natiuoq; loco non niſi altero dimouente excludunf pelluntur q;. ¶ Secūdo quicquid a medio celi verſus ambitum mouef aſcendit: ſi ergo terra ſtabilis: immo taq; nā nō manet: ſed celi verſus ambitum mouetur: natura aſcēdet: qd̄ omnes cenſebunt impoſſibile. Neq; quidē circa proprium centrum terram poſſe reſolui: fides ex Ariſtotele ſumpta. manifeſtum eſt ergo terram in mundi medio: iugem ſtabilemq; quietem ſibi retinere.

¶ De quātitate abſoluta terre. Capl̄m. IX.

24 ¶ Terre ambitū (inquit) Ambroſij Macrobij Theodoſij ⁊ Eratoſthenis auctoritas demonſtrat: quot ſit ducenta ⁊ quinquaginta duo milia romanorum ſtadioruʒ cōtinens: que vnicuiq; trecentaꝝ ſexaginta partium terre: ſeptingenta tribuendo ſtadio ſurgunt. ſi enim. 360. in 700. duxeris protinus numerus. 252000. naſcitur. Sed quo ingenio philoſophi terre ambitum deprehēderint inſinuat: vt quiſquis ſua opera id experiri valeat ſi lubet. ſuſpenſo enim in nocte ꝑſpicua aſtrorum gnomico: ⁊ ſtella arctica ꝑ vtrunq; foramen pinnaꝝ regule in medio dorſo inſtrumenti iacentis notata: mundi menſores ſtelle notate altitudine notarunt: mox retro calle hanc ſtellaʒ verſus profecti: tantum proceſſere quoad eadem ſtella ꝑ vtrūq; foramen pinnulaꝝ vt prius ꝑſpecta: media dorſum inſtrumenti regula vna parte altius ſteterit: tunc quoq; cognouerunt ſe vnam celi partem: vnumq; gradum confeciſſe: pariter ⁊ terre vnam illi celeſti parti reſpondentem quam menſi ſeptingentorum ſtadiorum eſſe comperunt: ⁊ quia in terre ambitu eidem equales trecente ⁊ ſexaginta habenf partes: cum ambitus circuituſq; omnis trecentas ⁊ ſexaginta partes contineat (quas gradus nuncupant) ideo dictis. 700. in. 360. numerum. 252000. ſtadiorum protinus natum eſſe viderunt: atq; totius terre ambitum ſtadia totidem continentem mox intellexerūt: poſteriſq; ſcriptis demandarunt: ⁊ quiuis ſimili ingenio probare id poſſit: qui quantulumcunq; in gnomicis aſtronomicis fuerit inſtitutus. Et ambitu terrē habito: ſi quis cognoſcere deſiderat quanta ſit terre diametrus (que quidem recta linea eſt ꝑ centrum terre: vtrinq; ad eius circunferentiam erecta) facile ꝑ regulam diametri id cognoſcet: quam vult Auctor eſſe hanc.

26 ¶ Circunferentie viceſima ſecunda pte dempta: reſidui tertia pars eſt diameter. Ut ſi detur circunferentia vt

duorum

duorum ⁊ viginti:dempta vnitate que viceſimaſcđa pars eſt:reſtant vnum ⁊ viginti:cuius tertia pars eſt ſeptem: ⁊ illius circumferentie diametrus. Si ergo cupis diametri terre cognoſcere quantitatē:quere viceſimamſcđam partem circuitus terre partiendo diuidēdoqꝫ.252000.qui numerus eſt circumferentie terre per vigintiduo ⁊ venit numerus.11454.vna ſcđa ⁊ vna viceſima ſcđa quem viceſimeſcđe partis numerum ſubduc a numero ambitus terre.252000.⁊ relinquuntur.240545.⁊ decem viceſimeſecunde: huius ergo reſidui quere partem tertiam ipſum ꝑ tria partiendo: eritqꝫ.80181.ſemis ⁊ ſeptem viceſimeſcđe quam dic iuxta diametri regulā eſſe ꝗſitā terre diametrū cuius ſemidiameter erit.40090.⁊ viginti viceſimeſcđe.

27.¶ At quia ad vſum regule Auctoris opus eſt diuiſione ad viceſimāſcđam partem dicendam:deinde eiuſdem viceſimeſecunde a toto ſubductione: ⁊ iterum ad tertie partis inuentionem:reſidui diuiſione: que laborem numerantibus ingerunt ideo faciliore via: calculoqꝫ breuiori ⁊ diametrum ex circumferentie: ⁊ ex diametro ambitum circumferentiamqꝫ cognoſcere valebimus hoc pacto.¶ Ad cognoſcendā diametrū per circumferentiam: multiplica numerum circumferentie per ſeptē ⁊ diuide per vigintiduo ⁊ naſcetur diametri numerus.¶ Ad cognoſcēdam autem circumferentiā per diametrum: multiplica numerum diametri per vigintiduo ⁊ productū diuide per ſeptē ⁊ circumferentia: ambituſqꝫ proueniet. Et ſi deſideras ſtadia ad miliaria: paſſus: cubitos: pedes: ſextātes: palmos ⁊ digitos reducere: hec notato.

Tabula menſurarum

25 ¶ Digitus	hec mēſurarū minima ſtatuitur							
Palmus	Digitos habet	4	As integrū partes continens		12	Semis	partes	6
Sextans	Palmos habet	3	Deunx	partes	11	Quincunx	partes	5
Pes	Palmos habet	4	Dextans	partes	10	Triens	partes	4
Cubitus	Seſqꝫpes ē:palmos hꝫs	6	Dodrans	partes	9	Quadrans	partes	3
Paſſus	Pedes habet	5	Biſſe	partes	8	Sextans	partes	2
Stadium	Paſſus habet	125	Septunx	partes	7	Uncia	partes	1
Miliarū	Stadia	8						

29.¶ Hec ex Lucio moderato: Cāpanoqꝫ. Et ſi numerum circuitus terre per mediū hoc ē per duo partiris: habes diſtantiā in terra de polo ad polū:⁊ de ortu ad occaſum. Et ſi diametri numerū itidē per duo partiris ſemidiameter terre (que ſuperius poſita eſt) naſcetur ⁊ diſtantia a terre curuatura: circumferentiaqꝫ ad eius centrum: ſiue eam ad digitos: palmos: ſextantes: pedes: cubitos: paſſus: ſtadia: aut miliaria reduceris que cognoſcētibus abacum: facta ꝗꝫ facillima ſunt. Sed nunc alias ponendi diſtantias que ex terre ſemidiametro cognoſcunt: exercitationis gratia ſatis hic opportunus videt eſſe locus: in qua re facienda Alphagranum eiuſqꝫ ſequemur hypoteſes viceſima enim prima ſui aſtronomici differentia: terre ſemidiametrum ponit eſſe miliarum.3250.

30.¶ Et a terra ad globi lune cōcauū interuallum: diſtantiamqꝫ eſſe triceſies ter ſemidiametrū terre: ⁊ dimidium ⁊ viceſimam eiuſdem ſemidiametri.33.vna ſcđa ⁊ vna viceſima.¶ Et a terra ad eius conuexum ⁊ mercurij concauum: interuallum eſſe ſexagies quater ⁊ ſextantem hoc eſt ſextam partem ſemidiametri terre.64.vna ſexta.¶ Et a terra ad mercurij conuexum ⁊ veneris concauum: interuallum centies ſexagies ⁊ ſepties terre ſemidiametrum. 167.¶ Et a terra ad Venera globi conuexum: ⁊ ſolis cōcauum: interuallum millies centies ⁊ vicies terre ſemidiametrum.1120.¶ Et a terra ad ſolaris orbis conuexum ⁊ martis concauum: interuallum eſſe millies ducenties ⁊ vicies terre ſemidiametrum.1220.¶ Et a terra ad Martis conuexum ⁊ Iouialis globi concauum: interuallum eſſe octies millies octingenties ſeptuageſies ſexies terre ſemidiametrum.8876.¶ Et a terra ad Iouis conuexū ⁊ Saturni concauum decieſquater millies quadringenties quinquies terre ſemidiametrum.14405.¶ Et a terra ad Saturni conuexum ⁊ octaui circuli concauum: interuallum eſſe vicies millies: centies ⁊ decies terre ſemidiametrum. 20110.¶ Et a terra ad octaui circuli conuexum ⁊ noni cōcauum interuallum eſſe precedentis interualli duplum. 40220. Ex his colliguntur miliaria horum interuallorū a terra per ordinem hoc pacto.

31 ¶ Tabula interuallorū a centro terre ad concaua ⁊ conuexa globorum celeſtium. 1

Concauum Lune	109037	2
Conuexum Lune	208541	4
Concauum Mercurij	208541	6
Conuexum Mercurij	542750	4
Concauum Veneris	542750	6
Conuexum Veneris	3640000	
Concauum Solis	3640000	
Conuexum Solis	3965000	
Concauum Martis	3965000	
Conuexum Martis	28847000	
Concauum Iouis	28847000	
Conuexum Iouis	46816250	
Concauum Saturni	46816250	
Conuexum Saturni	65357500	
Concauum Octaue Sphere	65357500	
Conuexum Octaue Sphere	130715000	
Concauum Noni orbis	130715000	

32 ¶ Et orbium ſpiſſitudines: craſſitudineſqꝫ ſubducto concaui interuallo ab vniuſcuiuſqꝫ ſui orbis conuexo relinquuntur: que ſunt hoc pacto.

Craſſitudo globi Lune	99504
Craſſitudo globi Mercurij	334209

Craſſitudo globi Veneris	3097250
Craſſitudo globi Solis	325000
Craſſitudo globi Martis	24882000
Craſſitudo globi Iouis	17969250
Craſſitudo globi Saturni	18541250
Craſſitudo globi Octaui	65357500

33 ¶ Duplato cuiuſlibet globi conuexo: facile ex regula diametri celeſtium globorum circuitus circunferentiaſq; elicias hoc pacto.

Circunferentia globi Lune	1310829
Circunferentia globi Mercurij	3411572
Circunferentia globi Veneris	22880000
Circunferentia globi Solis	24922857
Circunferentia globi Martis	181324000
Circunferentia globi Iouis	94273572
Circunferentia globi Saturni	410818572
Circunferentia globi Octaui	821637143

34 ¶ Quo quidem circunferentiarum numero per .360. partito proueniunt miliaria: que vnicuiuſuis globi gradui reſpondent hoc pacto.

Unus gradus circuitus globi Lune	3642
Unus globi Mercurij	9476
Unus globi Veneris	63556
Unus globi Solis	69231
Unus globi Martis	503679
Unus globi Iouis	817428
Unus globi Saturni	1141163
Unus globi Octaui	2282326

35 ¶ Secundũ Eratoſthenis regulã quã Auctor in aſſignanda terre curuatura atq; diametro iſequitur: vni gradui circuitus terre ſm cõputationẽ Romanam rñdẽt miliaria octuaginta ſeptẽ ⁊ ſemis. Scðm autem computationẽ qua Alphraganus: Thebiuſq; vtunt: vni gradui terre reſpondent miliaria quinquaginta ſex cum dodrante hoc eſt ⁊ tres quarte vnius: ⁊ terre circunferentia eſt. 20428. ⁊ quatuor ſeptime: ⁊ terre diametrus. 6500. ⁊ ſemidiametri quantitas. 3250. Quo fit vt Alphagrani miliarium paulominus paſſuum. 1542. continere dep̃hendatur: deeſt ferme vncie medietas hoc eſt paſſus viceſima quarta: quorum paſſuum: miliarium romanũ ſolum mille cõp̃hendit: ⁊ qui predicta interualla atq; diſtantias ad Eratoſthenis: Auctoriſq; miliaria calculata deſideraret: factu per q̃ facile eſt illi qui arithmetico deſtitutus nõ eſt p̃ſidio. Sed de his hactenus: etiam pluſq; par ſit (niſi numerorum amatoribus) dictum eſſe videtur introductorij aſtronomici de ſphera primi finis.

¶ Enarratio Scði Libri

¶ Quid circulus maior ⁊ minor in ſphera. Capl̃m. I.

1 ¶ Maior circulus in ſphera: is eſt qui in cõuexa ſuperficie ſphere deſcriptus: ſpherã i duo equa diuidit: ⁊ ſunt ſex Equator Zodiacus Colurus equinoctiorum: Colurus ſolſtitiorũ: Meridianus ⁊ Horizon. ¶ Circulus minor in ſphera is eſt qui in ſuperficie ſphere deſcriptus: minime ſpherã in duo equa diuidit ⁊ ſunt quatuor: Circulus arcticus: Circulus Cancri: Circulus Capricorni: ⁊ Circulus antarcticus. Quo fit vt ſummatim decem ſint circuli: quorum preſens ſuſcipitur determinatio. Et p̃mũ Auctor determinationẽ equatoris exequitur: cuius determinationis littera clara eſt.

2 ¶ Magi precipua puncta in celo quatuor determinant: punctũ orientis: punctũ medie diei: punctum occidentis: ⁊ punctũ medie noctis. Punctus orientis: dei eſt. Meridiei: intelligentiarũ. Occidẽtis: caducorũ. Medie noctis: malarũ poteſtatũ. Suntq; vt lux: lumẽ: vmbra: tenebre: quapropter motu qui ab oriente incipiens in eundẽ relabitur ⁊ finit: diuine intelligentie contemplationis motus explicatur: qui a deo inceptum deum recurrens feliciter deſinit: ⁊ motus inferior nr̃e infirmitatis motũ inſinuat: quo ex ſenſibilibus ad optimum nature parẽtem aſſurgimus: a quo iterum relabimur ad caduca: a quibus rurſus ad diuine contemplationis officiũ erigimur: vt ex ĩis que viſibilia facta ſunt: inuiſibilia dei compꝛehẽſa cernamꝰ: hi tamen quorum contemplationis modus ſupra rationem aſcendit: et quibus ſors cognoſcendi feliciſſima obtigit: gaudent potius intelligibili modo ex deo omnia contemplari: ⁊ in ideam cognitam reducere omnia: ⁊ quaſi in primo cognitionis circulo agitari: q̃ ratiõis motu inferiorumq; cognoſcendi circulo p̃ ſer tenebras: lumen mendicare: ⁊ magi per hec quatuor puncta: magna: arcanaq; portendunt. Sed de his hactenus.

3 ¶ At de primo motu quo omnes ſphere inferiores intra diem ⁊ noctem circa terram raptantur: ⁊ de motibus propriis inferiorum: contraq; nitentium ſperarũ: in ſcðo capite primi libri ꝑ preſenti introductione dictum eſt ſufficienter. Illum tamen propꝛium motũ facile experimur in luna: que omnium ociſſime zodiacum illo motu percurrit: quam ſi notemus in coitu cum ſole: ⁊ eam poſtero die intuemur: videbimus eandem ex parte orientis (modo videri poſſit) reliquiſſe ſolem: ⁊ altera nocte magis orientem verſus elapſam: donec ad ſolis oppoſitum plena face illuſtrata pertingerit ad quem iterum ſuum abſoluendo circulum retro properare feſtinat: quouſq; eidem iungatur. Et hoc pacto de ſole annotaueris: ſi aliquam ſtellarum fixarum in via ſolis ex parte orientis annotes: que tardo admodum motu comparata ad ſolẽ mouetur: quã vidẽ ꝑpꝛio motu ſol aſſecutus: tuis obtutibus ſubtrahet: mox orientem verſus elapſus: eadem ad occidentẽ relinquet: ⁊ hunc in modum lõgis temporibus de quinque planetarum propꝛiis ſueq; nature accommodis motibus: experientia te redderet edoctum.

4. Quod

4 ¶ Quod autem polus noſter boreus dicatur a vero ſeptentrionalis a ſeptem ſtellis plauſtri: que ſunt minoris vrſe: que ⁊ Cinoſura dicit: ⁊ que eſt vna quadraginta octo imaginum celeſtium: ⁊ arcticus ab arcto maiore vrſa: que Caliſto ⁊ Elyce nominatur: vna itidem celeſtium imaginum: clarius eſt q̄ quod commentationis lucem requirat: ⁊ hunc in modum de appellationibus alterius poli quum illis etiam notictus ⁊ aſtronoticus dicitur.

5 ¶ Octo ⁊ quadraginta imaginum celeſtium nomina ſunt hec.

Draco	Anguis ophiuchi	Capricornus: Egoceros
Elyce: Urſa maior	Ophiuchus: Anguifer.	Aquarius
Cynoſura: Urſa minor	Sagitta	Piſces
Bootes: Arctophylax: Arcturus	Aquila	Cetus: Piſtrix
Corona	Delphin	Eridanus
Anguis	Pegaſus: Equus alatus	Lepus
Engonaſis: Genu nixus	Deltoton: Triangulus	Orion: Iugule
Lyra: Fidicula	Aries	Canicula: Syrius: Canis maior
Cignus: Olor	Taurus	Procyon: Canis minor
Circulus: Iunonius	Gemini	Argo: Navis
Cepheus	Cancer: Carcinos	Philyrides: Chiron
Caſſiopeia	Leo	Ara
Andromeda	Virgo: Erigone	Hydra
Perſeus	Libra: Chele	Cyphus
Caput meduſe	Scorpius: Nepa	Corvus
Eniochus: Erichthonius: Auriga	Sagittarius: Chiron	Piſcis: Notius

¶ De zodiaco circulo. Capitulum. II.


6 ¶ Zodiacum diffinit q̄ ſit circulus maior: equatorem in duobus punctis: que ſunt principia Arietis: Libre dirimens: cuius vna medietatum ad ſeptentrionem: altera vero ad auſtrum declinat: ⁊ pars ea que ad ſeptentrionem declinat: arctica dicitur ⁊ ſeptentrionalis: ſed ſigna Arietem: Taurum: Geminos: Cancrum: Leonem: ⁊ Virginem continens: que ⁊ ſeptentrionalia dicuntur: pars autem ad auſtrum declinans auſtralis nominatur: ſex idemtidem ſigna auſtralia: Libram: Scorpium: Sagittarium: Capricornum: Aquarium: ⁊ Piſces itidem continens. Et intelligitur zodiacus latitudinem duodecim graduum habere: que eſt latitudinis totius celi ambitus. 30. pars: intelligatur item in media latitudine zodiaci linea eam latitudinem in duo equa partiens: vltro citroq̄ ſex latitudinis gradus relinquens: que dicitur ecliptica.

7 ¶ Eſt ergo ecliptica circulus maior: latitudinem zodiaci in duo equa partiens: que ideo ecliptice nomen ſortitur: q̄ nunquam eclipſis hoc eſt ſolis lune ve deliquium contingat: niſi eorum vterq̄ ſub eadem linea in eodem: aut oppoſitis gradibus decurrat: in eodem quidem ſi ſolare futurum ſit deliquium: in oppoſitis vero ſi lune: ⁊ ſol ſemper ſub ea linea medius incedit: neq̄ vſq̄ vltro citroq̄ deflectitur deviatq̄: ceteri aūt planetarum: nunc ſub ea: nunc citra: nunc vltra expatiati vagantur: qui ſi in ea latitudinis medietate que ad arctum relinquitur vagi feruntur: latitudinem tamen dicuntur habere ſeptentrionalem ſin in altera: latitudinem declarationemq̄ tunc habēt meridionalem. Et circulus omnis in duodecim equas partes ſecatur que ſigna nominantur: ⁊ ſignum quodlibet curſum in 30. gradus: quo fit vt circulus quiſq̄. 360. gradus continere dinoſcatur: duodecim ſiquidē in triginta ductis: numerus. 360. protinus enaſcitur.

8 ¶ Et ſigna in zodiaco peculiaria nomina ſibi ſortiūtur atq̄ vendicant: ſuntq̄ Aries: Taurus: Gemini: Cancer: Leo: Virgo: Libra: Scorpius: Sagittarius: Capricornus: Aquarius: Piſces: in ceteris autem circulus nomini nulla ſunt ſortita: ſed duntaxat ſigna nuncupantur: cetere autem fractiones ex fronte libri note ſunt. Mox emēdat eos qui dicebant ſigna zodiaci eſſe quadrata cū quadratum ſit ſuperficies quatuor equalium laterum: atq̄ angulorum: modo latus vnum ſigni zodiaci eſt duodecim graduum ⁊ alterum triginta: quod quidem maius altero eſſe cognoſcitur: nam alterius duplum ſeſqualterum.

9 ¶ Mox declarat quid tali ſermone ſol eſt in Ariete: aut Tauro ⁊ ſimilibus intelligere debeamus: cum ſol in quarto celo feratur: ⁊ Aries octaui circuli ſit in octauo circulo: ⁊ primi nobilis in primo: vtriuſq̄ enim ⁊ octaui ⁊ primi circuli mobilis proprius ponitur zodiacus: dicit primo q̄ eo ſermone intendimus ſolē eſſe ſub Ariete aut ſub Tauro: ⁊ ita quoq̄ de ſimilibus ⁊ capi in pro ſub ⁊ ſignum in ea ſignificatione in qua paulo ante ſumtum eſt.

10 ¶ Sed alias tres ponit ſignificationes ſigni: que minus aſtronomis cū propoſito conducunt. Prima eſt vt ſignum dicatur euerſa pyramis cuius baſis ſit ſignum proprie ſumptum: ſed vertex pyramidis q̄ conus in cētro terre itelligatur: eſt enim pyramis figura ſolida a cuius vna ſuperficie latera ad vnū punctum erecta



concurrunt: ⁊ ea ſuperficies a qua eriguntur latera pyramidis baſis nuncupatur: ⁊ punctus ad quem concurrūt pyramidis vertex atq̄ conus: ⁊ hoc pacto vtendo nomine ſigni: quicquid ſub ſignifero circulo continetur poteſt dici (vt pars) eſſe in ſigno. ¶ Secunda eſt vt ſignum accipiatur pro. 12. parte ſphere: ita vt ſphera intelligatur diuidi per circulos ſe in polis ecliptice interſecantes: quorum primus per principia Arietis ⁊ Libre: ⁊ ſecundus per eorum fines ⁊ principia Geminorum ⁊ Sagittarij trāſeat: ⁊ hunc in modum conſequenter ⁊ pars celi. 12. inter proximos circulos Arietem medium intercipientes: ſignum Arietis nuncupat ⁊ hoc pacto de Tauro: Geminis: Cancro: ⁊ reliquis. ¶ Tertia eſt vt ſignum pro mundi vnica .i. duodecima parte accipiatur: ita .ſ. vt intelligamus totā corpoream machinam in duodecim equas partes diuiſam per ſuperficies circulorum ſeſe in polis ecliptice (vt modo dictum eſt) ſecantium: quorum proximi quiq̄ bini in latitudine media: ſigna oppoſita intercludant primus ⁊ ſecundus ex vna parte in medio claudant Arietem: ⁊ ex

altera Libram: ⁊ ſecundus ⁊ tertius Taurū ⁊ Scorpiū: tertius ⁊ quartus Geminos ⁊ Sagittariū: quartus ⁊ quintus Cancrum ⁊ Capricornum: quintus ⁊ ſextus Leonē ⁊ Aquarium: ſextus ⁊ primus Uirginem ⁊ Piſces. Quo fit vt ſex circulis tota corporeorū machina in duodecim equas portiones: rite hoc pacto intelligeret diuiſa: ⁊ quicquid in vniuerſo poſſet dici h̄ pacto (vt pars) eē in ſignis: ſed he tres ſupreme ſigni ſignificationes (vt iam dictum eſt) parum ad aſtronomiam momēti afferunt: prima aūt magis accōmoda eſt: idcirco de his abundātius q̄ par ſit forte dictum eſſe videbitur.

Ⅽ De duobus coluris. Capitulum. III.

11 Ⅽ Colurus ſolſticiorum eſt circulus maior: per principia Cancri ⁊ Capricorni: per polos ecliptice: pariter ⁊ polos mundi tranſiens. Colurus autem equinoctiorum itidē circulus maior eſt: per principia Arietis ⁊ Libre ⁊ polos mundi tranſiens.

12 Ⅽ Punctus verticalis (quem zenith nuncupat) eſt punctus in celo e directo rei ſuppoſitus: ⁊ ſi ꝯcipias lineā rectam per centrum terre: pedes ⁊ caput cuiuſpiam ad celum erecti tranſeuntē: applicantē q̄ ad celi circunferētiam eius extremum: punctus ad quē applicat: vertex illius rei diceretur: ⁊ eo pacto ſi per centrum terre ⁊ medium vrbis hec linea tranſire intelligatur: is punctus ad quē in celo applicat illius loci verticalis punctus dicetur.

13 Ⅽ Maxima ſolis declinatio eſt arcus coluri inter equatorem ⁊ alterutrum tropicorum intercepta: eq̄ que a Ptolomeo inuenta eſt viginti trium graduum ⁊ vnius ⁊ quinquaginta minutorū: ab Almeone vo. 23. graduum ⁊. 31. minutorum; ⁊ huius varietatis mobilitas ecliptice octaui circuli in cauſa eſt: que acceſſionis: receſſioniſq̄ motū eiuſdem circuli ꝓuenit: vt amplius ex theoricis eſt cognoſcendum. cetera autem pertiam: perſpicuamq̄ de ſe prebent intelligentiam.

Ⅽ De meridiano. Capitulum. IIII.

14 Ⅽ Meridianus eſt circulus maior per punctum verticis ⁊ polos mundi tranſiens: vnde euenit vt hunc circulum nobis vel ad ortum vel ad occaſum proficiſcentibus: continue variari neceſſe ſit: ⁊ omnia loca quorum vnius ad orientem magis q̄ alter quicunq̄ pronior vergat: diuerſos habere meridianos: ⁊ hoc pacto de locis vicinius ad occaſum vergentibus.

15 Ⅽ Longitudo locorum (quam ⁊ longitudinem ciuitatum ducunt) eſt arcus equatoris inter duos duum locorum meridianos interceptus: ⁊ cum equator. 360. graduū circuitum obtinens: totus ſuper horizonta in 24^or horarū ſpatio regulariter aſcendat: hinc euenit vt in vna qualibet hora. 15. equatoris gradus continue ſuper horizontem conſcēdant: quapropter ex longitudine ciuitatum facillime cognoſcitur vnius ad alteram horaria diſtantia cum ſol citius meridianum obtineat eis qui orienti ſunt viciniores q̄ occiduis. ergo ſi duarū vrbium longitudo ſit 15. gradus: ſol citius earū orientalioris vnius hore interuallo q̄ occidentalioris meridianum continget: ⁊ ſi illorum locorū longitudo eſſet. 30. gradus: ſol citius illic duarum horarum interuallo q̄ hic ad meridiē perueniret ſaſtigium quod facile ex tabula longitudinum locorum ab occidēte paulo poſt ſubiuncta deprehendes.

16 Ⅽ Intra ergo tabulam ⁊ vide e regione locorum (quorum medici differentiam queris) longitudines: ⁊ minorē ſubtrahe a maiori ſcilicet gradus a gradibus ⁊ minuta a minutis: ⁊ quod relinquetur eſt illorum adinuicem longitudo: partire ergo per. 15. gradus longitudinis inuente: ⁊ quod dicietur ſunt hore quibus ſol citius in loco cuius inuenta fuerat longitudo maior peruenit ad meridianum. At ſi gradus non aſcēdant ad. 15. aut ſi qui ſuperſint partitione per. 15. facta: illos multiplica p. 60. ⁊ producto adde minuta ſi que ſuperabant ⁊ partire per. 15. ⁊ habebis minuta hore: ⁊ ſi partitione facta ſuperſit minuta: ea rurſum duc in. 60. ⁊ partire per. 15. ⁊ habebis ſecunda: ⁊ hoc pacto diceres tertia ⁊ alias minutias. Ⅽ Uerbi cauſa: ſi cupis cognoſcere quanto tempore ſol citius hieroſolymitanis q̄ Pariſijs contingit meridianum: accipe vtrorumq̄ ex tabula ab occidente longitudinem; eſtq̄ Pariſiorum longitudo gradus viginti quattuor minuta. 30. Hieroſolymitanorum vero gradus. 66. ⁊ minuta. 15. ⁊ quia hieroſolyme ad occidentē q̄ Pariſij eſt longitudo maior: ſubtraho ergo gradus viginti quattuor ⁊ minuta. 30. longitudinem videlicet Pariſianā, a gradibus. 66. ⁊ minutis. 15. longitudine Solymorum ⁊ ſuperant gradus. 41. ⁊ minuta. 45. longitudo ſcilicet meridianorum Hieroſolyme et Pariſij: quos ſuperantes gradus partior per quindecim ⁊ proueniunt duo numerus ſcilicet horarum: ſed ſuperſunt vndecim gradus ⁊. 45. minuta quibus quidem gradibus per ſexaginta multiplicatis ⁊ producto additis. 45 ſuperantibus minutis ſurgit numerus. 705. quē partior per quindecim ⁊ proueniunt. 47. numerus ſcilicet minutorum hore. ratum ergo erit ſolem citius occupare meridiei ſummitatem hieroſolymitanis q̄ Pariſianis duab^us horis ⁊. 47. minutis. Tabula ergo longitudinis locorū pariter ⁊ latitudinis ſubter cōſpicienda ſubijcitur: ex Ptolomeo deprompta.

Tabula longitudinis ⁊ latitudinis ciuitatum ab occidente.

Nomina	Longitudo G	M	Latitudo G	M
¶ Ex hiſpania que ⁊ hyberia				
Hieron pꝛomontoꝛium	2	30	38	15
Anas:fluuius	4	20	37	30
Betis fluuius	5	20	37	0
Mneſtei:poꝛtus	5	30	36	30
Calpe:mons	7	30	36	15
Julia:ciuitas	8	30	0	0
Coꝛduba:ciuitas	9	20	38	20
Caridemi pꝛomontoꝛiū	11	20	36	30
Nedus:fluuius	12	0	45	10
Cartago noua:ciuitas	13	0	37	30
Pallantias:fluuius	15	0	39	30
Hyberus:fluuius	15	30	39	20
Taracon:ciuitas	16	20	40	20
Barcion:ciuitas	17	15	41	0
¶ Ex gallia				
Garumna:fluuius	18	30	46	30
Neodunum:ciuitas	19	0	50	0
Neomagus ciuitas	20	30	51	0
Rotomagus:ciuitas	21	30	51	0
Sequana:fluuius	23	0	50	30
Lugdunum:ciuitas	24	15	45	20
Leucotecia:quam Pa-				
riſium eſſe putant	24	30	48	30
Moſa:fluuius	25	30	53	30
Foꝛum iulium:ciuitas	27	20	42	30
Uarus:fluuius	28	20	43	0
¶ Ex germania				
Amaſius:fluuius	29	0	55	0
Tiberium ciuitas	30	0	52	0
Ulma:ciuitas	31	0	47	0
Bꝛondeina:ciuitas	33	30	48	0
Enus:fluuius	34	0	47	30
Biturdium:ciuitas	34	30	51	15
Manium:ciuitas	[illegible]	30	53	30
Bergium:ciuitas	36	0	49	30
Saleſia:ciuitas	37	30	52	20
Stragona:ciuitas	39	20	52	30
Coꝛmum:ciuitas	41	10	44	0
Juoſſum:ciuitas	42	30	46	0
Bibalis ciuitas	43	0	45	30
Nerona:ciuitas	44	10	44	30
Epicaria:ciuitas	45	30	41	20

Nomina	Longitudo G	M	Latitudo G	M
¶ Ex italia				
Ligur:ciuitas	30	0	42	30
Mediolanum:ciuitas	30	30	44	30
Ticinum:ciuitas	30	30	44	0
Parma:ciuitas	32	10	43	30
Regium:ciuitas	32	30	43	30
Nuceria:ciuitas	32	0	43	20
Felcina:ciuitas	33	20	42	30
Floꝛentia:ciuitas	33	30	43	0
Piſa:ciuitas	33	20	42	30
Aretium:ciuitas	34	20	42	30
Sena:ciuitas	34	20	41	20
Fauentia ciuitas	34	10	43	30
Ariminum:ciuitas	36	30	43	30
Roma:vꝛbs	36	40	41	30
Tyberis:fluuius	36	30	41	30
Tybur:ciuitas	36	30	41	30
Pꝛeneſte:ciuitas	37	20	41	30
Aritia:ciuitas	37	0	41	30
Pꝛiuernum:ciuitas	37	30	41	30
Cume:ciuitas	39	10	41	30
Capua:ciuitas	39	30	41	20
Pithecuſa:ciuitas	39	20	40	20
Parthenope:ciuitas	40	0	41	0
Peſtia:ciuitas	40	30	38	30
Tarentum:ciuitas	41	30	39	30
Ardea:ciuitas	46	30	41	20
¶ Ex Sicilia				
Peloꝛus pꝛomontoꝛiū	31	40	38	30
Drepanum ciuitas	36	30	36	20
Phoꝛbantia:inſula	36	0	36	20
Lilybeum:ciuitas				
⁊ pꝛomontoꝛium	37	0	36	0
Panoꝛmus:ciuitas	37	0	37	0
Heraclea:ciuitas	38	20	36	20
Hibla:ciuitas	38	20	37	0
Ethna:mons	39	0	38	0
Oꝛchus:fluuius	39	30	36	40
Megara:ciuitas	39	10	34	10
Pachinus:pꝛomontoꝛiū	46	0	36	20
¶ Ex Sarmatia				
Boꝛiſthenis medium	53	0	50	40
Boꝛiſthenes:fluuius	57	50	48	30

Nomina	Longitudo G	Longitudo M	Latitudo G	Latitudo M
Riphei:montes	63	0	57	30
Oſtium occidentale				
tanais fluuij	66	20	45	10
Orientale eiuſdem	67	0	54	30
¶ Ex thracia				
Neſtus:fluuius	51	30	41	30
Abdera:ciuitas	52	10	41	30
Rhodope:mons	52	30	43	0
Samothrace:inſula	52	30	41	10
Ebrus:fluuius	53	0	41	30
Boſphorus:fluuius	54	10	41	30
Bizantium que et				
conſtantinopolis	56	30	43	0
¶ Ex macedonia				
Pindus:mons	47	40	38	30
Pheſtus:ciuitas	47	19	39	20
Antigonia:ciuitas	48	40	41	20
Arius:fluuius	46	30	40	40
Strymon:fluuius	50	15	41	20
Arethuſa:fluuius	50	10	41	20
Peneus:fluuius	50	30	39	20
Olympus:mons	50	0	39	20
Oſſa:mons	50	40	39	40
Othrys:mons	50	0	38	40
Pelion:mons	51	10	39	20
Lariſſa:ciuitas	51	20	38	30
Athos:mons	51	0	40	10
Lemnos:inſula	52	10	40	30
Scyros:inſula	54	0	39	0
¶ Ex epiro				
Acroceraunia:mōtes	44	20	39	10
Butrotum:ciuitas	45	30	38	20
Acheron:fluuius	47	10	38	20
Ambracia:ciuitas	48	0	38	10
Actium:ciuitas	48	15	37	30
Leucas:promōtorium	48	20	37	40
Archelous:fluuius	48	30	37	30
Itacha:inſula:in qua et ci				
uitas eiuſdē eſt nois	48	0	37	20
¶ Ex achaia				
Calidon:ciuitas	49	0	37	40
Euenus:fluuius	49	0	37	30
Cyrra:mons	50	0	37	30
Pythia:ciuitas	50	30	37	30
Delphi:ciuitas	50	0	37	40
Parnaſus:mons	51	0	37	30
Theſpie:ciuitas	51	20	37	40
Orchomenus:ciuitas	51	20	37	40
Cytheron:mons	52	30	37	40
Eleuſis:ciuitas	52	10	37	10
Athene:ciuitas	51	30	37	10
Megare:ciuitas	52	0	37	20
Marathon:ciuitas	53	10	37	10
Aſopus:fluuius	53	30	37	40

Nomina	Longitudo G	Longitudo M	Latitudo G	Latitudo M
Aulis portus	53	30	37	30
Calchis:iuxta Euripum				
fluuium:ciuitas	53	30	38	0
Chius:inſula	54	40	36	0
Cherſoneſus	54	30	38	10
Caphareus promōtorium	55	0	37	30
Delus:inſula	55	20	37	20
Olearus:ciuitas	55	20	37	30
Scriptum:ciuitas	55	0	36	30
¶ Ex peloponeſo				
Strophades:inſule	47	20	36	0
Alpheus:fluuius	48	20	35	30
Pilus:ciuitas	48	30	35	30
Pila:ciuitas	48	40	36	0
Helis:ciuitas	49	0	36	20
Trozen:ciuitas	49	10	35	20
Lacedemon::ciuitas	50	10	35	30
Eurotas fluuius	50	30	35	10
Epidaurus:ciuitas	51	1	37	30
Inachus:fluuius	51	30	35	30
Corinthus:vrbe				
que Ephire	51	15	36	30
Iſthmus:cōtinens				
Nemea:ſylua	51	1	36	20
Argos:ciuitas	51	20	36	10
Mycene:ciuitas	51	30	36	10
Egina:vrbs	52	20	30	30
¶ Ex mauritania				
Tingis ceſarea:ciuitas	6	30	35	30
Athlas minor:mons	6	0	33	20
Athlas maior:mons	8	10	26	30
¶ Ex minore africa				
Utica:ciuitas	32	0	32	30
Cirna:mons	33	0	30	0
Cartago:ciuitas	34	30	32	40
Syrtes:parue	38	30	32	0
Triton:palus	38	40	29	40
Ammonis:ciuitas	42	0	31	40
Syrtes:magne	43	10	31	0
Cirene:ciuitas	50	0	31	20
¶ Ex egypto				
Alexandria:ciuitas	60	30	31	0
Canopus:ciuitas	60	30	31	1
Nili primum oſtium	60	30	31	0
Secundum oſtium	61	30	31	1
Tertium oſtium	61	30	31	10
Quartum oſtium	62	30	31	10
Quintum oſtium	62	30	31	10
Sextum oſtium	63	1	31	10
Septimum oſtium	63	15	31	10
Dionyſia:ciuitas	60	30	29	0
Memphis:ciuitas	61	30	29	30
Hermys:Mercurij				
triſmegiſti:ciuitas	61	40	28	20
Heliopolis:ciuitas	62	30	29	30

Nomina	Lõgitudo G	M	Latitudo G	M
Thebe:ciuitas	62	30	25	30
Syene:ciuitas:	62	0	29	10
¶ Ex minore aſia				
Abydus:ciuitas	55	20	41	15
Simois:fluuius	55	20	41	0
Scamandrus:fluuius	55	15	41	0
Sigeum:promontorium	55	10	42	0
Ilium que Troia:ciuitas	55	30	41	0
Tenedos:inſula	55	0	30	30
Leſbos:inſula	55	0	40	0
Mitilene:ciuitas	55	40	39	40
Icaria:inſula	56	30	47	40
Chius:inſula	56	10	38	20
Ida:mons	56	0	41	0
Gnidus:ciuitas	56	15	36	0
Smirna:ciuitas	57	20	38	20
Clezomene:ciuitas	57	0	38	30
Colophon:ciuitas	57	40	38	10
Epheſus:ciuitas	57	40	37	40
Meander:fluuius	57	40	37	20
Mina:mons	57	30	38	30
Pergamus:ciuitas	57	20	39	30
Samus:inſula	37	0	37	20
Cous:inſula	57	0	36	20
Rhodus:inſula	57	20	35	20
Tmolus:mons	58	30	38	30
Micale:mons	58	0	37	40
Miletus:ciuitas	58	0	37	0
Magneſia:ciuitas	58	40	39	10
Philadelphia:ciuitas	59	0	38	30
Laodicia:ciuitas	59	30	38	40
Antiochia:ciuitas	59	30	38	30
Cadmus:mons	59	40	38	30
Pactolus:fluuius	59	0	39	20
Nyſa:ciuitas	59	0	38	15
Hermus:fluuius	60	0	40	0
Dydymus:mons	61	0	40	40
Iconium:ciuitas	64	30	38	30

Nomina	Lõgitudo G	M	Latitudo G	M
Tharſos:ciuitas	67	40	36	30
Termodoon:fluuius	67	0	43	15
Tanais:fluuius	67	0	54	30
Phaſis:fluuius	71	30	45	0
Colchis inſula	75	30	39	0
¶ Ex ſyria				
Carmelus:mons	66	20	32	30
Ptolemais:ciuitas	66	30	33	0
Jordanis:fluuius	67	40	32	30
Tyrus:ciuitas	67	0	33	20
Sydon:ciuitas	67	0	33	30
Lybanus:mons	68	30	34	10
Caſius:mons	68	30	35	20
Damaſcus:ciuitas	69	0	33	0
¶ Ex paleſtina que &				
Judea dicitur				
Iopa:ciuitas	65	40	32	30
Azotus:ciuitas	65	15	31	30
Aſcalon:ciuitas	65	0	31	40
Sebaſta:ciuitas	65	40	32	30
Hieroſolyma:ciuitas	66	15	31	20
Aſphaltus:lacus	66	30	31	10
Tyberiadis:lacus	67	15	32	1
¶ Ex aſſyria				
Niniue:ciuitas	78	0	36	40
Babylon:ciuitas	79	0	35	0
Theſipon:ciuitas	80	0	35	0
Cambyſes:fluuius	81	0	42	30
¶ Ex carmania				
Bactra:regia	116	0	41	0
Oriana:ciuitas	117	10	44	40
¶ Ex india				
Bragma:ciuitas	128	0	19	0
Ganges:fluuius	129	0	17	20
Ganges:primum oſtium	144	30	18	10
Secundum:oſtium	145	40	18	40
Tertium:oſtium	146	30	18	40
Quartum:oſtium	147	30	18	30

Prouintiarum Principiã Media atq̃ Fines tum in Longitudinum tum Latitudinum Gradibus.


	Lõgitudo			Latitudo		
	P	M	F	P	M	F
	G	G	G	G	G	G
Ex europa puĩntie						
Hibernia inſula Bri						
tannica	7	13	18	62	59	57
Albion inſula						
britannica	14	22	30	61	56	51
Hiſpania betica	4	8	12	40	38	36
Luſitania heſpania	2	6	11	41	39	37
Terraconẽſis hiſpania	4	12	20	45	39	34
Celtogalatia aqtania	27	19	21	55	49	43
Gallia lugdunenſis	26	20	25	51	45	39
Gallia belgica	22	25	29	54	49	45
Gallia narbonenſis	21	15	29	45	43	42
Germania magna	27	36	46	59	52	46
Rhetia	29	30	31	47	46	45
Uindelicia	32	33	34	47	46	45
Noricum	34	35	37	49	47	45
Pannonia ſuperior	37	42	48	47	46	45
Pannonia inferior	41	43	45	47	44	42
Illyris	36	42	49	45	39	34
Dalmatia	37	41	46	44	42	41
Italia	28	38	49	45	41	38
Cirnus inſula	30	34	39	41	40	39
Sardinia	29	34	39	39	34	29
Sicilia	36	38	40	39	36	34
Sarmatia	47	59	72	68	54	41
Taurica	60	62	64	48	47	46
Jaſiges	43	44	45	48	47	46
Dacia	43	51	59	48	45	43
Miſia ſuperior	45	47	49	44	43	42
Miſia inferior	47	52	57	48	45	43
Thracia	51	53	56	44	42	42
Cherſoneſus	54	0	55	41	0	41
Macedonia	44	49	54	48	43	38
Epirus	44	46	49	39	37	36
Achaia	48	50	53	38	37	36
Eubois inſula	52	53	55	38	37	36
Peloponeſus	47	49	52	45	39	34
Creta inſula	52	53	55	55	44	34
Ex africa prouintie						
Mauritania tingarica	6	41	76	35	30	26
Mauritania ceſariẽſis	11	18	26	36	31	26
Africa minor	26	36	46	14	30	20
Numidia	20	33	46	38	32	26
Cirene	47	49	51	31	26	21
Marmarica	51	58	65	39	31	23
Egyptus me						
diterranea	52	58	65	31	27	23
Libya interior	1	24	48	33	19	5
Ethiopia ſub egypto	59	70	82	22	11	1

	Lõgitudo			Latitudo		
	P	M	F	P	M	F
	G	G	G	G	G	G
Meroe	61	73	85	22	11	1
Ethiopia interior	10	45	80	12	14	16
Ex aſia puĩcie				Auſtralis.		
Põtus ⁊ Bithinia	56	59	62	43	41	40
Aſia minor	55	58	62	48	41	35
Licia	59	60	61	37	38	35
Galatia	61	63	65	44	41	38
Pamphilia	61	62	64	38	30	35
Cappadocia	27	49	72	51	44	37
Armenia minor	65	68	71	42	39	37
Cilicia	64	66	69	38	37	36
Sarmatia aſiatica	64	75	87	55	56	46
Colchis	71	72	74	46	45	44
Hyberia	74	75	76	46	45	44
Albania	77	81	85	47	45	44
Armenia maior	71	75	79	44	41	38
Cyprus inſula	64	61	67	36	34	33
Syria	66	69	73	37	33	30
Paleſtina q̃ ⁊ iudea	64	65	67	32	31	30
Arabia petrea	65	67	69	31	29	28
Meſopotamia	72	75	79	44	39	34
Arabia deſerta	72	75	79	35	32	39
Babylonia	28	59	80	35	32	30
Aſſyria	76	79	83	39	37	35
Media	80	89	99	43	38	34
Suſiana	80	84	88	38	34	30
Perſis	85	89	94	35	32	29
Parthia	94	97	100	38	39	34
Hircania	94	97	100	42	40	38
Arabia felix	65	79	94	29	20	12
Carmania	94	99	104	29	23	18
Margiana	101	103	106	43	41	39
Bactriana	111	115	129	44	41	39
Sogdiana	117	120	124	45	43	41
Scythia itra imaum						
montem	91	97	104	48	45	43
Scythia ex imaum						
montem	144	147	150	49	43	37
Seria	156	166	177	51	44	37
Aria	102	106	111	28	35	33
Paropaniſus	113	116	119	38	35	33
Drangiana	103	107	111	32	30	28
Arachoſia	112	115	118	32	30	28
Gedroſia	105	111	118	28	22	17
India intra gãgen	109	128	147	37	24	11
India extra gãgen	137	154	172	35	18	1
Aurea cherſoneſus	145	157	169	9	5	2
Sinarum regio	175	177	180	26	14	2
Taprobone inſula	116	125	135	12	6	1

18 ¶ Horiʒon qui et finitor dicitur eſt ſphere circulus maior: ſuperius hemiſpherium ab inferiore diuidens. eſt enim is circulus in quem ſub diuo conſiſtentium: circunducentiumqʒ oculos: videtur obtutus deficere: qui et dicitur partem celi viſam a non viſa dirimere. Hemiſpherium: dimidium ſphere nuncupamus.

19 ¶ Rectus oriʒon eſt oriʒon ſub equatore habitantium qui et ſpheram rectam habere dicitur. Obliquus horiʒon eſt horiʒon vltra citraue equatorem habitantium vbicunqʒ morari contingat: qui et idem ſpheram declivem: pronaʒ atqʒ obliquam habere dicuntur. et omnium horiʒontium capitis vertex polus dicitur: a finitore ſcilicet vndiqʒ: omniqʒ ex parte equidiſtans. Latitudo locorum eſt interuallum: atqʒ diſtantia puncti verticalis loci ad equatorem. pro qua hec ſubditur regula.

20 ¶ Quanta eſt eleuatio poli mundi ſup horiʒontem: tanta eſt diſtantia puncti verticis ad equatorem: quod perinde eſt ac ſi dicatur quanta eſt alicuius loci poli mundi eleuatio ſup horiʒontem: tanta eſt eiuſdeʒ loci latitudo: que hoc pacto demonſtratur. ¶ Eſto a b c. alter colurus noſtro meridiano coniunctus. Linea. b equator. c. punctus verticis. d. polus mundi. a e horiʒon. manifeſtum eſt arcum. d e eſſe eleuationem poli ſup horiʒontem: quam dico eſſe equalem arcui. c b. qui eſt diſtantia puncti verticis ad equatorem. nam arcus. b d. (qui eſt diſtantia equatoris ad polum mundi) eſt 4a pars circuli. a b e. et ſimiliter arcus. c e. diſtantia. ſ. puncti verticis ad horiʒonta: 4a eſt eiuſdem circuli. a b e. nam punctus verticalis: polus eſt horiʒontis. ſunt igitur arcus. b d. et arcus. c e. quadrantes. ſ. eiuſdem circuli adinuicem equales: quoniam quidem quarte omnes eiuſdem circuli adinuicem equantur. at arcus. c d eſt pars prime quarte. b d. ſimiliter quoqʒ et idem arcus. c d. pars eſt ſecunde quarte. c e. dempto igitur ab vtraqʒ quarta communi arcu. c d. reſidua erunt equalia. nam per loquium: dignitaſqʒ eſt: ſi ab equalibus equalia: aut ideʒ commune auferas reſidua eſſe equalia: ſed dempto arcu. c d. ab quadrante. b d relinquitur. c b. diſtantia a puncto verticali ad equatorem. et dempto eodem arcu. c d. ab ſecundo quadrante. c e. relinquitur. d e. eleuatio. ſ. poli mundi ſup horiʒontem: equantur igitur adinuicem. c b. et. d e. diſtantia. ſ. puncti verticalis ad equatorem: et eleuatio poli mundi ſuper horiʒontem. quanta eſt igitur eleuatio poli mundi ſuper horiʒontem tanta eſt diſtantia puncti verticalis ad equatorem: que eſt et loci latitudo atqʒ propoſitum.




¶ De quattuor circulis minoribus. Capitulum ſextum.


21 ¶ Tropicus cancri eſt circulus minor: quem ſol in principio cancri exiſtens: ad motum primi mobilis deſcribit: et ſolſtitium eſtiuum dicitur.

¶ Tropicus Capricorni eſt circulus minor: quem ſol initium Capricorni tenens: ad motum primi mobilis deſcribit: quem et circulum brume dicimus.

tunc gradus qui reſultabāt indiuiſa eſt pars ꝓportiona
lis de tali differentia duarum equationū vel de tali diame
tri diuerſitate quam debet tunc addere vel ſm ꝙ opꝫ ſub
trahere. Sed vt magis appareat regula per quā īueniunt
minuta ꝓportionalia volo ponere exemplū in numeris
cōſimili modo ſicut inueſtigat pars ꝓportionalis in mi-
nutis vel in 2ª ſit aliquis numerus minor .60. puta 3ª ⁊ ſe
cūdus numerus .60. 2ꝫ numerus. puta ſex: tunc volo inue
nire talem parteꝫ de ſex ſicut .30. de .60. multiplico .30. per
ſex ⁊ prouenīunt .180. tunc diuido iſtud numerum reſultā
tem per .60. ⁊ in numero cōtinente ꝓueniunt 3ª ⁊ iſtud ſic
ſe hēt ad ſex ſicut .30. ad .60. ⁊ eadēꝫ eſt ratio qualiſcunqꝫ
fuerit ꝑmus numerus ⁊ tertius: dummodo p̄ius eſſet mi
nor q̄ꝫ .60. ſicut qlibet pōt per ſe experiri: ⁊ non ſolum iſta
regula .13. vbi 2ª numerus eſt .60. que in oibus. vbi gr̄a.
ſicut duo numeri quoꝝ vnus eſt maior alio: vt .8. ⁊ .12. ca-
pio aliū 3ª numerū quicūqꝫ ſit non curo ſit gr̄a illiꝰ vo
lo tunc habere 4ª numerū qui ſic ſe hēt ad nouē: ſicut .8.
ad duodecim. ego multiplico octo per nouē ⁊ prouenīūt
72. que diuidam per duodecim ⁊ prouenīunt ſex: que ſic
ſe habēt ad nouē ſicut octo ad duodecim: ⁊ eadē eſt ratio
in quibuſcunqꝫ alijs numeris vt quilibet pōt per ſe expe-
riri. Relinquitur ergo ꝙ regula eſt nota per quam inue-
niunt minuta proportionalia.

Ad habendū verū motū ſolis ſi in argumēto
ipſius vltra gradus ſunt minuta ad habēduꝫ
verū motū octaue ſphere ſi ī motu acceſſus
⁊ receſſus octaue ſphere ſint minuta vltra gra
dus opꝫ in vtroqꝫ ſemel inuenire minuta ꝓ-
portionalia ꝓpria: ſic ad habendū verū motum vtriuſqꝫ
opꝫ habere equationē ipſoruꝫ: ſed equatio ipſoruꝫ non po
teſt haberi niſi ex regulis: ⁊ in tabulis non ſunt ſcripte eq̄-
tiones niſi que correſpondent gradibus: ſi ergo ſunt mi-
nuta vltra gradus in argumēto ſolis ⁊ in motu acceſſus
⁊ receſſus octaue ſphere: opꝫ primo intrare cū gradibus
qui ſunt in argumēto ſolis ⁊ in motu acceſſus ⁊ receſſus
⁊ accipere equationem īuentam: ⁊ tunc oportet ſcdo in-
trare vno gradu addito motui argumento ſolis ⁊ in vno
gradu addito motui acceſſus ⁊ receſſus: ⁊ tunc accipere
equationem inuentam: ⁊ tunc oportet ſubtrahere mino-
rem a maiori ⁊ remanebit equatio correſpōdens vni gra
dui de qua equatione oportet accipere talem partem qua
lis pars fuerint minuta vltra gradus in argumento ſolis
aut in motu acceſſus ⁊ receſſus ad .60. ⁊ tunc iſtam partē
proportionalem addere ꝑme equationi ſi 2ª fuerit maior
vel ſubtrahere a ꝑma eq̄tione ſi ſcōa fuerit minor: ⁊ tunc
equationem totam addere medio motui ipſorum aut ſub
trahere ſm ꝙ oportet ⁊c̄.

In omnibus circulis eq̄les anguli ſupra cen-
trum capiunt equales arcus .i. eque propor-
tionales ſuis circulis: ⁊ maiores anguli eque
proportionaꝰ maiores ⁊ minores eque ꝓpor
tionaꝰ minores. ꝓbat ſic. ſit .a. centrū terre ſu-
per qd̄ deſcribantur tres circuli ſcilꝫ .b c d. quoꝝ .b. eſt mi-
nimus: ⁊ .d. eſt maximus: tunc protrahatur .a d. puncto li-
nea recta per .a. centrum vſqꝫ veniat ad circumferentiā .d.
circuli ab oppoſita parte ſcilicet in puncto .e. tunc .d. erit
diametraliter diuidat illos tres circulos quemlibet in duo
equalia per diffinitionem diametri: deinde protrahatur
linea recta que ſecet diametrum .d e. ſuper centrū .a. ad an
gulos rectos ⁊ vſqꝫ ad circumferentiā circuli .d. ab vtraqꝫ
parte in .f. puncto ⁊ in puncto .g. tunc diameter .f g. diui-
dat omnes circulos tres in duo equalia per diuiſionem
diametri: igitur tunc quelibet circulus eſt diuiſus in qua-
tuor arcus equales ⁊ cuiuſlibet arcus vel per ſe ad ſuum
circulum eſt proportio ſub 4ª ⁊ omnes arcus illorū circu
loꝝ qui ſunt quarte circumferentie continentur ab angu-
lo recto per oppoſitum: ⁊ per eaꝫ eſt ratio quotquot circu
li eſſent igit ſequit prima pars ſcilꝫ ꝙ in omnibus circu-
lis anguli equales ſupra centrum capiūt eque ꝓportiona
les arcus de ſuis circulis. ſcōa pars probat. diuidat vnus
quatuor angulorꝫ qui ſunt ſuper .a. centruꝫ ⁊ duo equa
lia per 11ª primi Euclidis. ⁊ protrahat linea ab .a. cētro
vſqꝫ ad circumferentiam .d. circuli: tūnc per vltimam ſexti
Euclidis: que eſt ꝙ in eodem circulo qualis eſt proportio
anguli talis eſt arcus ad arcum illos angulos reſpicien-
tis. ſed angulus rectus. ſuper .a. centrum ad medietatem
habet proportionem duplam. igitur arcus correſpondēs
in .d. circulo vni angulo recto eſt ſecūdarius ad alteruꝫ in
.d. circulo correſpondenteꝫ angulo ſemirecto: ⁊ angulus ſe
mirectus ſuper .a. centrum eſt ſubduplus ad angulum re-
ctum: igitur arcus in .d. correſpondens angulo ſemirecto
eſt ſubduplus ad arcuꝫ in eodē circulo correſpondentem
angulo recto. Et eadem ratio eſt de alijs circulis: igitur ſe
quitur ſcōa pars ſcilꝫ ꝙ maiores anguli capiunt ꝓportio
naliter maiores arcus ⁊ minores anguli eque proportio-
naliter minores arcus capiunt de ſuis circulis: ergo ſequi-
tur ꝯcl̄o. Iſta ꝯcl̄o prius nitebat probari in prima de ſo-
lis: ideo eadem hic poſui in fine huius capl̄i. Et ſic ſit finis
theorice Veneris ⁊ alioꝝ planetarū Dei gr̄a amē.

¶ Complete ſunt quedam demōſtrationes ſuper theoricas
planetarum que admodum vtiles ſunt.

¶ Incipit tractatus de ſphera editus a magiſtro campano.

¶ De origine dimenſionum. Cap. I.

Punctus motus deſcribit lineā. Cū enim hȝ ſitū in magnitudie ⁊ nullam hȝ partem: veſtigiū motus eius nō poteſt aliud eſſe ꝗ̄ longitudo. Linea quoqȝ mota deſcribit ſupficiem. Cuȝ enim nihil hēt de dimenſione aliud niſi lōgitudinē: veſtigiū mot᷒ eius nō poteſt eē niſi latitudo. Aut ſua ſuperficies mota deſcribit corp᷒: qm̄ cū nihil hēat de dimēſiōe niſi lōgitu ⁊ latitu: veſtigiū mot᷒ eius nō pōt eſſe aliud ꝗ̄ ſolidū. Corpus vō motū aliō deſcribē nō pōt ꝗ̄ corpus: qm̄ cū ſup ſuā ſupficiem moueať. Ueſtigiū mot᷒ eius nō pōt eſſe aliud ꝗ̄ veſtigiū motus ipſi᷒ ſupficiei. Hoc aūt (vt dictū eſt) nō pōt eē aliud ꝗ̄ corpus. Sūt igiť tres dimēſiōes tm̄: lōgitudo in linea: latitudo in ſupficie: pfunditas vō in ſolido ⁊ plures his rez nā nō recipit eo ꝙ p motū corpis .4ᵃ dimēſio nō pōt adiungi. Et pūctus qdē ſi a ſitu in ſitū trāſiēs minimā deſcribit diſtātiā: tūc veſtigiū mot᷒ eius erit linea recta. De cuius ꝓprietate ē vt extremū eius cooperiat omne mediū. Si aūt pūctus a ſitu in ſitū tranſiens minimā diſtātiā nō deſcribat: moueať tm̄ reguláriť vt equidiſtāter cuilibet vni pūcto fixo in ſeipm̄ ꝯuertet motū: dicetur qȝ veſtigiū motus e᷒ circūferētia circuli: oīſqȝ pūctus in ea ſit᷒ quēlibet aliū reſpicit. Supficies vō q̄ a deſcripta linea ambitur dr̄ circulus. Punctus aūt cui equidiſtanter factus eſt motus dicitur cētrū circuli a q̄ oēs linee ad circūferētiam recte ducte eq̄les erunt. Et oīs linea trāſiens p cētrū ⁊ extremitates ſuas applicans circūferentie dicatur diameter circuli diuidens ſimul circulū in duas ptes equales: ⁊ dr̄ vtraqȝ pars circuli ſemicirculus: qm̄ a diametro ⁊ medietate circūferētie ambitur. Quecūqȝ vero alia linea recta per aliud ꝗ̄ p cētrum trāſiens circulum diuidit in duas partes inequales: quarum vna maior ⁊ altera minor dicať.

¶ De diffinitione ſphere. Cap. II.

Si igiť in quo vis ſemicirculo diametrū fixam intelligamus ⁊ a quo vis ſitu ſemicirculoȝ illū circūducam᷒ quouſqȝ in porē ipm̄ ſitum reducamus. Corpus qđ ſcribiť ab ipſo ſemicirculo ſphera appellať. Et ſupficies que deſcribiť a circūferentia ipſius ſemicirculi erit ſuperficies ipſius ſphere: ad quā omnes linee recte a cētro predicti ſemicirculi ducte erunt equales propter qđ illud cētrū erit etiā centrum illius ſiue huius ſphere. Ducte vō linee recte trāſeuntes per cētrū applicantes extremitates ad circunferētiā ſphere ex vtraqȝ pte dr̄r diametri. Sola vō manēs immobilis in motu ſphere dr̄ axis ſphere. Eiuſqȝ termini in ſuperficie ſphere dicūtur poli. vñ axis addit fixionē in motu ſuper rationem diametri.

¶ De complexione quattuor elementorum. Cap. III.

Eſſe autem ſphere mundi ⁊ omnium reȝ cōtentarum: ⁊ ſitus ⁊ ordo earūdem eſt ſm̄ ꝙ dicam. Res omnium corporum quedam ſūt ingenerabiles ⁊ incorruptibiles. Quedam vero generabiles ⁊ corruptibiles. Harum vero quedam ſunt ſimplices quedam mixte ⁊ ſimplicium: quedam ſunt quatuor elementa. Quorum duo ſunt grauia: terra abſolute: aqua reſpectiue: ⁊ duo leuia aer reſpectiue ⁊ ignis abſolute. ſingula eorū ſunt informata binis qualitatibus: de genere duarum primarum contrarietatū que ſunt calidū ⁊ frigidū: humidū ⁊ ſiccū. Et eſt prima cōtrarietas actiua ſecūda paſſiua. Unde ſingula elemēta a predictis duabus varietatibus recipiūt ſingula extrema. Terra quidem ⁊ aqua recipiunt communiter ab actiuo frigida: ſed terra a paſſiuis ſiccū: aqua vero humidū. Itē aer ⁊ ignis recipiunt cōiter ab actiu᷒ calidū. A paſſiuis vero aer quidem humidum. Ignis aūt ſiccū: vnde fit vt terra ſit frigida ⁊ ſicca: ⁊ aqua frigida ⁊ humida. Aer vero calidus ⁊ humidus: ⁊ ignis calidus ⁊ ſiccus.

¶ De nālī forma ſitu ⁊ ordine elemētorum. Cap. IIII.

Naturalis aūt ſitus iſtoȝ elemētoȝ forma ipſoȝ ⁊ ordo eſt ſm̄ ꝙ dicā: finge tibi terrā eſſe veriſſime ſphericā ⁊ totam maſſam aq̄ ſphericē circa eā diffundi. Et totū aerē ſpherice ſiſt totam aque ſpheram inuoluere: ignemqȝ totum tres predictas ſpheras ſpherice continere. Eruntqȝ quattuor elementa predicta vere ſpherica vereqȝ concētrica: vnum cōe centrū: quod eſt cētruȝ terre ſimul habētia. Iſte eſt ſitus ⁊ forma ⁊ ordo finalis elementorum.

¶ Quare ſphera aqua non eſt integra. Ca. V.

Quod aūt aqua non inuoluit ſpherice vndiqȝ terram fuit pp finem reruȝ creataȝ qui ē hō. Qui cū multis ſibi neceſſariis non poſſet exiſtere niſi in arida. Unde factor oium intuens nālem ſitū p̄dictum ⁊ p̄ordinans elemēta ad finē ꝓpoſitū. Ingt. Congregentur aque que ſub celo ſunt in locū vnū ⁊ appareat arida: quod nō eſt intelligendum vt intumuerit a forma ſphere in altuȝ eleuate. Sed ꝙ terra in parte que apparet nunc arida exurrexerit q̄ſi in modum inſule ſpheram aque intercipiens ⁊ ſuam verā ſphericitatem derelinquens. Cum enim pp ſui humiditatē nō ſit terminabilis niſi termino alieno. Terra vero ꝓpter ſuā ſiccitatē ⁊ cōpactionem de ſe terminabilis. Inequalitas p̄dicta p receſſum a figura ſphere non fuit poſſibilis in aqua. In terra vō fuit. Naȝ cum omne ponderoſum qua parte vicinius pōt ꝓperet ad cētrū ſuū: morē p̄dictum intelligamus in aqua fore vltra conuenientiam ſue ſphere: nihil enī erit qđ impediat aquas tumentes ad ſuam ſpherā deſcēdere. Cū in ſitu ſue ſphere ſint centro viciniores ꝗ̄ vltra ſuā ſpherā eleuate. Qđ ergo apparet de terra factum ē reſurgēs in medio vniuerſitatis aquarum quēadmodum in plurib᷒ locis exurgunt inſule ſupra mare: ⁊ ſicut quelibet inſula vere loquendo in ſuis partibus plus diſtat a centro ꝗ̄ partes ſuperficiei maris: ita ⁊ partes aride diſtant ab eodem centro pluſꝗ̄ partes ſuperficiei aquaruȝ. Unde tota arida eſt ſicut maxima inſula eleuata in aere vltra ſuperficiei aq̄. ¶ Ex predictis colligiť ꝙ ſuperficies vniuerſitatis aq̄ȝ eſt de ſpherica: ⁊ ꝙ cētrū eius eſt cētrū nālis ſphere terre: ⁊ cētrū reliq̄ȝ duaȝ ſpheraȝ elemētariū. ſ. ignis ⁊ aeris. Quoȝ etiā nā eſt vt pp eaȝ raritatē terminentur termino alieno vt aeris inferius ad terrā ⁊ aquam. Superius vero ad ignē ⁊ ignis inferius qdē ad aerē. Superius aūt ad ꝯcauū lune ⁊ eſt etiam cētrum vniuerſi.

¶ De generatione ⁊ corruptione elementorum adinuicem ⁊ de corporibus mixtis. Cap. VI.

Hec aūt elemēta q̄tuor ex ſe inuicē gñanť ⁊ in ſe inuicē corrumpunť. Et terra enim per rarefactionē gñatur aqua: ⁊ ex aqua per cōdenſationē gñať terra. Itē ex aqua per rarefactionē gñať aer: ⁊ ex aere per cōdenſationē gñať aqua. Similr quoqȝ ex aere per rarefactionem generatur

ignis: ⁊ ex igne per cōdenſationem gn̄af aer. Ex iſtis etiã quatuor elementis multa compoſita generanf quēadmodū mineralia plãte ⁊ aialia: quoꝝ locus ſūt terra ⁊ aqua. Que rurſus ꝑ corruptionē ſuã in eadē elementa reſoluuntur. Iſte eſt ſitus forma natura ⁊ ordo omnium gn̄abilium rerum ⁊ corruptibilium.

Ⅽ De ſpheris ⁊ circulis ⁊ forã mot⁹. vij. plãetaꝝ. Ca. VII.

Unc autem dōm eſt de ſitu: forma: nũ: ⁊ ordine corporū incorruptibiliū que ſunt corpora celeſtia. Quarum vniuerſitas dr̄ a pħis ↄ ſentia 5ª. Quaſi terra ſit ꝑma aqua ſcōa. aer tertia. ignis q̃rta: ⁊ p̄dicta vniuerſitas q̄nta hoꝝ aūt corpoꝝ quedã ſunt hñtia motū ꝓpriū ⁊ ſingularem: ⁊ iſta ſunt ſeptē: quoꝝ primuz ex parte centri eſt luna ſcōm Mercurius: tertiū Uenus: q̃rtū Sol: q̄ntuz Mars: ſextū Iuppiter: ſeptimum Saturnus. Et iſta ſeptē corpora dicuntur planete: ⁊ hʒ q̄libet hoꝝ ſpherã vnã eccētricã per quã in circulo ſui eccētrici mouef. Ceteri vō ſex preter ſolem mouentur in circūferentijs orbibium paruorum ⁊ quoꝝ centra mouenf in circūferentijs ſuoꝝ eccentricorū deferentium ⁊ mouef centrū corporis ſolis in circunferentia ſui eccentrici. In alijs vō centra predictoꝝ circulorum paruoꝝ in circumferentijs ſuoꝝ deferentiū mouenf ab occidente in orientē ↄ̄ motum firmamenti: de quo poſt dicetur. Centra vō corpoꝝ ipſarum mouenf in circūferentijs ſuoꝝ circuloꝝ paruoꝝ. In ſuperiori quidez parte verſus oriētē. In inferiori aūt verſus occidentē: excepta luna que in ſuperiori parte circuli ſui mouetur verſus occidentem. In inferiori aūt verſus orientem. Et iſti parui circuli q̄ iuenianf iſtr predictis corpibus vocanf epicicli.

Ⅽ De maxia ⁊ mima diſtãtia plãetaꝝ a terra. Cap̄. VIII.

X predictis manifeſtū eſt ꝙ p̄dicti ſeptez planete q̄nq; plus diſtãt a terra ⁊ q̄nq; min⁹. Cū enim deferentes ſint omnes eccentrici: ſi ꝓducatur linea vna per centrum terre: ⁊ per cētrū cuiuſuis illorum deferentium ⁊ applicet extremitates ſuas ad circunferentiam ipſius circuli oſtēdet in ſuis extremitatibus maximam propinquitatem eius ad terram ⁊ maximam diſtantiam. Punctus autem maxime elongationis a terra dicitur aux ipſius circuli ⁊ punctus ei oppoſitus dicitur oppoſitio augis. Similiter quoq; in habentibus epiciclū quocunq; ſitu eccentrici ſit centrum epicicli ſi a centro terre protrahatur linea intra ꝑ cētrum epicicli vſq; ad circunferentiam eius punctus in epiciclo qui eam terminat: dicitur aux epicicli: punctus vero inferior in quo dicta linea ſecat epiciclū dicitur augis oppoſitio. Cū enim ſol fuerit in auge ſui deferentis: tunc maxime diſtabit a terra. Cum vero fuerit in oppoſito augis ipſius tūc maxima appropinquabit terre in alijs vero planetis predictis cum centrum epicicli cuiuſuis eorum fuerit in auge deferentis ⁊ corpus ipſius in auge epicicli: tunc ille planeta maxime diſtabit a terra. Cum vero centrum epicicli fuerit in oppoſito augis deferentis ⁊ corpus eius planete in oppoſito augis epicicli: tūc ille planeta erit maxime propinquus terre.

Ⅽ Deſcriptio ſpheraꝝ ſeptem planetaꝝ. Cap̄. IX.

Igitur intelligamus lineaz rectaz ex vtraq; parte centri terre vſq; ad maximam altitudinem cuiuſuis illorum ſeptem planetarum ꝓductam ⁊ ab vtraq; parte maximam diſtantiam ipſius ſignãtem ⁊ ſuper eam rotam ſeu circulū deſignatū. Itē ſuper duo pūcta minimaz diſtãtiã deſignantis aliū ſemicirculum ſimiliter deſignatum: ⁊ intelligamus ſuperficiem inter duas predictas ſemicircūferentias contentum linea predicta manēte fixa quouſq; ad ſuum ſitum redeat circunduci corpus ab ipſa ſuperficie deſcriptum ſphera illius planete dicetur cuius diſtantie a terra fuerunt accepte. Hi ergo ſeptem planete predicti ſunt illa ſeptem corpora que inter corpora celeſtia habent proprium motum ⁊ ſingularem.

Ⅽ De ſphera octaua ⁊ motu eius diurno ⁊ tempore motus planetarum. Cap̄. X.

Mnes autem alie ſtelle habent vnum motū cōem ⁊ vſem ſeruantes ſemꝑ in motu ſuo eaſdem figuras ⁊ diſtantias adinuicem. Unde ↄcludif ꝙ ipſe ſtelle ſūt fixe in vna ſphera: ad cuius motū vniformē ipſe vniformiter mouentur. ꝓꝑ qḋ ⁊ fixe dicunf. Et eſt motus iſte ab oriente ad occidentez perficiens omni die reuolutionem vnã: ꝓꝑ quod eiuſ diurnus dr̄. Et trahit ſecū ſeptē planetas p̄dictos verſus occidentem oī die quaſi reuolutione vna. Dico autem quaſi: q̄m ſicut predictuz eſt quilibet eoꝝ mouef ꝓꝑo motu in ſuo ꝓprio circulo verſus orientem perficiēs in certo tempore reuolutionem vnã. Lūa quidem in. 27. diebus ⁊ 8. horis. Mercurius vō Uenus ⁊ Sol in. 365. diebus ⁊ ſex horis. Mars autem in duobus annis. Iuppiter in. 12. Saturnus autē in. 30. fere. Et q̄r iſta ſeptē corpora nō poſſunt moueri equaliter ſuo proprio motu: Sol quidem ꝓꝑ eius eccentricitatem. Reliqua vero ꝓꝑ eorum eccentricitatez ⁊ ꝓꝑ epiciclū: ⁊ q̄r ēt nō hñt eq̄les motus adinuicem: idcirco dicuntur erratica ſiue planete: q̄m ſunt differētia tã in motibus q̃z in figuris inter ſe ⁊ a ceteris ſtellis quas fixas nominauimus: quaꝝ ſphera dr̄ octaua: q̄m in ordie ſpherarum celeſtium octauo loco inuenif. Et dicitur firmamentum q̄m ipſius motus ſemꝑ vr̄ eſſe firmus ⁊ vniformis. ⁊ q̄r in eo ſtelle fixe videntur firmari. Et Ariſtoteles quidez dixit hanc ſpheram eſſe ꝑmū mobile: q̄m putauit eam moueri motu vnico ⁊ ſimplici nec poterat eum ſenſus aut aliqua ratio cogere ad aliam ſpheram ſuperiorez ponendã. Cum iſtam ſpheram ⁊ ſeptem predictas inferiores ſenſu manifeſtiſſimo iudicemus.

Ⅽ De motu octaue ſphere ad orientem. Cap̄. XI.

Tolomeus aūt ex conſiderationibus multorū p̄deceſſoꝝ ſuoꝝ ⁊ ſuis inuenit per ſtellas fixas relatas ad ſitum equatoris hãc ſpherã moueri verſus oriētē ſingulis cētū annis vt dixit vno gradu. Et q̄r tot⁹ circulus hʒ. 360. gradus: ſeq̄tur ſm̄ poſitionem Ptolomei ꝙ ſphera predicta ſtellaꝝ fixaꝝ ꝑficiat reuolutionē ſuam ab occidēte in 36. millibus annis. Poſteriores autē pħi vt Archachel: ⁊ Thebith Bruchorat nō inuenerūt motū ſtellaꝝ fixarum ꝓcedere ad orientem ſicut poſuerat Ptolomeus. Sed inuenerūt eas redire iterū ad occidentem. Et ideo motū ipſarum ꝓpriū vocauerūt motū acceſſionis ⁊ receſſionis: q̄r ꝑ q̄dam ſpatiū inuenerūt eas moueri ad orientem non ꝓcedere: ſed redire verſus ſimile ſpatiū ad occidentē. Q̄m vō nã celeſtis nullū motū admittit niſi circularez: idcirco Thebith predictus ſtuduit inuenire modū per quem acceſſionem ⁊ receſſionem ſtellaꝝ fixaꝝ predictã faceret ſeq̄ ex aliquo motu circulari. Unde imaginatum eſt duos circulos deſcribi ſuꝑ caput arietis ⁊ libre quoꝝ diametri reſpondeant acceſſioni receſſioni p̄dictis. Et ſuper cētra eoꝝ imaginatus eſt moueri capita arietis ⁊ libre maximis declinationibus ſolis ſuper eiuſdē quantitatis manētibus.

Ⅽ Q̄ neceſſe eſt ponere nonaz ſpheram ad minus: ⁊ de celo cryſtallino ⁊ empyreo. Cap̄. XII.

Oc aūt non tangimus nunc hic: q̄r noluimus nūc de iſto motu acceſſionis ⁊ receſſionis tractare. Q̄m de ipſo plene tractauimus: in compoto noſtro maiori: in eo loco vbi veram quãtitatē anni ſolis inueſtigãdam aſſumpſim⁹. Sʒ idcirco iſta coacti ſumus hic tãgere vt conſtet octauaz

ſpheram non vno motu moueri: ſed plurib⁹. Quare ex hoc ſequitur neceſſario eſſe aliam ſpheram ſupra ipſas que hēat motum ſimplicem que ſit pmū mobile. Sed vtrū hoc ſit imediate ſupra firmamentū an ſint etiam alie alique medie que etiam pluribus motibus moueātur non poſſum⁹ habere certitudinem per demonſtrationem. Quoniam ſenſus noſter vltra firmamentum non pertranſit. Sed ex premiſſa ratione conſtat vobis ꝙ ad minus neceſſe eſt ponere in corporibus celeſtibus nouam ſpheram: ⁊ forte ipſa eſt quam diuina ſcriptura vocat celum cryſtallinum: ſupra quod celū eadem ſcriptura diuina dicit eſſe aliud qđ vocatur empyreum. Unde docti rationis neceſſitate ⁊ diuine ſcripture veritate compellimur dicere ad minus eſſe decem ſpheras celeſtes. ſ. celum empyreum. Chryſtallinum firmamētū ⁊ ſeptē ſpheras ſeptem planetarū. Quibus additis quatuor elementis fiunt in vniuerſo in tota mundiali machina quatuordecim ſphere. Eritq̧ conuexa ſuperficies ſūme omniū locus vniuerſalis oīum inferiorum ⁊ vlr oīum rep: ⁊ extra ipſam oīno nō eſt aliqđ corpus nec aliquis locus. Cōcaua vero ſupficies eiuſdē erit locus prime ſphere inferioris: ⁊ oīum ab ea cōtētaꝝ. Et ſic deſcedēdo vſq̧ ad vltimā que eſt ſphera terre: ita vt ſemp concauum ſuperioris iungatur vndiq̧ cōuexo īferioris excepto concauo aeris ⁊ in parte concauo aque.

Quod ſphere planetarum habent eundem motum ad oriētem cum ſphera octaua. Cap. xiij.

Et omnes ſphere ſeptē planetarū habēt vnū ⁊ eundem motū ad orientē: cū firmamēto ⁊ ſimul cū ipſo rapiunt a primo mobili ad occidentē quaſi ipſe cū. 8. ſint vna eētia. Quare auges circuloꝝ deferentiū ſeptē planetarū ſunt ſemp affixe eiſdē ſtellis fixis ſeu eiuſdē finibus firmamēti: ⁊ corpora ipſoꝝ planetaꝝ aliū motū hñt manifeſtū in ſuis differētijs ⁊ ſpatijs ⁊ diſtantijs a terra duodecim imaginibus ipſoꝝ corporum: que plenius perſcrutati ſumus in vno libro quē de modo equationis planetarū ad inſtantiā domini Urbani pape quarti edidimus ponendo hec oīa in numeris certis ⁊ examinatis a nobis.

Quod corpa celeſtia nō hñt motū niſi circularē. Cap. xiiij.

Hic igit̄ cōſtat ꝙ in oīb⁹ corporibus incorruptibilibus inuenit̄ motus localis ⁊ nec alius. Generatio aūt ⁊ corruptio augmentū ⁊ diminutio in rebus icorruptibilibus eſſe non poſſunt. Sed neq̧ alteratio que eſt via ad gñationem ac corruptionē: nec recte cōtra hoc obiectū eſt de alteratione lune in eclipſi: qm̄ eclipſis eſt potius i luna priuatio qualitatis aliene q̄ proprie. Luna enim nullā in ſe minutionē recipit ex eclipſi. Ille autem motus localis qui inuenitur in corporibus celeſtibus circularis eſt: qm̄ finibus huius motus eſt mouere elīta ad mixtiones ⁊ ad ſuas proprietates cōcipiendas: ⁊ ſuas operationes exercēdas: ꝓp quod oportuit ea circulariter moueri vt orbiculariter inferant hos effectus in oēm mundi diſtantiā. Hec autem agunt irradiando in iſta inferiora ⁊ lucē ſuam multiplicando p radios. Lux eni eſt qualitas ipſoꝝ per quā in iſtis inferiorib⁹ operant: irradiatio aūt eſt influentia ſm̄ latitudinem. Uñ conſtat ꝙ orbiculariter mouentur corpa celeſtia ⁊ elīta vt per eorum motū circulares cōtinua ſucceſſione influāt in ipſa irradiando directe in ſingula eorum ſucceſſiue.

Quod elementa ⁊ mixta ex eis non habent motū niſi ad cētrum ⁊ a centro. Cap. xv.

Elementa vero nō habēt motū circularē ſed rectum. Leuia quidē a cētro grauia ad centrū. Nā ipſa ſunt propter mixtū: miſceri autē nō pñt niſi per motū ſurſum ⁊ deorſū. Cōſtat enim ꝙ p motū circularē nunq̄ miſcerētur: quēadmodum nec corpa celeſtia nuq̄ miſcent: ⁊ ille motus in elītis cātur a motu ſupcelestiū corporū. Sz ab ipſo p vtutē ſuaꝝ irradiationū caleſiunt aut infrigidant ⁊ plus ⁊ minus ⁊ rareſiunt: ⁊ quidē condenſant ⁊ plus ⁊ minus. Mixta autē ſequunt vota ſuorū miſcibiliū: vt ea q̄ plus participant de leuibus moueant ſurſū: ⁊ ea q̄ plus de grauibus moueant deorſum. Et opz que cūq̧ mouent ſurſum amplius rareſiant vt vapor aſcendens. Que autē mouent deorſum oportet ꝙ aut ſint denſa nō rarefactibilia vt lapides: aut cōdenſent: vt vapor qñ cōuertit in pluuiam. Et accidunt iſta propter naturale deſiderium cuiuſlibet locati ad ſuum locū. Ex premiſſis eni conſtat ꝙ primū locans eſt ſphericum ⁊ oīno locata ab ipſo ⁊ ad ſe inuicem vſq̧ ad mixta ſunt etiam ſpherice locantia ⁊ locata. In quo apparet ꝙ omne locatū deſiderat equidiſtare ſuo locanti ⁊ alia vicina primo mobili. Denſata vero non rarefactibilia nuſq̄ pōt equidiſtare primo locanti: ⁊ per ꝯñs nec medijs niſi ſint in centro ⁊ circa centrum: vñ neceſſe eſt ꝙ oīa moueantur ad cētrū niſi fuerint prohibita ab alio fortiori. Quoniā vbicunq̧ fuerint extra centrū accedūt ad vnam partem locantis primi ⁊ ab alia elongantur. Quod ſi poſſent ſe rarefacere niſi eſſent prohibita facerent vnā ſpherulam circa centrum. Cuius magnitudo eſſet ſz quātitatē ſue materie ⁊ poſſibilitatē ſue rarefactionis. Mixta igitur quoꝝ partes cōfecte ſunt nec ſeparabiles ſi nō eēnt prohibita neceſſario deſcenderent in centrū ⁊ diſponerent ſe ſm̄ illū ſitum quo centrum terre eēt centrū coꝝ quatenus eorum figura ſuſtineret. Nec nunq̄ a ſitu illo recederent niſi pulſa. Unde cōſtat ꝙ ſi terra eſſet perforata diametraliter ⁊ demergeretur vna ſphera ferrea in illud foramen ꝙ ipſa deſcenderet vſq̧ ad centrum quouſq̧ centrū illius ſphere eſſet veriſſime centrū terre ibiq̧ in perpetuū quieſceret niſi a maiori potentia pelleretur. Unde cum terra ſit grauiſſimū oīum corpoꝝ: neceſſario ſequitur ꝙ ipſa ſuo pondere quieſcet imobiliter in medio celi. Quod ſi per intellectū ſubtrahamus terram: neceſſario tota aqua tanq̄ oīum corpoꝝ grauius diffundet ſe vndiq̧ ſpherice circa centrū. Similiter quoq̧ aqua ⁊ terra per intellectū ſubtractis: hoc facient aer ⁊ ignis: denſato aere in parte inferiori prope centrū ⁊ rareficato eo ⁊ igne verſus circūferētiam: ita vt impleant omne ſpatiū qđ a centro vſq̧ ad cōcauū ſphere lune: eo ꝙ natura vacuū nō ſubſiſtet ⁊ ſuperiora corpa rarefactionē aut cōdēſationē non recipiunt. De tota igit̄ mundiali machina ⁊ partibus eius ⁊ forma ⁊ ſitu ⁊ ordine ⁊ motu tanta nobis dicta ſufficiant.

Quod celū mouetur circulariter. Cap. xvj.

Nunc autē ad motū ⁊ formā ſpheraꝝ ſupcelestium redeamus. Dicimus igitur ꝙ oīs motus circularis fit per centrū: ⁊ omnis motus ſphericus ſup axem. Opz ꝙ in ortu ſpherico axis ſphere fixa maneat: ⁊ in ſuperficie ſphere poli: ⁊ ꝙ oīa pūcta in ſuperficie ſphere ſignata deſcribant in motu ſphere circulos eqdiſtantes circa polos maiores videlz ⁊ minores ſm̄ ꝙ magis aut minus diſtant a polis. Sitq̧ circulus vnus ſolus diuidens ſpherā ſup centrum eius ac eqdiſtans vtriq̧ polo. Qui dicitur cingulū motus ſphere: ⁊ iſte circulus ſemp eſt de maioribus. Nāq̧ maior circulus in ſphera dicitur qui diuidit ſpherā in duo equalia ⁊ oīs talis tranſit per centrū. Minor aūt dr̄ qui diuidit eam per duo inequalia: ⁊ nullus talis tranſit per centrū. Et dicunt partes ſphere i quas diuidit circulus minor portiones ſphere: quarū vna ſemp eſt maior: ⁊ altera minor. Et omnes circuli equediſtantes eoſdem habent polos. Si igitur diligenter intueamur motū ſtellarum fixarū apparebit in eo manifeſte forma predicta que conuenit motui ſpherico. Uidemus enim ex parte ſeptētrionis quaſdam

ſtellas ſemp̄ apparentes ⁊ videmus eas deſcribere circulos ſuos ſemper eoſdem: ⁊ alias quidem minores quanto plus accedunt ad ſeptētrionē ⁊ alias maiores quāto plus elongantur ab eo quouſq; perueniatur ad ſtellas que nobis oriuntur ⁊ occidunt quas videmus ſemper oriri ⁊ occidere. Et in eiſdem punctis circuli hemiſperij ⁊ eſſe maiorem moram ſuper terram ⁊ minorem ſub terra quāto inter orientes ſunt propinquiores ſeptētrioni quouſq; perueniatur ad aliquas quarum mora ſuper terraȝ eſt equalis more earum ſub terra: ⁊ oportet ꝙ iſte ſint in circulo maiori qui eſt cingulum motus earum: deinde ab eo verſus meridiem ſequuntur ſtelle habentes maiorem moraȝ ſub terra q̄ ſupra terram: tanto quidem quāto magis accedunt ad meridiem quouſq; perueniatur ad ſtellas habentes ſolis contactū circuli hemiſperij pro ortu ⁊ occaſu earuȝ. Et vltra illam verſus meridiē queciq; ſtelle ſunt: ſunt nobis ſempiterne occultationis: ⁊ omnes ſtelle predicte deſcribūt ſemper eoſdem circulos omnes adinuicē eq̄diſtātes: quorum neceſſe eſt eſſe eoſdem polos ⁊ ſunt punctus in ſeptētrione qui eſt quaſi centruȝ ſemp̄ apparentiū ⁊ eſt nobis p̄ aliquod ſpatiuȝ ſemp̄ eleuatus: ⁊ punctus in meridie diametraliter ſibi oppoſitus qui eſt quaſi centruȝ ſemp̄ occultarū: ⁊ eſt nobis per ideȝ ſpatium ſemp̄ depreſſus. Iſta oīa euidenter oſtendunt: ꝙ ſphera in qua ſunt ſtelle fixe que dicitur firmamentum mouet̄ ab oriente in occidentem.

Q terra non mouetur. Cap. xvij.

Quauis fuerint nōnulli ꝓpter prauā diſpōnez intellectꝰ corū magis apti ad impoſſibilia compꝛehendenda q̄ ad neceſſaria intelligēda: qui dixerūt ꝙ ſphere celeſtes nō mouent̄: ſȝ terra cū oībus partibꝰ ſuis mouet̄ omni die reuolutione vna integra ⁊ nos motū iſtū in nobis ⁊ terra mota nō percipimus: ſed ipſum in celo iudicamus putātes ꝙ partes celi ad occidentem moueant̄: qm̄ nos ad orientē mouemur: quēadmodū ſi aliqua nauis exiret de aliquo portu occidentali ⁊ iret verſus orientē: videret̄ nauigātibꝰ ꝙ portus moueret̄ ad occidentē ⁊ ꝙ nauis maneret fixa: q2 ſenſus ſi iudicat de motu niſi reſpectu alicuius fixi diuerſi: ⁊ ideo nauigantibus cum ſunt in mari remoti ab omni fixo remoto in qđ videant ⁊ nihil vident niſi mare: videtur eis ꝙ aqua mouet̄. Hunc aūt errorem ideo poſuerunt: q2 putabant ꝙ nobiliori corpori debeat̄ nobilior cōditio. Nobiliorem aūt cōditionē putabāt eſſe quietis q̄ motus. Sed hic error repellitur per ea que videmus de motu locali in iſtis inferioribus: equalis eſt ſagitta vel auis vel aliquid aliud pro aere motuȝ: qđ videret̄ velocius moueri verſus occidentē q̄ verſus orientē per reſpectum alicuius in terra fixi: quod falſum eſt cū videamus predicta in aere mota ab aliquo terre ſitu fixo equa velocitate ſiue ad orientē ſiue ad occidentem moueri.

Q celum eſt rotundum. Cap. xviij.

Celum autē eſſe rotūdū dubitari nō pōt: qm̄ ex p̄miſſis excludit̄. Amplius autē ſi eſſet angulatū ſequeretur ex motu eius aut corpus eſſe ſine loco aut locū ſine corpore. Rurſus etiā ſi eſſet planū ſtelle in medio celi nobis eſſent propinquiores q̄ in ortu vel occaſu. ergo deberent videri maiores: ⁊ tamen videntur maiores in ortu ⁊ occaſu. Qđ nō eſt ꝓpter minorē earum diſtātiā ſed ꝓpter aggregationeȝ vapoꝝ radios frāgentiū: ſicut apparet de his que videntur nobis minora q̄ ſint in veritate. Iteȝ ſi eſſet planū ſemp̄ videremus nouas ſtellas orientes ab oriente. Cum nūq̄ videamus eas reuerti ad orientem per dictū planū. Videremus quoq; eas maiores qñ eſſent in directo noſtri in meridie q̄ cū eſſent remote a nobis verſus orientem ⁊ occidentem. Amplius autē ſumit̄ ratio ex ſilitudine: nullum autem corpus poteſt eſſe ſimilis forme in toto vel in partibꝰ niſi ſphericum. Nā quelibet pars ſuperficiei ſphe- rice ſuo toti vbiq; applicatur: quare non potuit eſſe rotundum columnare aut pyramidale aut ouale: ſed ſolū ſphericum. ¶ p̄. Celum debuit omnia continere: ideo debuit eſſe capaciſſimum. Et quia oīum iſopemetrorum ſolidorum maximuȝ eſt ſphera ſicut ſuperficialis circulus: oportuit celum eſſe ſphericum. Licet etiam cōuenientia ſilitudinis future ad ſuum exemplar idē concludit: vt ſicut exemplar mundi vȝ ipſe mundus archetypus careat principio ⁊ fine: ita mundus ab ipſo veniens figuram habeat principio ⁊ fine carentem: que ſola eſt in corporibus ſphera.

Q terra ⁊ aqua habēt formam ſphericam. Cap. xix.

Quod auteȝ terra ⁊ aqua ſimul habeāt formā ſphericaȝ probat̄ manifeſte p̄ ea que apparēt nobis ⁊ de ortu ⁊ occaſu in corporibus celeſtibus. Videmꝰ eñ vt p̄mo loquamur de dimēſione que eſt ab oriente in occidenteȝ ꝙ ſtelle prius oriunt̄ ⁊ primo occidūt magis orietalibus ⁊ tardiꝰ minus orientalibus vt patet per eclipſes lune: que licet in vno inſtāti tēporis ſint apud oēs: illa tñ eclipſis que apparet aliquibus in ortu lune: apparet orientalibus ab eo tam in terra q̄ in mari ſecūda hora noctis vł tertia vel quarta ſm̄ ꝙ ſunt magis orientales: ab illis autē minus: nec inuenit̄ diuerſitas inter exiſtentes in terra ⁊ in mari ſiue illis qui ſunt in mari ſiue in inſulis ſiue in nauibus: qđ non pōt eſſe niſi p̄p ſphericitatem terre ⁊ aque ab oriente in occidentem. Idē quoq; apparet in ſeptētrione in meridie: nam ſi quis moueat̄ de ſeptētrione in meridiē: inueniret polū ſeptētrionalē depſſuȝ v̄ſus circulū hemiſperij re'ſitus prioris: ⁊ tāto magis q̄to magis mouebit̄ v̄ſus meridiem. Itaq; aliq̄ ſtelle de p̄te ſeptētrionis que p̄us ⁊ ſp̄ appebant incipiebāt ſibi occidere ⁊ oriri: ⁊ tāto magis accidet iſtud ei q̄to magis mouebit̄ ad meridiē: ita ꝙ poſſet in tantum procedere verſus meridiē: vt oēs ſtelle que in p̄mo ſitu ſuo ſemp̄ ei apparebāt ſibi occiderent ⁊ orirent̄: ⁊ oēs que ex p̄te meridiei ſibi ſemp̄ in p̄io ſitu occultabant̄ eidē orirentur ⁊ eſſet vterq; polus ſeptētrionalis ac meridionalis in circulo hemiſperij. Silr̄ quoq; ſi idē homo a ſitu primo moueretur verſus ſeptētrionē ſemp̄ magis eleuaretur ei ſuper circulum hemiſperij polus ſeptētrionalis ⁊ ſtelle que in p̄ioꝛi ſitu oriebantur ⁊ occidebant fierent ei ſemp̄ occulte: ⁊ ſi ſemper eo plus eleuaret̄ quouſq; perueniret ad locum vbi polus ſeptētrionalis eſſet directe ſuper caput eius. In quo ſitu hemiſperiū celi ſeptētrionale ſemp̄ ei appareret: ⁊ meridionale ſemper ei occultaretur: nec inuenit̄ differentia in hoc iter ambulantē per terraȝ aut per mare v̄ſus meridieȝ aut verſus ſeptētriones ꝓpter qđ oportet ꝙ terra ⁊ aqua habeant ſphericitatem a ſeptētrione in auſtrū. Errant igitur qui dicunt terram eē planā: qm̄ ſi eſſet plana ab oriēte in occidente ſtelle oēs ſimul orirentur oībus hoībus in ea habitantibus ⁊ ſimul occiderent: ꝙ ſi eſſet plana a ſeptētrione in meridiē ſiue auſtrū: quocūq; moueret̄ ſtelle que ei in ſitu vno ſemp̄ apparēt ille in quolibet alio ſitu ſemper apparent eidem. Similiter ille que in vno ſitu ſemp̄ ei occultarentur in quolibet alio ſitu ſemp̄ ſibi occultarentur.

Q terra eſt in medio celi. Cap. xx.

Quod aūt terra ſit in medio celi cōſtat ex hoc ꝙ oēs ſtelle ſiue in ortu ſiue in medio celi ſiue in occaſu apparent nobis euſdem quātitatis. Unde videt̄ in omni eaꝝ ſitu a nobis equaliter inſtantes. Amplius ſi terra magis accederet ad vnā partē q̄ ad aliam: quicūq; exiſteret in ea p̄te celi que magis accederet ad celū non videret medietatem celi. quicūq; v̄o exiſteret in oppoſitū videret plus medietate celi. Dicūt autem p̄hi ꝙ vbicūq; exiſtat hō ſemper ſibi

apparet

apparet medietas celi ⁊ eiuſdem medietas occultatur qḋ manifeſte probari poteſt per eccliſpſim lune. Conſtat enim ꝙ in inſtanti medio eclipſis lune: Sol ⁊ luna ſunt vere ⁊ punctaliter ſm diametrum oppoſiti: vnde tunc diſtāt per medietatem celi: ſed quibuſcūqȝ luna in eclipſi ſua oritur in inſtanti medio eclipſis illis occidit ſol in eodem inſtanti. Ex quo liquido probatur ꝙ tota terra eſt ſicut centrū reſpectu celi: qm̄ ſi remoueamus medietatem terre per intellectū ⁊ ponamus aliquē eſſe in centro terre: conſtat ꝙ ille non videbit niſi medietatem celi: tantum ergo videt ille q eſt in ſuperficie terre quantum ille qui eſt in centro. ergo diſtantia inter centrum terre ⁊ eius ſuperficiē relata ad magnitudinem celi eſt inſenſibilis. ¶ Amplius dicunt philoſophi ꝙ minima ſtellarum fixarum viſu notabilium eſt maior tota terra. Conſtat autē ꝙ minima ſtella eſt tanquam punctus reſpectu totius celi.

¶ De ſeptem circulis qui ſunt equator ⁊ orbis ſignorum ⁊ de ſpheris aſcenſualibus ⁊ deſcenſualibus deſcriptis a ſole. Cap. XXI.

Apparet igitur ex ſuperioribus ꝙ ſtelle fixe mouent ad occidens ſuper duos polos predictos ſcilicet ſeptētrionale ⁊ meridionalē deſcribētes circulos equidiſtantes circa ipſos quorū maior qui equaliter diſtat ab vtroqȝ illorum polorum dicit cingulum primi motus. Nā iſte motus ſtellarum fixarū ſuper polos predictos eſt motus primi mobilis. Motus autem proprius ſphere ſtellarum fixarum qui fit in centum vno gradu ſm Ptolomeū vt ſupra diximus: eſt ad orientem imperceptibilis niſi in magna quantitate annorum excedente vitas continuas multorū hominum: propter quod ad verum non peruenit notitia eius vt ſuperius dictum eſt. Et iſte motus rapit ſecum omnes ſeptem planetas ſuperius nominatos ad occidentem ſup polos predictos: ꝗuis quilibet eorum proprio motu econtrario tendat ad orientē deſcribendo circulum: cuius alij ſūt poli ꝙ̄ predicti. Sol enim vt prius de ipſo tractemus: quoniam oēs alij planete ſuū motū referunt ad ſolem ſumendo ab ipſo certam formam deſcribit ſuo motu circulū vnū qui ſecat circulū primi motus in duas partes eq̄les ⁊ eſt maxima diſtantia eorū 24ᵒʳ grad. fere. vnde etiā poli circuli quem deſcribit ſol diſtant a polis prioribus eadē quātitate. Et cingulū predictū primi mobilis dicitur eq̄tor: quoniam oībus habitantibus ſub eo ſemper eſt eq̄noctiū: ⁊ q2 ſole exiſtente in ipſo eſt eq̄noctiū in vniuerſa terra: vbicūqȝ eſt diuerſitas diei ⁊ noctis vt patebit infra. Circulus aūt quē deſcribit ſol dī orbis ſignoꝝ: qm̄ in ipſo ſunt ſigna duodecim que ſunt Arietis ⁊c̄. Maxima aūt diſtātia duoꝝ predictorum circuloꝝ equatori ⁊ orbis ſignoꝝ dicitur maxima declinatio ſolis. Illa quidē que eſt ad ſeptentrionē ſeptētrionalis: ⁊ illa que eſt ad meridiem meridionalis. Et ſol exiſtens in p̄ma maxime accedit ad nos. exiſtens autem in ſecūda maxime diſtat a nobis. Eſt igit ſol in puncto maxie declinationis meridionalis. Qḋ ē in medio decēbris: ab illo igitur pūcto īcipiet ꝯuerti ad nos. Vñ punctus ille dicit tropicus. i. conuerſiuus ⁊ hyemalis q2 fit in hyeme. Motu itaqȝ firmamenti rapitur ad occidens ⁊ deſcribit vnum circulū equidiſtantem equatori ſi nullum hēret ꝓprium motū. Q2 vō ꝓprio motu mouet ad oriēs omni die vno gradu de partib⁹ orbis ſignoꝝ ꝓdicti erit in craſtino. In pūcto nō maxime diſtantie orbis ſignoꝝ ab equatore: ſed aliqua modica quantitate minus diſtabit ab equatore. vñ patet ꝙ nō deſcripſit verum circulum q2 non reuertit motus in ſuum principium. Sed propter ꝯiunctionē duoꝝ motuū ꝓdictorū deſcribet ſpherā. Si enim ſol nō moueret niſi motu firmamenti deſcriberet verū circulū vt dictū eſt. ¶ Item ſi moueretur ſolū ꝓprio motu firmamēto quieſcēte appropinquaret equatori per obliquitatem orbis ſignorū vnū gradū deſcribēs partem ſui circuli veri. Quia igitur iſti duo motus ſimul iūgunt cōtinue opꝫ ꝙ omni die faciat vnam ſpheram loco vnius circuli equidiſtantis equatori. Que tamen ſphera nō differt in ſenſu a vero circulo ⁊ maxie in locis maximarū declinationum ⁊ in locis multū vicinis. Tot ergo deſcribet ſpheras donec ꝑueniat ad equationem. Quod erit in medio martij: quot dies erunt in toto illo motu: ⁊ tūc erit eq̄noctium vernale: ⁊ illo die deſcribet equatorē fere aſcendēdo per ꝯſiles ſpheras vſqȝ ad aliam maximam declinationem ad quā ꝑuenit in medio iunij: eritqȝ numerus ſpherarum ſicut numerus dierum. Et q2 ibi conuertit ſol ad aliā maximam declinationem deſcendendo. Idcirco iſte pūct⁹ maxime declinatiōis dicit ēt tropicus: ⁊ dī eſtiualis: q2 fit in eſtate ſicut alius hyemalis: q2 fit in hyeme: ⁊ deſcēdet ꝑ alias ſpheras deſcenſuales interſecantes priores aſcenſionales quarum numerus erit ſimiliter ſm numerū dierum ⁊ cum peruenerit ad equatorem: quod erit in medio Septembris erit etiam equinoctium autūnale.

¶ De quatuor paralellis arctico ⁊ antarctico ⁊ duobus tropicis. Cap. XXII.

Quoniā aūt orbis ſignoꝝ ſm ſitū totū ſitum mouent virtute motus primi mobilis omni die vna reuolutione verſus occidentem. Opꝫ ꝙ poli eius moueantur omni die circa polos primi mobilis deſcribentes duos circulos circa ipſos equidiſtantes equatori: ſimilr ⁊ duo puncta duaꝝ maximaꝝ declinationū ꝓdictarum deſcribēt alios duos. Eritqȝ diſtantia duoꝝ primoꝝ a polis quanta erit iſtorū duoꝝ ab equatione: vȝ 24ᵒʳ graduū fere: ⁊ duoꝝ primoꝝ ille qui deſcribit circa polū ſeptētrionalē dicitur circulus arcticus. Oppoſitus aūt dicit antarcticus. duoꝝ vero ſecundoꝝ ille qui deſcribitur a maxima declinatione ſeptentrionali dicit tropicus eſtiualis. Alius vō dicitur tropic⁹ hyemalis. Et iſti duo totā cōtinēt viā ſolis: q̄m ſol in ꝑpetuū nō egredit extra ipſos. Omnes aūt quatuor predicti circuli ſunt de minoribus: q2 nō diuidūt ſpherā per eq̄lia: ſed in portiones: ⁊ dicuntur cōiter. 4. paralelli.

¶ De zodiaco. Cap. XXIII.

Alij vō deſcribūt planete ſinguli ſingulos circulos interſecantes ꝓdictum circulū orbis ſignoꝝ in duas ꝑtes: cuꝯ maxia declinatio non excedit quātitatē ſex graduū: vñ ſi duo intelligant duo circuli equidiſtantes vtrinqȝ orbi ſignoꝝ per quātitatē ſex graduum intra ipſos ſemꝑ erūt omnes planete: totumqȝ illud ſpatium ab ipſi⁹ ambitu vocatur zodiacus: ⁊ continet duodecim ſigna prius noīata. Diſtantia vō iſtoꝝ planetaꝝ ab orbe ſignoꝝ dicit latitudo eoꝝ ſeptentrionalis qdem ſi fuerit in medietate ſui circuli que eſt ſeptētrionalis ab orbe ſignoꝝ. Meridionalis aūt ſi fuerit in ea que eſt meridiōalis ab ipſo: quēadmodū declinatio ſolis dicit diſtātia eius ab equatore: ſeptētrionalis quidē qñ eſt verſus ſeptentrionē: ⁊ meridionalis qñ eſt verſus meridiem. In luna quoqȝ figura interſectionis ꝓdicte ſui circuli ⁊ orbis ſignoꝝ dī draco: ⁊ illa interſectio a qua fit luna ſeptētrionalis ab orbe ſignoꝝ dī caput: ⁊ ei⁹ oppoſita dicitur cauda draconis.

¶ De duob⁹ coluris ⁊ orizōte ⁊ orbe meridiei. Ca. XXIIII.

Quod ſi imaginemur duos circulos maiores ambo trāſeuntes per polos equatoris ⁊ orbis ſignorum ⁊ alterū per maximas declinatiōes ipſoꝝ dicent ambo coluri. Sed p̄mus diſtinguēs equinoctia ⁊ ſecundus diſtinguens ſolſtitia. ¶ Preter hos āt circulos maiores opꝫ rurſus aliū intelligi: g diuidit vnuſquiſqȝ ſm ſitū ſuū totū celū i duo

hemiſperia.ſ.in hemiſperium apparens ſupra terram ⁊ hemiſperium quod nobis occultatur ſub terra. Et dicit̄ iſte circulus circulus hemiſperij ſiue oriçō: de quo manifeſtuȝ eſt ꝙ ipſe eſt vnus de circulis maioribus: quoniam diuidit ſphera in duo equalia: vt patet ex premiſſis. Et ſm̄ quemlibet ſitum eſt vnicuiqȝ oriçon proprius. vnde ſi quis directe moueatur ad orienteȝ vel occidentem eadem altitudine poli manente polus oriçontis ſui qui eſt çenith capitis deſcribet vnum circulum equidiſtanteȝ equatori: qui erit vnus de circulis maioribus vel minoribus: ⁊ erit illi ſolis vniformitas in quantitate dierum ⁊ noctium vt infra patebit. Si quis autem directe moueatur a ſeptentrione in meridiem vel econuerſo: eadem diſtantia ab oriente ⁊ occidente ſeruata a çenith capitis eius deſcribit vnum circuluȝ de maioribus tranſeuntem per polos equatoris ⁊ interſecantem ipſum ad angulos rectos. Et huic accident oēs diuerſitates inequalitatum dierum ⁊ noctium que eſſe poſſunt: ⁊ omnes iſti ſitus habebunt in vno ⁊ eodem inſtanti meridiem ⁊ in vno ⁊ eodem inſtanti mediam noctē. Quoniam cum ſol peruenerit ad iſtum circulum de dicenti ſimilis ortus habēntibus çenith in ipſo meridies. Et quādo peruenerit ad ipſuȝ de nocte erit ſimilis ortus media nox. Sequit̄ ēt ꝙ oēs ſtelle qn̄ puenerint ad ipſuȝ ſuper terrā: tunc mediauerint arcum ſuuȝ quem deſcribunt ſupra terram. Et qn̄ peruenerint ad ipſum ſub terra: tunc etiaȝ mediauerint arcū ſuū ſub terra. vn̄ recte dr̄ circulus iſte circulus meridiei qui tranſit per polos equatoris ⁊ per çenith cuiuſlibet ſitus: ⁊ ad omnem ſituȝ ſunt omnes circuli ſixi. Oriçon videlicet ⁊ orbis meridiei. Uerūtn̄ quocūqȝ quis moueat̄ mutat oriçontē: lȝ nō oporteat ꝙ mutet meridianū: qḋ ſatis pȝ ex predictis. Uolo aūt ꝙ intelligas ꝙ ois ſitus cuius çenith eſt in equatore dr̄ habere oriçōtem rectū ⁊ ſpheram rectā. Qm̄ oriçō eoꝝ tranſit per polos equatoris: ⁊ īterſecat eos ad āgulos rectos. Unde ſphera celeſtis voluit̄ eis ſm̄ rectū ſitum. Sed oēs alij ſitus quoꝝ çenith eſt extra equatorē vltra vel citra dicunt̄ hr̄e oriçontē obliquū ⁊ ſpherā obliquā. Qm̄ oriçon eoꝝ nō tranſit per polos nec interſecat equatorem ad angulos rectos ſȝ obliqȝ vnde ſphera celeſtis voluit̄ eis oblique.

Recapitulatio predictoruȝ. Cap. XXV.

Ex premiſſis igitur cōſtat ꝙ in ſphera celeſti pp̄ diuerſitatem motus ⁊ eccentricitatem terre neceſſario imaginabimur ſex circulos maiores ⁊ quatuor minores. vȝ equatorem qui eſt cingulum ꝑmi motus: quem orbē ſignorum ꝓprie deſcribet ſol: qui pōt etiam vocari cingulū ſcḋi motus: ⁊ coluꝝ trāſeūtem per polos equatoris ⁊ loca interſectionū ipſius ⁊ orbis ſignoꝝ quē dicimus diſtinctorē equinoctioꝝ: ⁊ coluꝝ trāſeūtem per polos eoſdē ⁊ per maximas declinationes equatoris in orbe ſignoꝝ. q etiā tranſibit p polos orbis ſignoꝝ quē diſtinctorē ſolſticioꝝ queȝ ſupra diximus: ⁊ oriçōtem q in ſuo ſitu diuidit totū celum hemiſperiū apparens ſuper terram ⁊ hemiſperiū occultū ſub terra: ⁊ orbem meridiei: ad quem cū peruenerit ſol ſuper terram erit illi ſitui meridies: ⁊ ſub terra media nox. Et iſti ſex circuli ꝑdicti ſūt maiores quos imaginamur in ſphera celeſti. Quatuor do minores.ſ. duo quos deſcribūt poli orbis ſignorum circa polos equatoris: ⁊ duo quos deſcribunt due maxime declinationes punctorum orbiuȝ equidiſtantes equatori.

De diſtinctiōe orbis ſuperioꝝ per.12. ſigna. Ca. XXVI.

Duo igit̄ coluri predicti diuidunt equatorem ⁊ orbem ſignorū in quatuor quartas. Quarum vna orbis eſt ſignorum ſeptentrionalis aſcendens a puncto cōis ſectionis ipſoꝝ vſqȝ ad maximam declinationeȝ ſeptentrionale. Et continet tria ſigna que ſūt Aries Taurus Gemini. Secunda vero quarta eſt a declinatione predicta vſqȝ ad ſectionem ſecundam eorundem circulorum. Et continet etiam tria ſigna que ſunt Cancer Leo Uirgo. Tertia eſt ab illa ſecunda ſectione vſqȝ ad maximam declinationem eorum meridianam. Et cōtinet etiam tria ſigna: que ſunt Libra Scorpio Sagittarius. Quarta aūt eſt ab illa maxima declinatiōe vſqȝ ad eoꝝ ꝑmā ſectionē. Et ꝯtinet ſilr̄ tria ſigna: que ſunt Capricornus Aquarius Piſces. Dicūtur aūt ſex ſigna duaꝝ ꝑmaꝝ q̄rtaꝝ ſeptētrionalia. Et ſex duaꝝ vltimaꝝ dicūt̄ meridionalia. Iteȝ ſex ſigna que ſūt ꝑme q̄rte ⁊ vltime dr̄ aſcendētia. Et hn̄t iſta.12. ſigna in celo in partib⁹ çodiaci circa orbē ſignoꝝ ꝯſtellationes vtcūqȝ ꝯſimiles aīalibus a quibus denominant̄.

Qȝ planete ⁊ ſtelle fixe dr̄ eē in ſignis. Cap̄. XXVII.

Et in his ſignis dr̄ eē oēs planete ⁊ ēt omnes ſtelle fixe nō quidē in ipſo çodiaco: ſed qȝ planete ſunt ſuper eo. Stelle vero fixe quedam ſm̄ veritatem ſūt in eo: quedam vero nō. Sȝ oēs ille que in eo nō ſūt ad certas partes ipſi⁹ referūt̄. vn̄ ſi imaginemur ſemper circulum vnū tranſeuntem per polos orbis ſignoꝝ ⁊ per quācunqȝ ſtellam fixaȝ vel erraticam: vbicūqȝ ſecabit orbē ſignoꝝ ibi dicet̄ eē ſtella illa ſiue fixa fuerit ſiue erratica. Et ſi quideȝ ipſa fuerit in puncto ſectionis tūc veriſſime dicet̄ ſtella illa eſſe in illo. Si aūt fuerit in alio pūcto ipſius ſemicirculi: tunc arcus ipſius ſemicirculi inter ſtellam illā ⁊ ſectionem dicet̄ latitudo illius ſtelle: q̄ denominabit̄ a parte ſeptentriōis vel meridiei verſus quā erit: ⁊ diſtinguet̄ per circulū minoreȝ per eā ductū equidiſtātem orbi ſignoꝝ. Et ſm̄ hunc modū accipit̄ latitudo planetaꝝ ⁊ ſtellaꝝ fixaruȝ ab aſtronomis. vn̄ manifeſtū eſt ꝙ ſol nullā hȝ latitudinē: eo ꝙ ſemper eſt in orbe ſignorum. Erit igitur predictus ſemicirculus deſignans loca ſtellaruȝ in ſignis ſi compleatur ſeptimus circulus de maioribus in ſphera.

De açimuth ⁊ almucantarath. Cap̄. XXVIII.

Non inconuenienter autem adiūgunt̄ ꝑmiſſis circulis multi alij maiores ⁊ minores per quos ſcrutamur multa eorum q̄ de vero motu apparent in ſupercelestibus: inter quos açimuth ſunt de maioribus ⁊ almucantarath de minoribus. Sunt autem açimuth circuli tranſeūtes per polos oriçontis qui ſunt çenith ⁊ eius nadir. Almucātarath vo ſunt circuli minores equidiſtantes oriçonti: per açimuth ſcitur diſtantia ortus ⁊ occaſus ſtellaꝝ a vo oriente ⁊ vero occidente: per almucantarath autem ſcitur altitudo eaꝝ vnde vtereqȝ ponuntur in aſtrolabijs.

De duodecim domibus que ſunt in celo. Cap̄. XXIX.

Sed rurſus intelligūt̄ in ſphera: alij vel ſepteȝ vel octo circuli per quos diſtinguūtur ſuper vnumquēqȝ ſitum duodecim domus in celo. Quoꝝ apud iudicāteȝ eſt cura permaxima. Imaginemur enim duo açimuth vnū ſecāteȝ equatorem in duobus punctis in quibus oriçō ſecat ipſum in oriente ⁊ occidente: ⁊ aliū trāſeuntem per polos equatoris. Iſte ſecūdus cū oriçōte diuidit ꝑmū in quatuor quartas. Quaꝝ prima eſt a puncto orientis vſqȝ ad ſtationeȝ ꝑdictoꝝ açimuth ſub terra. Secūda ab iſta ſectione vſqȝ ad occidēs. Tertia ab occidente vſqȝ ad ſectionem eoruȝ ſup çenit. Quarta ab iſta ſectione vſqȝ ad orientem. Et q̄libet iſtaꝝ quartarū continet tres domos ad quarum diſtinctionē intelligunt̄ ſingule quarte ꝑmi açimuth diuiſe in tres partes equales. Et intelligant̄ quatuor circuli maiores tranſeuntes per loca in quibus ſcḋs açimuth ſecat oriçontem. Et pro qualibet duas diuiſiōes oppoſitas ex illis que ſunt medie inter terminos ꝑdictaꝝ quatuor q̄rtarum.

Et diſtinguũt in qualibet earũ tres domos ita q̄ primus azimuth p̄ iſtos q̄tuor circulos ⁊ per 2ᵐ azimuth ⁊ per orizontem qui ſunt ſex circuli maiores interſecantes ſe inuicẽ in partes ſeptẽtrionis ⁊ meridiei diuidant in .12. partes eq̄les. Et qcq̄d intercipitur iter duos ſemicirculos proximos de predictis ſex circulis dicit̃ vna domus. Et prima earũ eſt que incipit a pũcto orientis verſus oppoſitionẽ zenith. Scd̃a v̉o ea que ipſam ſequit̃ verſus eandẽ oppoſitionẽ. Tertia v̉o eſt que in ipſa oppoſitione terminat̃. Quarta autẽ q̄ a pũcto huiꝰ oppõnis icipit v̉ſus occidẽtẽ. Quinta eſt ſequens. Sexta aũt que terminat̃ ad pũctũ occidentis. Et iſte ſex ſunt ſub terra. Septima incipit a pũcto occidẽtis verſus zenith. Octaua ſequitur eã. Nona terminatur ad pũctũ qui eſt in zenith. Decima eſt que incipit a zenith verſus orientẽ. Undecima ſequitur eã ad eandẽ ptẽ. Duodecima terminat̃ ad punctum orientis. Et iſte ſex vltime ſunt ſupra terrã. Et iſtarũ duodecim domorũ quatuor dr̃ anguli. Et quatuor ſuccedẽtes angulo dr̃. ⁊ q̄tuor dicũtur cadẽtes ab angulo. Anguli aũt dr̃ pᵃ 4ᵃ 7ᵃ ⁊ 10ᵃ. Et iſte quatuor ſunt fortes in ſignificatione ſua ad bonum ⁊ malũ. Succedentes dr̃ 2ᵃ 5ᵃ 8ᵃ ⁊ 11ᵃ. Et iſte ſunt mediocres in ſua ſignificatione. Cadentes v̉o dr̃ 3ᵃ 6ᵃ 9ᵃ ⁊ 12ᵃ. Et iſte quatuor debilem habent ſignificationem. ¶ Sunt autẽ nõnulli qui .12. domos predictas penes equatoris diuiſionem dicunt eſſe diſtinguendas. Cõſtat enĩ q̄ orizon ⁊ orbis meridiei diuidunt in omni ſitu equatorẽ in quatuor ptes eq̄les. Quarũ quelibet ſi in tres alias intelligatur eſſe diuiſa penes ipſas .12. partes dicunt .12. domos eſſe diſtinguẽdas ⁊ eas inueniunt in hunc modũ: gradũ orbis ſignorũ qui eſt in oriente ponunt ſuper orbẽ meridiei voluẽtes ipſum ad occidens quouſq̄ cum eo vltra orbem predictũ voluatur 12ᵃ pars equatoris: quod eſt .30. gradus ipſius: ⁊ gradum orbis ſignorũ: qui tunc cadat in orbe meridiei dicunt eſſe principium 2ᵉ domus quem ſimiliter voluent ad occidẽs: quouſq̄ alia .12. equatoris pertranſeat orbẽ meridiei. Gradumq̄ orbis ſignorũ qui tunc erit in orbe meridiei dicunt eſſe principium tertie domus. ⁊ eodem modo inueniunt principium 4ᵉ 5ᵉ ⁊ 6ᵉ domus: aliarum v̉o ſex domorũ principia inueniunt per oppoſitionem iſtarum. Nã principiũ 7ᵉ diametralr̃ eſt oppoſitum principio prime: qḋ eſt gradus oriens: ⁊ principiũ 8ᵉ principio 2ᵉ: ⁊ principiũ 9ᵉ principio 3ᵉ: ⁊ principium 10ᵉ principio 4ᵉ: ⁊ principium 11ᵉ principio 5ᵉ: ⁊ principiũ 12ᵉ principio 6ᵉ. Idcirco autem de tot circulis fecimus mẽtionẽ: q2 oẽs veniunt in magnã vtilitatẽ aſtronomi ſiue cõſiderantis ſiue iudicantis: lz q̄ ad imaginationẽ celeſtiũ motuũ ⁊ eorũ que hic inferius apparent de diuerſitate illorum motuũ ſatis ſufficiãt .10. predicti vl̃ prius dicti quatuor paralelli minores: ⁊ ſex alij quos ſupra diximus eſſe maiores vz equator orbis ſignorum duo coluri diſtinguentes ſolſtitia ⁊ equinoctia orizõ ⁊ orbis meridiei. Ex quibus ſi premiſſa de illis decem circulis dicta plene concepta ſint: leue eſt componere ſpherã materialem illam ſupercaeleſtem repreſentantem.

¶ De ortu ſignorum ad ſpheram rectam. Cap. XXX.

biliter concedendū ſolum illū locū terre detectū eſſe ab a-
quis: qui fuit humano vſui neceſſariū: qꛜ igitur ſola q̄rta
terre (quā cōtinent duo ſemicirculi) quoꝛum vnus ab oꝛiē-
te in occidentē per polum ſeptentrionalē: alter vero ſuppo-
niť equinoctiali habitať (vt omnes aiūt) opoꝛtet vt alias
tres quartas terre eſſe coopertas aquis. Aer autem (q re-
ſpectu terre ⁊ aque eſt leuis: reſpectu vero ignis grauis) in-
ter aquā ⁊ ignē locū obtinuit: vt ab igne quidē oꝛbicula-
riter circūdeť: aquā autē ⁊ terram oꝛbiculariter circūdet.
Iſtarum autē ſpherarū elemētarium due ꝓpter ſolidita-
tem ſue pꝛeſtant oibus animātibꝰ manſionē: que ſunt ter-
ra ⁊ aqua. In aliꝭ vero duabꝰ que ſunt aer ⁊ ignis: impoſ-
ſibile eſt animal manere ꝓpter ſue raritatē ſubſtantie: q̄ꝫ-
uis ea que volātibus apta ſunt frequenter per aerē efferā-
tur vt vtilia queranť vel vt nociua fugiant: vel vt ipſa vo-
litatione leteť. Ad igneā aūt regionē nullū animal per-
uenit: tum q̄ꝛ mediū interſticiū aeris quod eſt intimum eſt
locus ſempiterni frigoꝛis vt pꝛobat Phs: tū quoniam in
ignea regione nō eſt locus vite: ignis enīꝫ conſumit ⁊ oīa
ſunt cibus eius. Iſte igiť eſt ſitus ⁊ oꝛdo ſpherāruꝫ elemē-
tarium: que regionē conſtituūt elementarē quatuoꝛ eſſen-
tias. id eſt q̄tuoꝛ elementa continentēꝫ. Alie vero nouem
ſphere celeſtes ꝓus dicte etherei conſtituūt regionem que
a phis quinta nuncupatur eſſentia: ⁊ eſt tota incoꝛrupti-
bilis taꝫ in ſe q̄ꝫ in omnibus ſuis partibus nullas recipiēs
peregrinas impꝛeſſiones. Et ſphera lune que eſt pꝛima cir-
cundat oꝛbiculariter ſpheram ⁊ vniuerſaliter totā elemē-
tarē regionē. Sphera quoqꝫ Mercurij circūdat oꝛbicu-
lariter ſpheram lune: ⁊ ſpherā veneris ſpheram mercurij:
hanc autē ſphera ſolis: ⁊ illā ſphera martis: ⁊ ipſam ſphe-
ra iouis: ⁊ hanc ſphera ſaturni: iſtam quoqꝫ ſphera ſtella-
rū fixarum: ⁊ ſpherā ſtellarū fixaruꝫ ſphera nona ſiue oꝛ-
bis pꝛimus. Extra vero iſtam nihil ponūt phi: q̄ꝫuis ſan-
cti doctoꝛes eccl̄ie quoꝛū doctrīa eſt certioꝛ ponunt extra
firmamētū eſſe celū cryſtallinū ⁊ celū empyreum aſſeren-
tes vltra celum empyreuꝫ coꝛpus eſſe nullum: hec autem
omnia que de ſpherarum oꝛdine ⁊ continentia dicta ſunt
patēt in figura. ¶ Redeamus vō ⁊ dicamus de motibus
nouē oꝛbiū celeſtiū p̄dictoꝛū ⁊ incipiamus a pꝛimo. vꝫ a
motu pꝛimi mobilis qui eſt pꝛimus ⁊ ſimplex. Dico autem
q̄ pꝛimū mobile ſiue ſphera pꝛima mouetur ab oriente in
occidentē redeundo iterū ad oꝛientē omni die naturali re-
uolutione vna integra cum ſuperadiectione partis quaꝫ
interius ſol motu pꝛopꝛio in contrarium pertranſiuit. Et
ſit motus iſte ſuper polos ſuos pꝛopꝛios: qui ſunt polus
arcticus ⁊ antarcticus ſiue ſeptētriōalis ⁊ auſtralis: quo-
rum ſeptentriōalis et auſtralis ſemper nobis apparet: au-
ſtralis vō ſemper nobis occultatur: ⁊ illi ſunt qui dicunť
poli mundi ſiue poli equatoꝛis: de quo iam dicetur. Sūt
autem poli puncta duo in ſuperficie ſphere axem ſup quē
ſit motus terminantia: que in tota ſuperficie ſphere ſola i-
mobilia permanent: ⁊ dicť motus iſtius ſphere diurnus:
q̄ꝛ ipſe dierum tam naturaliū q̄ꝫ artificialium diſtinctio-
nem efficit mediante ſole. Eſt autēꝫ dies naturales tēpus
qd̄ eſt a quolibet oꝛtu ſolis vſqꝫ ad eius iteratū oꝛtū dicta
ad differentiā dies artificialis: que eſt tempus a quolibet

oꝛtu

ortu ſolis vſq; ad eius occaſum: quod quidē tempus dies artificialis dicitur eo ꝙ aptum ſit artificiis exercendis. Tempus autē qđ eſt ab occaſu ſolis vſq; ad eius ortū dicitur nox: ꝓpter qđ apparet ꝙ crepuſculū ⁊ aurora ſunt partes noctis ⁊ nō diei: alioquin nō eſſet equinoctium in medio martij nec in medio ſeptēbris ſole progrediente ꝑncipia arietis ⁊ libre. Sed eſſet multis diebus ante mediū martij ⁊ multis dieb⁹ poſt mediū ſeptēbris: nec eſſet medietas anni ab vno equinoctio ad aliud ſicut eſt medietas anni ab vno ſolſtitio ad aliud: ſed eſſet ab equinoctio vernali vſq; ad equinoctiū hyemale multo min⁹ medietate anni: quia tamen vulgariter loquētes temp⁹ qđ claritate ſua artificiis aptū eſt appellant diem: idcirco crepuſculū ⁊ aurorā dicūt eſſe partes diei noctē ſolūmodo dicentes tēpus illud qđ claritate ſolis ſenſibili eſt priuatū. ¶ Sphera autē iſta diuidit per mediū circulus quidā equidiſtāter ab ambobus polis predictis: qui dicitur equator: quoniam omnibus habitantibus ſub eo eſt equinoctium ſempiternū. Et quoniam ſole exiſtente i ipſo qđ eſt in ꝑncipio arietis ⁊ libre eſt equinoctium in vniuerſa terra. Sphera autē ſtellarū fixarū que firmamentū dicitur: ⁊ omnes alie ſphere ſeptem inferiores que ſunt ſphere ſeptem planetarū mouētur (vt ait Ptolomeus) contra motum iſtius. ſ. ab occidente in orientem ſuper alios duos polos diſtantes a predictis quantitate. 24. graduum fere: qui dicuntur poli orbis ſignorū. Eſt autem orbis ſignorū circulus diuidens ſpheram ſtellarum fixarum per equalia equidiſtans vndiq; a polis mundi proxime dictis. Et dicitur orbis ſignorum quoniam ipſe continet ſigna duodecim que ſunt Aries Taurus Gemini Cancer Leo Virgo Libra Scorpio Sagittarius Capricornus Aquarius ⁊ Piſces. Quilibet autem iſtorū ſignorū diuiditur ab aſtronomis in. 30. grad. ⁊ quilibet gradus diuiditur in. 60. minuta: ⁊ quodlibet minutū in. 60. 2ª. ⁊ quodlibet ſecundum in. 60. tertia: ⁊ ita deinceps quantū libet. Secat itaq; orbis ſignorum circulum equatorem in duobus locis: ⁊ ſunt loca ſectionum principia arietis ⁊ libre. Et tota medietas orbis ſignorum (que eſt ab ariete in libram) declinat ab equatore dicitur ſeptētrionalis: reliq̄ vero que eſt a libra in piſces dicitur meridionalis. In circulo autē ſignorū quatuor puncta que ſunt orientis medij celi occidentis ⁊ medie noctis conuenientiora nobis dierum naturalium preſtant initia: vnde vulgus ab ortu ſolis diem incipit: eo ꝙ ſol qui cauſa eſt diei: tunc incipit apparere. Aſtronomi autem in meridie precedentis diei: quoniam ſol in puncto illo fortioris eſt caloris ⁊ maioris claritatis. Iudei ab occaſu inuitentes ordinē auctoritatis diuine Factum eſt veſpere ⁊ mane dies vnus: in qua auctoritate occaſus preponitur ⁊ ortus ſubſequitur. Arabes quoq; quemadmodū Iudei ab occaſu diem incipiunt: cum enim menſibus ⁊ annis vtātur lunaribus de quibus infra dicetur. Ipſos dies menſes: ⁊ annos a viſione lune noue incipiunt: que in veſpere de ſub radijs ſolis exiens incipit apparere. Romani vero a media nocte eo quod ſol tunc a remotiſſimo ſitu ad nos incipit accedere. Principia autem que ab ortu ⁊ occaſu ſumuntur manifeſta ſunt ſenſui duo vero reliqua magis conueniūt rationi: quoniam diuerſitas regionum in diebus hoc modo inchoatis non variat quantitatem. Sed ichoatis ab ortu aut ab occaſu eſt magna diuerſitas dierū in diuerſitate regionum ſicut probant aſtronomi. Quadre autē noctis de quibus facta eſt mentio patent in figura.

¶ Enumerat partes tēporis vulgares. Cap. iiij.

Sunt autem prime partes vulgares ⁊ maxime ſenſibus manifeſte dies tam naturalis quam artificialis ⁊ noctes vt pote a nobiliori corpore mundi: quod eſt ſol create: iſtas enim partes temporis viſu maxime tactuq; cognoſcimus: ceteras autē per iſtas aut ſola ratione comprehendimus: quarum rurſus quedam ſunt maiores die: quedā minores. Minores autem ſunt quadrans ⁊ minutie horarum. Maiores vero apud vulgares quidem ſunt ſeptimana menſis Ver Eſtas Autumnus Hyems annus Luſtrum Indictio Sclm.

¶ De quadris diei tam naturalis quam artificialis: ⁊ de diei naturalis principio. Cap. v.

Dies ergo naturalis diuiditur in quatuor quadrantes patet enim ex predictis ꝙ ſol in omni die naturali mouetur circa terram vna reuolutione integra faciens nobis ſui preſentiam ab ortu vſq; ad occaſum ⁊ ſubtrahens ſe nobis ab occaſu vſq; ad ortum: quia ergo per ſui preſentiam ex virtute ſibi data a Creatore calefacit ⁊ deſiccat: per ſui vero abſentiam infrigidat: ⁊ humectat: neceſſe eſt vt ipſe in omni die naturali moueat complexiones ex predominantis quatuor qualitatibus primarijs. Cum enim ſol fuerit in puncto medie diei erit operatio in nos fortior que eſſe poſſit in tota die illa naturali: tum ratione multe more precedentis ſuper terram: tum ratione directe irradiationis in nos. Et propter cauſas contrarias cum erit in puncto medie noctis erit debilior: neceſſe eſt vt in puncto meridiei fortiſſime calefaciat ⁊ deſiccet: ⁊ in puncto medie noctis fortiſſime infrigidet ⁊ humectet: ⁊ vniuerſaliter in die calefaciat ⁊ deſiccet propter ſui preſentiam. In nocte vero infrigidet ⁊ humectet propter ſui abſentiam. In duobus vero punctis medijs qui ſunt punctus orientis ⁊ occidentis erit operatio eius media: in puncto quidem orientis calefaciens propter primum acceſſum ad diem: ⁊ humectans propter primum eius receſſum a nocte. In puncto autem occidentis econtrario: erit quidem infrigidans propter primum eius acceſſum ad noctem: ⁊ deſiccans propter primum receſſum a die: erunt igitur quatuor quadre diei naturalis quas ſingulas per equalia diuidunt quatuor puncta. Prima quidē eſt per quā equalia diuidit punctus orientis calida: ⁊ humida vniuerſaliter in qua (vt aiunt medici) mouetur in nobis ⁊ in animalibus ſanguis qui calidus eſt ⁊ humidus ⁊ incipit in principio decime hore noctis: ⁊ terminatur in fine tertie hore diei. Secunda eſt quam diuidit per equalia punctus medij celi calida ⁊ ſicca eſtati ſimilis: in qua cholera que calida eſt ⁊ ſicca mouetur incipiens in principio tertie hore diei ⁊ in fine none terminatur. Tertia eſt quam diuidit punctus occidentis frigida ⁊ ſicca autumno ſimilis: in qua mouetur melia que frigida eſt ⁊ ſicca. Et incipit in ꝑncipio. 10. hore diei ⁊ terminatur in fine tertie noctis hore. Quarta eſt frigida ⁊ humida hyemi ſimilis in qua mouetur flegma: quod frigidū eſt ⁊ humidū incipiens in principio quarte hore noctis: ⁊ in fine none terminatur. He ſunt quatuor quadre diei naturalis que patent in figura. Ad harū quadrarū ſimilitudinē: habet etiā quilibet dies artificialis: item ⁊ quelibet nox ſuas quadras: dies quidem duas ante meridiem ⁊ duas poſt. Nox etiā duas ante mediam noctem ⁊ duas poſt. Que omnes quatuor punctis predictis aliis quam quatuor eorum interualla equaliter diuidentibus diuidantur: eritq; quadratum diei prima frigida ⁊ humida a principio prime hore diei vſq; in finem tertię ſimilis hyemi. Secunda calida ⁊ humida a principio quarte hore vſque in finē ſexte ſimilis veri. Tertia calida ⁊ ſicca a principio ſeptime hore diei vſque in finem none ſimilis eſtati. Quarta autem frigida ⁊ ſicca a principio decime hore vſq; in finem duodecime ſimilis autumno. hee autē quadre patent in figura. Econtrario autē erunt quadre noctis. Prima que in principio hore noctis vſq; in finem tertie calida ⁊ ſicca ſimilis eſtati. Secunda autem abinde vſq; in finem ſexte frigida ⁊ ſicca ſimilis

autumno. Tertia abinde vſqꝫ in finem none frigida ⁊ humida ſimilis hyemi. Quarta autem abinde vſqꝫ in finem duodecime calida ⁊ humida ſimilis veri. Neceſſe eſt enim vt dum ſol eſt in ortu ⁊ in occaſu comparatione ad diem infrigidet: cõparatione vero ad noctem calefaciat. Ideoqꝫ oportet vt prima diei ⁊ vltima noctis ſint humide. Itemqꝫ vt vltima diei ⁊ prima noctis ſint ſicce. Rurſus quoniam ab humido in ſiccum non venitur niſi per calidum: nec econtrario a ſicco in humidum peruenitur niſi per frigidum: neceſſe eſt vt due medie diei ſint calide ⁊ due medie noctis ſint frigide. Iterum autẽ a compoſita cõiunctione impoſſibile eſt vt perueniatur in contrariã compoſitam niſi per medium: quoniã in vno extremorum cõmunicat cum vna ⁊ in altero cum reliqua: vt a frigido ⁊ humido non venitur in calidum ⁊ ſiccum niſi per calidum humidum: nec a calido ſicco in frigidum humidũ niſi per frigidum ſiccũ. Patet ꝙ ſecunda quarta diei neceſſario erit calida ⁊ humida: ⁊ tertia noctis frigida ⁊ ſicca. Itemqꝫ tertia dies calida ⁊ ſicca: ⁊ tertia noctis frigida ⁊ humida. Hec ergo eſt cauſa quadrarum diei ⁊ noctis. Conſtat autẽ ex premiſſis ꝙ a quolibet ſitu ſolis i arcu diei ⁊ arcu noctis poſſumus incipere diem naturalem ⁊ ipſum terminare cũ redierit ad eundem ſitum arcus alterius diei proximo ſequẽtis.

De horis. Cap. vj.

Manifeſtum quoqꝫ eſt ꝙ ſol in omni die artificiali: ⁊ ſimiliter in omni nocte mouetur quatuor complexus compoſitiones predictas que ſunt calidum: ⁊ humidum: frigidum ⁊ humidum: calidum ⁊ ſiccum: frigidum ⁊ ſiccum: ⁊ hoc eſt verum ſiue dies magna ſiue parua fuerit: ſimiliter quoqꝫ ſiue nox magna ſiue parua fuerit: ⁊ quia celeſtia corpora (vt dictum eſt ſupra) mouet iſtas res elementares ſecundum triplex eſſe: quod eſt generationis conſeruationis ⁊ corruptionis: neceſſe eſt vt ſol cuius influentia in inferioribus maior eſt ⁊ manifeſtior moueat predictas quatuor complexiones tam in die qꝫ in nocte ſecundum iſta tria eſſe. Erunt itaqꝫ in qualibet quadra diei artificialis ⁊ ſimiliter i qualibet quadra noctis tria tempora predictis tribus eſſe motis reſpondentia: ergo in qualibet die artificiali erunt ex neceſſitate quater tria tempora quod eſt. 12. Similiter quoqꝫ ⁊ in qualibet nocte: hec autem tempora vocant philoſophi horas: vnde manifeſtum eſt ꝙ in qualibet die artificiali quantumcunqꝫ fuerit parua vel magna: ſimiliter ⁊ in qualibet nocte erunt. 12. hore. ſimiliter ⁊ in qualibet ⁊ in tota die naturali. 24. ¶ Quia vero in regionibus (que ab equatore declinant) eſt inequalitas dierum ⁊ noctium exceptis diebus illis in quibus ſol eſt in principijs duorum ſignorum que ſunt aries ⁊ libra: quod eſt in medio martij ⁊ in medio ſeptembris: neceſſe eſt horas predictas in regionibus predictis eſſe inequales preterqꝫ in diebus predictis. In regione autem que eſt ſub eqtore: quia ibi eſt equinoctium ſempiternum (vt dictum eſt ſupra) hore huius ſunt equales ſicut etiam ſunt in alijs regionibus omnibus in duobus dieb⁹ predictis: in ceteris autẽ diebus ſunt inequales inequaliter in regionibus propter duas cauſas. Prima eſt propter diuerſitatem declinationis ſolis ab equatore verſus ſeptentrionem vel verſus meridiem: quo enim amplius declinat ab eo ad alterutrã partium predictarum: eo amplius augent ⁊ diminuunt dies ⁊ etiam noctes modo cõtrario: in parte quidẽ ſeptentrionis dies augentur ⁊ noctes minuunt. In parte autem meridiei econtrario. Scd̃a autem eſt ꝓpter elongationem regionis ab equatore: nam que amplius elongat maiorẽ habet inequalitatem dierũ ⁊ etiã noctium: ideo etiam ⁊ horarũ: que vero minus minorẽ ⁊ has horas (de quibus quilibet dies artificialis habet. 12. ſic etiam quelibet nox) vocant philoſophi tẽporales qſi tẽpora diurna ⁊ nocturna diſtinguentes. Sed ſunt alie equales adinuicem quarum quelibet eſt vigeſimaquarta pars diei naturalis: de qbus ſunt quãdoqꝫ in die artificiali plures qꝫ. 12. quãdoqꝫ pauciores: ⁊ ſimiliter i nocte vt ſatis patet ex predictis: ⁊ has vocãt equinoctiales propter tres cauſas. Prima eſt quia habitantibus ſub equatore omnes hore (vt eſt dictum ſupra) ſemper ſunt equales. Scd̃a vero qm̃ ſole exiſtente in equatore (qd̃ in principio arietis ⁊ libre) omnes hore ſunt in omnibus regionibus mundi equales: hoc etiam dictum eſt ſupra. Tertia eſt qm̃ hora equalis eſt ſpatium quo orit 24ᵃ pars equatoris: que eſt quindecim grad̃. ipſius: totus enim diuiditur in. 360. grad̃.

De minutijs horarum. Cap. vij.

Minutie autem horarum ſunt minuta. 2. 3. ⁊ ſic deinceps quamdiulibet. Eſt autem minutum ſexageſima pars hore. 2ᵐ võ ſexageſima pars minuti: ⁊ 3ᵐ ſexageſima pars ſecundi: ⁊ ita de ceteris. Iſte autem minutie partes ſunt temporis diſtinctiue ex ſola humana impoſitione nõ ex aliqua celeſtium corporum neceſſitate. Philoſophi enim volentes de partibus horarum negociari elegerunt numerum. 60. per quem diuiderent horas ⁊ quodlibet aliud integrũ propter commoditatem quam habet a ſuarum partium multitudine ⁊ propter ſue quantitatis paruitatem. Nam vbi ſunt in numero multe partes facile eſt vnam earum ad alteram reducere. Numerus autem. 60. plures habet partes qꝫ alius numerus minor. 100. habet enim medietatem tertiam quartam quintam ſextam decimam duodecimam quintamdecimam vigeſimam trigeſimam ⁊ ſexageſimã. Sequit igit vt hora ſit minima pars temporis ex impreſſione motus celeſtiũ corpoꝝ naturaliter creata.

De ſeptimana. Cap. viij.

Propter qd̃ fuit ex ordinatiõe Creatoris glorioſi diſpoſitum vt ſinguli planete ſucceſſiue dominarẽtur ſingulis horis ſucceſſiue a primo inſtanti tẽporis vſqꝫ in vltimũ. Eo ꝙ planete per tẽporis curricula iferiora mouẽt ad generationẽ cõſeruationẽ ⁊ corruptionẽ: ⁊ maxime ſol vt dictum eſt ſupra. Conſtat atqꝫ ſm̃ theologicã veritatem ꝙ primus dies tẽporis fuit dies quẽ dñicum dicimus. Ergo prima hora temporis ẽ ꝑncipiũ illius diei dñici: cui oportet aliquẽ planetã dñari ꝓpter cãm ꝑdictã. Planete autẽ nondũ erant: qm̃ ſicut diuina ſcriptura teſtat creati ſunt quarta die: ergo nec aliquis eorum illi hore potuit dñari. Sed ne tẽpus antecedens planetarũ creationẽ quantum ad horarũ dñia a tempore ſubſequente diſcreparet: cõueniens fuit vt horarũ dñia creatis planetis ad eoſdem planetas peruenirent ad quos perueniſſent ſi ſimul cum tempore fuiſſent creati. Hoc itaqꝫ ſuppoſito videamus quem planetã cõuenictius fuit prime hore tẽporis dñari. Quia vero iſta dñia planetis attribuunt gratia influentie in res electares: in illas autem maxime influit ſol ꝯueniẽs videtur vt in prima hora tẽporis ſol dominiũ hore ſibi vendicaret. Igitur venus dñium habuit in 2ᵃ mercurius in tertia: luna in 4ᵃ: ſaturnus in 5ᵃ: iuppiter in ſexta: mars in ſeptima: ſol iterũ in 8ᵘᵃ. Et deinceps ceteri eodem ordine in perpetuum durante tẽpore redeundo ſemper circulariter a luna que eſt vltima ad ſaturnum qui eſt ꝑmus: deinde deſcendendo ordinatim per ſingulos dies. Eritqꝫ ſi bene computatum fuerit vt in. 25. hora que eſt prima ſecunde diei dominetur luna: ⁊ in. 49. que eſt prima tertie diei dominet mars: ⁊ in. 73. que eſt prima quarte diei dominetur mercurius: ⁊ in. 79. que eſt prima quinte diei dominetur

iuppiter

Iuppiter: ⁊ in.121.quinte eſt prima ſexta diei dominetur venus: ⁊ in.145.que ē prime ſeptime dominetur ſaturn⁹ Rurſus autem in.169.que eſt prima octaue diei reuertetur dominium ad ſolem. Et per eoſdē circuitus dominabitur luna in prima hora none diei: ⁊ Mars in prima decime. Et Mercurius in prima vndecime. Iuppiter autē in prima.12.Venus in prima.13. Saturnus in prima.14. deinde rurſus Sol in prima.15.⁊ ſic in infinitum. Eſt igitur ſeptimana ſpatiū ſeptem dierū nālium minimum temporis reducens dominia planetarum per horas ad conſimile temporis minutum. Quippe ſpatium iſtud dierum eſt temporis continens.169.horas qui eſt minimus numerus numeratus a ſeptem ⁊ a.24.ſcilicet numero planetarum: ⁊ a numero horarū diei. Philoſophi ergo primi iſta conſiderantes diſtinxerunt temporis per ſeptenas dierū naturalium componentes: qui in hoc non abſolute ſunt ſecuti Creatorem per vnam harum circulationum operantem: qui ſex diebus continuis omnia per ordinem fecit ⁊ ſeptimo die ab omni opere quod patrarat requieuit. Denominauerunt igitur philoſophi quēlibet diē ab illo planeta qui in prima eius hora dominium obtinet: vnde fuit ordo planetarum dies naturales dominantium duobus ſemper intermiſſis iſte Sol Luna Mars Mercurius Iuppiter Venus Saturnus. Conſtat igitur ex his que dicta ſūt ſolem eſſe ſupra venerem ⁊ mercurium ordine predicto: quemadmodū ipſum poſuit Ptolomeus: ⁊ non ſub ipſis quemadmodum poſuerūt platonici ⁊ Geber ſic vt ſol ſub venere ⁊ mercurio eſſet. Et hoc modo planete non aſſumerent ſibi ſucceſſiue dominia horarum: ſed diem ſolis (que eſt dies dominicus) ſequeretur dies Iouis: ⁊ diē Iouis dies mercurij: ⁊ diem mercurij dies ſaturni que eſt dies ſabbati ⁊ diem ſaturni dies veneris: ⁊ diem veneris dies lune: ⁊ diē lune dies martis: deinde rediret ad diem ſolis: quod apud omnes abſurdum eſt: ⁊ a nemine vnq̄ auditum. Nimirū autem luna que poſt ſolem fortius operatur tanq̄ ſm luminare maius in prima hora ſecunde diei ſibi dominium vendicauit: quemadmodū ſol qui fortior omnibus eſt in prima hora prime diei dominium ſibi vēdicauerat. Vocatur q̄ quelibet harum circulationū ſeptima dicta a ſeptē ſ'mane: quoniam ipſa continet ſeptem hoc eſt ſeptem primas horas dierum naturalium denominatas a ſeptē planetis ordine premiſſo diſpoſitis. Unde ſeptimana eſt ꝑma pars temporis maior die que apud omnes gentes vniformiter ipſa diſtinguit licet diuerſimode apud diuerſos dies ſinguli denominent. Gentiles enim ꝑdictorum ratione ſecuti dies a planetis predicto modo denominauerunt. Et iſte adhuc eſt eorum modus denominandi ipſos ⁊ fere ab omnibus ſollēniter obſeruatur. Veruntamen ſācta eccl'ia (q2 gentiles planetas deos eē putabant) ne errori eorū aſſentire videretur: denominationes huius immutauit ⁊ primū diem ſeptimane (quam antiqui a ſole noiauerant) ab ipſo ſole iuſtitie ⁊ rerum oīuz creatore ⁊ vero domino dominicū appellauit: eo quidem q̄ in ipſa die mundum creare incepit: in eadem die naſci de vtero glorioſe Virginis voluit in ipſa die ab inferis deuicta morte reſurrexit ⁊ ſpiritum ſanctū in apoſtolos miſit. Ipſum quoq̄ diem ⁊ quinq̄ ſequētes ab hoc nomine feria ⁊ a numeris naturali ordīe diſpoſitis appellauit: vt.ſ.ipſum diem dominicum diceret p̄mā feriam: diē vo lune 2ᵃᵐ feriā: diem martis tertiā: mercurij quartam: iouis quintam: veneris ſextam: diei vō ſabbati nomen (q2 diuina lege ſollēnis eſt) non mutauit. Licet autem ſancta eccleſia ita denominauit: vulgus tamē planetarum denominationibus communiter vtitur excepto die dominico ⁊ die ſabbati. Iudei vō a ſabbato ſex dies ſequentes denoīant coaſſumptis dictionibus numeralibus ſm naturalem ordinē numerorū: ⁊ appellant diem dominicum primam ſabbati: id eſt primam diem poſt ſabbatū: ⁊ die lune ſecundam ſabbati: ⁊ ita de ceteris.

¶ De menſe in genere. Cap. IX.

Sequitur de menſe in genere: eſt autē menſis vt cōmuniter ipſum nominamus vna ex duodecim partibus anni: licz olim ſm Romulum (qui primus apud romanos menſes diſtinxit ⁊ annos) eſſet menſis vna ex decem partibus anni. Ipſe enim fecit annum ex decem menſibus videns ſpatium iſtud temporis ſufficiens eſſe mulieri ad parturiendum. Unde voluit menſurare omnes humanas actiones per curricula temporum: quibus homo creatura ōnū digniſſima complete perficitur: ⁊ poſtmodum de anguſtia materni vteri in latitudine lucis exterioris egreditur: ⁊ vocauit primum iſtorum decem menſium martium a patre ſuo marte: ſcdz aprilē q2 aperit terra vt germinet: tertiū maiū a maioribus in menſe illo cerimoniantibus: quartū iuniū a iunioribus ꝑpter eandem cām. Sequentes autem ſex denominauit coaſſūptis denominationibus numeralib⁹ quintilem ſextilē ſeptēbrē octobrem nouēbrē ⁊ decēbrē. In principio enim martij ſolent abundare imbres ſole exiſtente in piſcibus: ideo quatuor menſes vltimos ab imbre denominauit. Alij autem alias temporis quantitates poſuerunt ⁊ alio modo annum per menſem diuiſerunt: cauſas eorū non a rebus inferioribus: quemadmodum Romulus: ſed a corporibus celeſtibus accipientes precipue a motibus duorum luminariorū magnorū: quorū influentia maxime imitat inferiora ſicut dictū eſt. Unde alij fecerunt annum ſolarē ⁊ alij lunarem eū diuidētes in duodecim menſes vt dicetur inferius: ex quo ſol mouetur in ſex ſignis orbis ſignorū: quorū ſex declinant verſum polum mundi ſeptentrionalez: ⁊ ob hoc dicuntur illa ſex ſigna ſeptētrionalia. Alia vō medietas tota declinat ab equatore verſus polū mundi auſtralem: ⁊ ob hoc dicuntur reliqua ſex ſigna auſtralia. Duo autem puncta que ſunt principium Cancri ⁊ principium capricorni ſunt loca maximarum declarationum orbis ſignorum ab equatore: ⁊ principiū quidem cācri eſt a parte ſeptentrionis: ⁊ principium capricorni a parte meridiei. Cū ita ſol ſemper moueatur ſub orbe ſignorū vt iā dicetur: oportet q̄ in principio capricorni ſit in maxima remotione a nobis ⁊ q̄ tunc ſit ſolſtitiū hyemale ⁊ q̄ inde nō ceſſet aſcēdere vſq̄ ad principium cancri: vbi erit in maxima propinquitate ad nos: ⁊ q̄ ibi ſit ſolſtitium eſtiuale: ⁊ q̄ inde quoq̄ non ceſſet deſcendere vſq̄ ad principiū Capricorni: in duobus autem medijs aſcenſu ad cancruz ⁊ deſcenſu ad Capricornū (que ſunt principiū arietis ⁊ principium libre) neceſſe eſt eſſe equinoctium: in pricipio quidē arietis equinoctiū vernale: ⁊ in principio libre equinoctiū autumnale. Cum autē hec ſigna duodecim ſint imagines alalium a quibus denominatur neceſſe ipſa habere longitudinē ⁊ latitudinē. At vero orbis ſignorum cum latitudo lateat ſolam longitudinez determinat: cui ſi a dextris ⁊ a ſiniſtris duos circulos equidiſtantes ſm ſpatium ſex grad. intelligamus zonale ſpatiū ambientes: latitudinē duodecim graduum zodiacum efficient: ſub quo omnes planete mouentur ſemper ab occidente in oriente. Sol quidem directe ſemper ſub orbe ſignorum non declinans ab eo vnquam ad dextram vel ad ſiniſtram. Alij autē declinant ab ipſo quandoq̄ ad dextram: quandoq̄ ad ſiniſtram: ⁊ quandoq̄ etiam ſunt ſub ipſo ita q̄ vſq̄ ad quātitatem ſex grad. poſſibilis in aliquibus huius declinatio ab ipſo. Luna autem cum in tempore ſue coniunctionis cum ſole aut ſue oppoſitionis ſoli fuerit in orbe predicto: neceſſario erit ſolis aut lune eclipſis: ſolis quidē ſi in ipſo fuerit in tpe ꝯiunctionis: lune vō ſi in tpe oppōnis. Ideoq̄ ē ⁊ a nōnullis orbis ſignorū linea ecliptica incōuenientē

appellatur. Ipſa autem reuolutio ſphere ſtellarum fixarū ſeptemq́ꝫ planetarum inferioꝛum fit ita. Sphera quidem ſtellarum fixarum (vt ait Ptolomeus) mouetꝰ ab occidente in oꝛientem equaliter ſuper polos oꝛbis ſignoꝛuꝫ in omnibus. 100. annis vno gradu: ſequitur igitur vt in. 36000. moueatur vna reuolutione integra. Saturnus autem in 30. annis fere mouetur reuolutione vna. Juppiter vero fere in duodecim. Mars autem in duobus: vnuſquiſq́ꝫ vero trium planetarum qui ſunt Sol Uenus ⁊ Mercurius in vno anno ſolari quod eſt ſpatium. 365. dierum ⁊ ſex horarum minus treceteſima parte vnius diei vt dixit Ptolomeus. Luna autem in. 27. diebus ⁊ octo hoꝛis. Et licet ſphera ſtellarum fixarum ſeptemq́ꝫ planete inferioꝛes moueantur (vt dictum eſt) ab occidente in oꝛientem ſuper polos oꝛbis ſignoꝛum contra motum primi mobilis prius dictum: ipſum tamen pꝛimum mobile ſui motus velocitate ſpheram ſtellarum fixarum ſeptemq́ꝫ planetas trahit ſecum in partem in quam mouetur in ſingulis ſuis reuolutionibus ſuper polos ſuos reuolutione completa preter illud quod ſinguli interim ſuper polos oꝛbis ſignoꝛum ſuis pꝛopꝛijs motibus deſcripſerunt. Unde motus quideꝫ quem videmus omni die in ſtellis fixis ⁊ in planetis (qui eleuantur in oꝛiente ⁊ tendunt ad medium celi ⁊ inde ad occaſum) ineſt eis ratione motus pꝛimi mobilis. Ille autē motus quem in ipſis ꝑcipimus de aſcenſu eoꝛum ad partem ſeptentrionis ⁊ de aſcenſu eoꝛum ad partem meridiei ineſt eis ratione pꝛopꝛij motus eoꝛum. vnde conſtat ꝙ ſi pꝛimum mobile predicta coꝛpoꝛa ſecum non traheret oꝛirentur omnes ſtelle fixe in occidente occiderent in oꝛiente ⁊ apparerent nobis quelibet ſtella fixa poſt ſuum oꝛtum in occidente antequam perueniret ad occaſum in oꝛiente per ſpatium. 1800. annoꝛum ſicut narrat Ptolomeus de motibus ipſarum: deinde occultarentur per equale ſpatium. Similiter Saturnus apparent nobis per quindecim annos ⁊ occultaretur per alios per quindeciꝫ: ⁊ ita de ceteris. Eſſet enim tempus apparitionis cuiuſlibet tempus medietatis ſue reuolutionis: ⁊ tempus occultationis reliqua medietas. vnde ſol appareret nobis per medietatē anni: duꝫ videlicet deſcriberet arcum ſuper hemiſperium noſtrum: qui eſt ab occidente in oꝛientem: ⁊ occultaretur nobis per aliam anni medietatem: dum videlicet deſcriberetur arcū in hemiſperio inferioꝛi qui eſt ab oꝛiente in occidētem. Et eſſꝫ in omni loco mūdi totus annus vnus dies ⁊ vna nox: ⁊ vnus dies naturalis: quemadmodum eſt in duobus ſitibus qui ſunt directe ſub duobus polis mundi. Quod quidem ſi eſſet quanta ſequerentur incommoda cuiq́ꝫ patet. Sit ergo benedictus creatoꝛ glorioſus qui ſic ea diſpoſuit ⁊ oꝛdinauit. Conſtat itaq́ꝫ qualiter ex hoꝛum nobiliuꝫ coꝛpoꝛum motibus tempoꝛa naturaliter diſtinguuntur adinuicem.

¶ De anno ſolari ⁊ eiꝰ q̄titate ſm diuerſos ph̄os ſuiſq́ꝫ diuerſitatibus ſm diuerſas gentes. Cap. X.

Eſt autē annus ſolaris vt nūc loquendo ſpatiū tempoꝛis in quo ſol mouetꝰ ab aliquo q̄libet puncto ſui circuli quouſq́ꝫ pꝛopꝛio motu preciſe redeat ad eundem pūctū. Iſtud auteꝫ ſpatiuꝫ ſm ꝙ poſuit Ptolomeus eſt tempus quo ſol mouetꝰ ab alterutro duoꝛuꝫ ſolſtitioꝛum quouſq́ꝫ redeat ad idem ſolſtitium vel ab alterutro duoꝝ equinoctioꝝ quouſq́ꝫ redeat ad idē eq̄noctiū. Et cōtinet ſm ipſū 365. dies ⁊ ſex horas minus treceteſima parte vnius diei: q̄ ergo treceteſima pars diei modica pars diuiſa eſt vel auctoꝛibus annoꝛum ſolariuꝫ cognita non eſt: idcirco facientes annos ſolares vt ſunt greci ⁊ romani ipſam neglexerunt ſuperpoſueruntq́ꝫ ꝙ ſol in. 365. diebus ⁊ hoꝛis ſex preciſe deſcriberet ſuuꝫ circulum. Et fecerunt tres annos continue ſumptos quodlibet. 365. dierum tantum. Quartū autē poſt illos tres fecerūt. 366. dieꝝ ſuperaddētes ei diē vnū aggregatum ex ſex hoꝛis trium annoꝛum pꝛedictoꝝ excreſcentibus in ipſis vltra. 365. ⁊ ex ſex hoꝛis in quarto vltra eundem numeruꝫ ex treſcentibus: alioquin haberēt anni diuerſa pꝛincipia: vt pꝛimus (verbi gratia) inciperet a mane: ſecundus autem a meridie: tertius a ſero: quartus vero a media nocte. Rurſus q̄ntus a mane ⁊ deinceps oꝛdine predicto: quod eſſet incōueniens apud vulgus. Manifeſtum eſt igitꝰ ꝙ ſol ſi in aliquo inſtāti tempoꝛis. v. grā. ad meridiem Nauarie fuit in puncto ſolſtitij hyemalis. i. in pꝛincipio capꝛicoꝛni elapſis. 300. annis neceſſe eſt eum ſm poſitionem Ptolomei perfeciſſe ſingulas reuolutiōes integras ſui circuli: ⁊ inſuper vnam quam de eodem pertranſit in die vna nāli. Non erit ergo in ꝑncipio ꝑme diei treceteſimi ꝑmi qđ erit in inſtanti meridiei ꝑdicti loci ſolſtitium: ſed in meridie diei pꝛime ꝑcedētis. vꝫ in ꝑnᵒ vltime diei illoꝝ. 300. annoꝝ. & ſm talē computationē ānoꝛum antecedūt ſolſtitia ſimuliter ⁊ equinoctia tpa ſua ſingulis. 300. ānis in die vno. Et ſi ſumamus. 300. ſm numerum dierum medietates anni. videlicet a. 83. vicibus antecedent ſolſtitia ⁊ equinoctia tēpoꝛa pꝛioꝛa quātitate medietatis anni. Eritq́ꝫ ſolſtitium hyemale in medietate Junij ⁊ eſtiuale in medietate decembꝛis. Duo quidem equinoctia erunt viciſſim in tempoꝛa contraria permutata ⁊ hec erit in ſpatio tempoꝛis continente. 54900. annos. Si igitꝰ quilibet terceteſimus annus fieret minoꝛ quantitate ſibi attributa ſm ſuppoſitionem predictam vno die manerent ſolſtitia ⁊ equinoctia ſm habitudinem vnam. Si vera eſt pꝛemiſſa poſitio Ptolomei ⁊ eſſet kalendarium quo vtuntur facientes annos cū quarta vt romani ⁊ greci coꝛruptum quantū ad verā quantitateꝫ anni ⁊ quantum ad fixionem ſolſtitioꝛū ⁊ equinoctioꝝ. ¶ Quī igitur nūc tēpoꝛe noſtro preterierunt de annis ſolaribus cum quarta a natiuitate ſaluatoꝛis treceti equatur: nunc quoq́ꝫ precedit ſolſtitium diem natiuitatis eius fere decem diebus: q̄n in hoc tempoꝛe noſtro eſt ſolſtitium quintadecima die decembꝛis: opoꝛtet (ſi vera eſt poſitio Ptolomei) ꝙ in anno natiuitatis eius preceſſerit ſolſtitium diem natiuitatis ipſius ſex diebus: ⁊ quod fuerit. 19. die decembꝛis. ¶ Albategni vᵒ lꝫ cum Ptolomeo in diffinitione annis ſolaris cōueniat vt videlicet ſit tempus quo mouetur ſol ab equinoctio ad idem equinoctium vel a ſolſtitio ad idem ſolſtitiuꝫ: tamen ab ipſo diſcrepat in illius tempoꝛis quantitate. Ponitꝰ enim tempus iſtud eſſe. 365. ⁊ ſex hoꝛis ipſius minus cēteſima parte vnius diei: quapꝛopter ſi quilibet centeſimꝰ annus fieret minoꝛ quātitate ſibi attributa ſm ſuppoſitionem kalendarij ⁊ grecoꝛum ⁊ romanoꝛum vna die manerēt ſolſtitia equinoctia ſm habitudinē vnā ⁊ eſſet quantū ad hoc kalēdariū verificatū: ſi vera ē poſitio Albategni. Et ſequitꝰ ex hac poſitione vt in anno natiuitatis Chriſti dies natiuitatis preceſſerit dieꝫ ſolſtitij duobus diebus. vere enim (vt dictum eſt ſupꝛa) dies ſolſtitij precedit diem natiuitatis Chriſti diebus decem. At vero a natiuitate eius preterierunt centum anni duodecies: quare opoꝛtet ſm B. ꝙ fuerit anticipatio ſolſtitij a tempoꝛe natiuitatis Chriſti in duodecim diebus. Fuit ergo ſm iſtam poſitionem ſolſtitium. 27. die decembꝛis in anno natiuitatis domini. Conſtat itaq́ꝫ in quibus Ptolomeus ⁊ Albategni conueniunt: ⁊ in quibus differunt circa quantitatem anni ſolaris. Differunt enim ſolummodo in quantitate anni: ⁊ conueniunt in diffinitione. videlicet ꝙ ſit tempus motus a ſolſtitio ad idem ſolſtitium: vel ab equinoctio ad ideꝫ equinoctium. Quia vbi annus Solis eſt tempus quideꝫ quo mouetur Sol ab aliquo puncto ſui circuli quouſq́ꝫ pꝛopꝛio motu redeat ad eundem: neceſſe eſt vt ſm predi-

ctas Ptolomei ⁊ Albathegni poſitiones idem punctus circuli ſolis ſit ſemper in loco ſolſtitij ⁊ idem in loco equi-noctij: ergo circulus non mutat ſitum reſpectu punctorum ſolſtitialium ⁊ equinoctialium. ſed ſemper manet reſpectu ipſorum tam in auge ꝙ̃ in alijs omnibus punctis ſuis ſm̄ habitudinem vnam. Quia ergo ſtelle fixe mouentur ab occidente in orientem continue ſingulis centum annis vno gradu ſm̄ ꝙ poſuit Ptolomeus maius erit tempus quo ſol mouetur ab aliqua ſtella fixa quouſqꝫ redeat ad eandem ꝙ̃ ſit vna circulatio ſolaris. ❡ Supponamus.n. ꝙ in aliquo inſtanti temporis quod ſit.a.ſit ſol.in puncto equinoctij vernalis qui eſt primus punctus arietis vbi vꝫ orbis ſignorū interſecat equatorē. Supponamus quoqꝫ ꝙ in eodem inſtanti ſit aliqua ſtella fixa que ſit.c.in eodem puncto. Sunt itaqꝫ in inſtantia.a.ſimul ſol ⁊ ſtella.c.⁊ primus punctus Arietis. Moueatur ergo ſol quouſqꝫ iterū redeat ad primum punctum arietis: ⁊ ſit hoc in inſtāti.b. Erit igitur tempus.a b.annus ſolaris: oportet autem per ea que dicta ſunt vt ſtella.c.pertranſierit de ſigno Arietis centeſimam partem primi grad. Sol igitur non inueniet ſtellam.c.ad inſtans.b.in primo puncto arietis in quo ipſa fuerat ad inſtans.a.ſed eam inueniet poſt centeſimam partem primi grad. Arietis: ⁊ ibi coniungentur cū ea quod erit in aliquo tempore: quod addit reditus ſolis a ſtella fixa ad ſtellam fixam ſuper quātitatem anni ſm̄ poſitionē Ptolomei. Manifeſtum eſt autem ꝙ ſi aux ſolis ⁊ cetera puncta ſui circuli eſſent fixa ſemper comparata ad pūcta ſolſtitialia ⁊ equinoctialia: verum eſſet id in quo circa quātitatem anni conueniunt predicti philoſophi. Videlicet ꝙ annus ſolis eſſet redditus a ſolſtitio ad idem ſolſtitium ſiue ab equinoctio ad idem equinoctium. Reditus enim a ſolſtitio ad idem ſolſtitiū eſſet equalis reditui eius a quolibet puncto ſui circuli ad eundem punctum: ſimiliter etiā de eqnoctio: ſed poſteriores philoſophi qui ſecuti ſūt Ptolomeum inuenerunt rem ita eſſe. Sed inuenerunt augem ſolis in cuncta puncta circuli ſui moueri ſm̄ motum ſtellarum fixarum ⁊ adherere eis ſemper ſm̄ habitudinem vnā ita ꝙ aux ſolis ſtelle fixe coniungitur ſi ſit in eodem puncto firmamēti: ⁊ ſemp fuit coniuncta ⁊ ſemper erit nec aliquem habēt motum ſibi proprium niſi idem ratione firmamenti: ⁊ ſilr eſt de reliquorū planetarū circulis ⁊ augib⁹. Quia (vt aiunt oēs) omnis annus ſolis eſt reditus eius in ſuo circulo ab aliquo puncto ipſius circuli ad eundē. Neceſſe eſt ſm̄ iſtam poſitionem ꝙ annus ſolis ſit reditus ei⁹ a qualibet ſtella fixa ad eandem ſiue a quolibꝫ puncto firmamenti ad eundē: ⁊ ſit iſte reditus (vt aſſeuerāt poſteriores) in.365.diebus ⁊ ſex horis: ⁊ cum minutis.9.⁊.24.ſecūdis vnius hore equalis. At vero nouem minuta: ⁊.24.ſ. vnius hore equales ſunt quātū.23.2.⁊.30.tertia vni⁹ diei. Excedit igitur annus ſolis ſm̄ iſtam poſitionem tempus 365.dierum ⁊ ſex horarum.23.ſcdis: ⁊.30.tertijs vnius diei. Iſte vo minutie quater ſumpte faciunt.94.2.vnius diei. Si itaqꝫ ſol in aliquo inſtanti iungatur alicui ſtelle fixe.verbi gratiā.a.circuitus eius equatur.365.dieb⁹: ⁊ ſex horis nōdum peruenit ad.a.ſtellam. Sed erit retro diſtans ab ipſa ꝑ quēdam arcum ſui circuli quem pertranſit in.94.2.vnius diei: nō erunt igitur cōpleti quatuor anni ſolares. Sed deficiet eis quātitas predictarū minutiarum. ❡ At vo qm̄ ꝑdicte mīutie (quas ann⁹ addidit ſupra.365.dies eſt ſex hor.) ſi ſumātur.353.vicibus: faciunt diem vnum integrum excep̄tis quatuor ſecūdis: ⁊.3.tertijs vnius diei: neceſſe eſt vt in 353.annis accidat grecis ⁊ romanis error diminutus vni⁹ diei: neceſſe eſt vt in.353.integri minus.4.ſecundis ⁊ tertijs diminutus eſt a vera quātitate totidem annorum. Jōqꝫ ſi ſingulis.153.annis grecorum ⁊ romanorum adderemus diem vnum eſſet fere verificata quantitas annorum vſualium kalendarij ipſorum. Dico autem fere quoniam addendo in predicta multitudine aliorum diem vnū addamus plus debito.4.2.⁊.30.3.vnius diei. vnde erit vltra a.ſtellam per quendam arcum ſui circuli quem pertranſibit in quatuor ſecūdis ⁊.30.tertijs vnius diei qui eſt quaſi quoddam inſenſibile. Hoc autem punct aliter corrigemus ſcilicet hoc modo.4.2.⁊.30.3.800.vicibus ſumpta conſtituit vnum integrum grad. et addicōe diei predicte incurrimus in.153.ānis.800.vicibus ſumptis: quod eſt.122800. annis errorem vnius diei ſuperflue additi. Si itaqꝫ in vltimo predictorum.122800.annorum omittamus diem predictum addere erit preciſe verificata quantitas anni ⁊ ſol preciſe redierit ad ſtellam. Sed per hoc nō erit firmata habitudo ſolſtitiorum ⁊ eqnoctiorum Jmmo ſi vā eēt poſitio Ptolomei ō motu ſtellarum fixarum: ſolſtitia ⁊ eqnoctia ſꝑ ꝑuenirēt habitudines vt ānus ſic dīficat⁹ deflueret ꝑ ſingulas habitudines tpīs ⁊ ꝙ īcipiet ī ſolſtitijs eqnoctijs ⁊ in quibuſlibet diſtantijs ab eis. Poſteriores autem modum iſtius motus ſtellarum fixarū non inuenerunt ſed īuenerunt eas moueri ab occidente ad orientem vſqꝫ ad aliquid: deinde non procedere vltra: ſed redire iterum ad occidentem vſqꝫ ad aliquid: ⁊ ideo dixerunt eas moueri motu acceſſionis ⁊ receſſionis. Modū autē iſtius motus affirmauit Thebith Benchorat filius Chore ⁊ poſuit principia ꝑ que motum predictum faceret eſſe circulares ⁊ ſaluaret ea que apparent ⁊ accidunt motui ſtellarum. Et ego explanabo hic eius poſitionem ⁊ ea que ſibi accidunt quanto breuius potero. Dico ergo ꝙ ſm̄ ipſum duplex eſt orbis ſignorū vn⁹ fixus ⁊ alius mobilis. Et fixus quidem intelligitur deſcriptus in ſphera nona: mobilis vero in octaua. Et vterqꝫ eorum diuiditur in duodecim ſigna que ſuperius nominauimus: ſed mobilis continet iſta ſigna denominatiue tm̄. fixus vo continet ea ſm̄ rei veritatem. vnde ipſe deſtinator eſt imaginum predictarum zodiacum cōponentium. Et capita arietis ⁊ libre mobilis ſemper diſtant equaliter a capitibus Arietis ⁊ libre fixi deſcribentia in ſuperficie none ſphere duos paruos circulos circa ipſa: quorum ipſa ſunt poli ⁊ quaſi centra: ⁊ arcus orbis magni ab ipſis polis ad circulorum circūferentiam deſcendens: (qui eſt quaſi ſemidiameter eorum) eſt quatuor grad.18.m̄.⁊.43.2. Forma autem huiuſmodi motus eſt ſm̄ hunc modum: cū enī equator ſecet vtrūqꝫ duorum paruorum circulorum predictorū in duo equalia: neceſſe eſt vt vna earū medietas declinet ab equatore verſus ſeptentrionem ⁊ reliqua verſus meridiem ⁊ vt puncta duarum ſectionū in vtroqꝫ ſint vnum quidem orientale ⁊ aliud occidētale. Cū ergo caput Arietis fuerit in ſectione ſui parui circuli ⁊ equatoris occidētalis: caput libre ſilr erit in occidentali ſectione ſui parui circuli ⁊ equatoris: eo ꝙ inter ipſa eſt ſemꝑ medietas circuli. Et tunc caput Arietis mouebitur ad partem ſeptentriōis ab equatore ⁊ caput libre ad partem meridiei. Et mouebitur vtrūqꝫ eorum ad orientē: caput quidem Arietis in tota medietate ſui parui circuli ſeptentrionali: ⁊ caput libre ī tota medietate ſui meridionali. Cūqꝫ caput Arietis peruenerit ad ſectionem ſui parui circuli ⁊ equatoris orientalem: ⁊ caput libre etiam perueniet ad ſectionem ſui parui circuli equatoris orientalem propter diſtantiam medietatis circuli: ⁊ tunc caput Arietis mouebitur ad partem meridiei ab equatore: ⁊ caput libre ad partem ſeptentrionis: ⁊ mouebitur vtrunqꝫ eorum ad occidentem: caput quidem Arietis in tota medietate ſeptentrionali. At vero cum caput Arietis mobilis fuerit in alterutro duorum punctorum: in quibus orbis ſignorum fixus ſecat circulum paruum predictum quem deſcribit ipſum caput Arietis: tunc orbis ſignorum fixus cooperiet orbem ſignorum mobilem ⁊ erunt ambo in ſuperficie vna. Jn

omnibus ꝟo alijs locis vnus eoꝛum ſecabit alium. Et erūt
ſemper duo loca ſectionis ipſoꝛum in pꝛimis punctis can/
cri ⁊ capꝛicoꝛni oꝛbis ſignoꝛuꝫ mobilis. Hec enim duo pū
cta in foꝛma huius motus ſemper adherent circūferentie
oꝛbis ſignoꝛum fixi deſcribentia in ipſa circum vnum eq̄/
lem diametro duoꝛum circuloꝛum paruoꝛū predictoꝛuꝫ:
cuius arcus medietas eſt maioꝛ diſtantia que eſſe poſſit ca
pitis cancri ⁊ capꝛicoꝛni oꝛbis ſignoꝛum mobilis a capi/
te cancri ⁊ capꝛicoꝛni oꝛbis ſignoꝛum fixi id eſt a maxi/
ma declinatione fixi ab equatoꝛe. Unde manifeſtum eſt
ꝙ in quocūqꝫ ſitu oꝛbis ſignoꝛum mobilis ſecat fixum ca
put Arietis mobilis diſtat a ſectione eoꝛum per quartam
circuli: ⁊ ſimiliter caput libꝛe. Et licet caput arietis mobi/
lis nūq̄ꝫ fiat caput fixi tū caput cancri mobilis fit neceſſa
rio caput fixi. Et hoc erit bis in vna reuolutiōe integra ca
pitis arietis in circūferentia parui circuli predicta: ſemel vi
delicet cum oꝛbis ſignoꝛum mobilis continget paruum
circulum arietis pꝛedictum ex parte ſeptētrionis: ⁊ ſemel
quando continget eundem ex parte meridie: tunc quoqꝫ
caput capꝛicoꝛni mobilis fiet neceſſario caput fixi. Nam i
duobus pꝛedictis punctis oꝛbis ſignoꝛum mobilis contin
get fixum: continget etiam parui circulum reliquuꝫ quē
deſcribit caput libꝛe ex parte meridiei quidem quādo alte
rum continget ex parte ſeptētrionis ⁊ econtrario. Sic eniꝫ
capitum Arietis ⁊ libꝛe mobiliuꝫ in pꝛedictis circulis ſem
per ſunt ſimiles contrario modo. Neceſſe eſt autē vt duo
contactus pꝛedicti fiant ſuper capita arietis ⁊ libꝛe oꝛbis ſi
gnoꝛum mobilis. Manifeſtum quoqꝫ eſt ꝙ oꝛbis ſigno/
rum fixus ſemper ſecat equatoꝛem in duobus punctis eiſ/
dem in numero: cum vterqꝫ eoꝛum intelligatur eſſe deſcri
ptus in vna ⁊ eadem ſuperficie que ē ſuperficies ſphere no
ne: mobilis vero ſecat ipſum ſucceſſiue in ſingulis punctis
qui ſunt in duobus arcubus ipſius equatoꝛis oppoſitis
quos ſeparat oꝛbis ſignoꝛum mobilis ad ſitum duoꝛum
contactuum pꝛedictoꝛum: ⁊ quantitas vtriuſqꝫ iſtoꝛum
duoꝛum arcuum eſt circiter. 21. grad. ⁊. 30. minutarum du
plum videlicet maxime elongationi capitis arietis mobi/
lis a ſectione equatoꝛis. Eſt enim maxima diſtantia capi/
tis Arietis aut Libꝛe ab equatoꝛe grad. 10. ⁊. 45. minuta.
Quapꝛopter maxima declinatio oꝛbis ſignoꝛum fixi ab
equatoꝛe eſt ſemper vna ⁊ eadem ⁊ quantitas eius eſt. 23.
grad. ⁊. 33. m̄. ⁊. 30. 2. Maxima ꝟo declinatio oꝛbis ſigno/
rum mobilis non eſt ſemper vna: ſed quādoqꝫ eſt equalis
pꝛedicte: quādoqꝫ ꝟo maioꝛ ea: ⁊ quādoqꝫ minoꝛ: verūta/
men exceſſus vnius earum ſuper alteram eſt quātitas par
ua. Et erit quidem vna eaꝝ equalis aliq̄ quādo caput arie
tis mobilis fuerit in alterutra duarū cōtrariarū ſectionuꝫ
oꝛbis ſignoꝛum. ſ. fixi ⁊ circuli parui quem deſcribit caput
Arietis. Quippe tunc ambo oꝛbes ſignoꝛū. ſ. fixus ⁊ mo/
bilis fiunt in ſuperficie vna. Cum autē caput arietis mo/
bilis diſtabit ab alterutra duarū ſectionū pꝛedictarum ꝑ
quartā circuli. tūc eſt maxima declinatio oꝛbis ſignoꝛum
mobilis ab equatoꝛe ⁊ maioꝛ q̄ꝫ maxima declinatio fixi
ab eodem. Et peruenit quantitas huius declinationis ſm̄
ꝙ extimauerunt Indi vſqꝫ ad. 24. grad. ⁊ Ptolomeus in
tēpoꝛe ſuo inuenit eam in. 23. grad. ⁊ 50. minuta. ⁊. 20. 2.
At ꝟo cū caput arietis mobilis fuerit in alterutra duaruꝫ
ſectionū equatoꝛis ⁊ circuli parui pꝛedicti: erit minoꝛ ma/
xima declinatio mobilis q̄ꝫ fixi. Nam ad illum ſitum erit
maxima declinatio mobilis in cōmunem ſectione ipſius mo
bilis ⁊ fixi: qr̄ ōꝫ eaꝫ eſſe in fine quarte ipſius circuli. Fi/
nis autem quarte eſt a pꝛincipio arietis ⁊ caput cancri de
quo dictū eſt ſupꝛa ꝙ ſemꝑ adheret oꝛbi ſignoꝛuꝫ fixoꝝ.
Conſtat autē ꝙ in ſitu illo mobilis non ſecabit fixum in
pūcto maxime declinationis fixi: eo ꝙ in illo mobili pun/
cto non ſecat vnus alium niſi quando oꝛbis ſignoꝛū mo/
bilis cōtingit duos paruos circulos pꝛedictos. ¶ Ex hoc
etiam motu accidit vt ſtelle fixe videantur moueri verſus
oꝛientem aut occidentem quādoqꝫ motu tardo quando/
qꝫ motu veloci. Cum enim caput arietis mobilis fuerit di
ſtans ab equatoꝛe in circulo paruo pꝛedicto per quartam
ipſius parui circuli aut pꝛope hoc ꝙ erit in duobus ſiti/
bus oppoſitis: tunc videbantur ſtelle fixe moueri ad eaū/
dem partem ad quam mouentur motu tardo: in vno qui
dem eoꝛum ad partem oꝛientis ⁊ in eius oppoſito ad par/
tem occidentis. Cum vero caput Arietis mobilis fuerit in
alterutra duarum ſeptionuꝫ equatoꝛis ⁊ circuli parui aut
pꝛope eas videbuntur tunc moueri ad eandem partem ad
quam mouentur motu veloci: in vna quidem earum ad
partem oꝛientis ⁊ in eius oppoſito ad partem occidentis:
quapꝛopter inuenta eſt diuerſitas manifeſta in motu ea/
rum. Ptolomeus enim quando ipſe comparauit loca ea/
ruꝫ inuenta ab Abꝛachis ⁊ ab alijs antiquis philoſophis
inuenit eas moueri motu tardo videlicet in centum ānis
vno gradu. Nam tunc caput Arietis mobilis erat meri/
dionale ſeparatum a puncto quarte meridionalis ⁊ acce/
dens ad equatoꝛem. Poſterioꝛes auteꝫ caput Arietis ad
hoc magis accedente ad equatoꝛem inuenerunt ſtellas fi/
xas moueri in. 66. annis vno gradu: fuit ergo pꝛopter ac/
ceſſum capitis arietis ad equatoꝛem motus fixarum velo
cioꝛ. Jam autem in hoc noſtro tempoꝛe factum eſt caput
Arietis ſeptētrionale diſtans a cōmuni ſectione ſtationis
parui circuli ⁊ equatoꝛis de partibus ipſius parui circuli.
58. grad. ⁊. 57. minutis fere. Et pꝛopter hoc ipſum caput
arietis diſtat a cōmuni ſectione oꝛbis ſignoꝛum ⁊ equato/
ris verſus ſeptētrionem de partibus ipſius oꝛbis ſignoꝛuꝫ
nouem gradibus duodecim minutis ⁊. 24. ſecundis fere.
Eſt ergo in tempoꝛe locus interſectionis pꝛedicte oꝛbis ſi/
gnoꝛum mobilis ⁊ equatoꝛum ſuper. 20. grad. 48. minu/
ta. ⁊. 15. 2. ſigni piſcium ⁊ alia ſectio oppoſita ſuper con/
ſimilem partem virginis. Cumqꝫ caput Arietis mobilis
erit ſuper punctum quarte ſeptētrionalis parui circuli ab
equatoꝛe: ⁊ ipſa erit de partibus oꝛbis ſignoꝛum mobilis
decem grad. ⁊. 45. m̄. piſcium ⁊ ſectio oppoſita ſuper con/
ſimilem partem virginis. At vero cum caput Arietis mo
bilis fuerit ab equatoꝛe accedens ad partem ſeptētrionis:
tunc interſectio pꝛedicta erit in ipſo capite: deinde cōtinuo
eo facto ſeptentrionali ab equatoꝛe cecidit ſectio pꝛedicta
in vltimo gradu piſcium eoqꝫ facto magis ſeptentrionali
cecidit ſuper penultimum: ⁊ ſic deinceps per ſingula pun/
cta que ſunt a fine piſcium vſqꝫ ad punctum qui terminat
19. grad. ⁊. 15. minuta ipſius ſigni: ⁊ hic eſt vltimus pun/
ctus meridionalis in oꝛbe ſignoꝛum mobilis qui poteſt
fieri punctus equalitatis vernalis. Idem intellige de par/
tibus virginis oppoſitis ⁊ de equalitate autūnali: ab hoc
pūcto aūt quarte ſeptētrionalis nō ceſſabit caput Arietis
mobilis moueri in altera quarta ſeptētrionali equatoꝛis
⁊ interſectio pꝛedicta oꝛbis ſignoꝛum mobilis ⁊ equato/
ris non ceſſabit redire ſucceſſu continuo ꝑ pꝛedictas ptes
ſigni piſciuꝫ ad caput Arietis mobilis: donec caput Arie/
tis fiat in ſectione parui circuli ⁊ equatoꝛis: ⁊ erit etiaꝫ tūc
in ſectione oꝛbis ſignoꝝ ⁊ equatoꝛis. Ipſum enim caput
erit tūc cōmunis differentia duaꝝ pꝛedictaꝝ ſectionum.
Idem intellige de motibus capitis Libꝛe in quarta meri/
dionali oppoſita verſus equatoꝛē: ⁊ de cōtinuo reditu in/
terſectiōis oppoſite oꝛbis ſignoꝝ mobilis ⁊ equatoꝛis ad
caput libꝛe. Poſtea ruꝛſus caput arietis mobilis incipiet
fieri meridionale ab equatoꝛe ⁊ ſecabit oꝛbis ſignoꝛum
mobilis equatoꝛ in pꝛimo gradu Arietis ⁊ caput libꝛe:
tūc fiet ſeptentrionalis ⁊ erit oppoſita ſectio in pꝛimo gra/
du. Libꝛe ⁊ non ceſſabit caput arietis fieri meridionale
ab equatoꝛe ⁊ caput libꝛe ſeptentrionale donec fiāt ambo

in punctis quartarum paruorum circulorum. Caput qui-
dem Arietis in puncto quarte meridionalis: ⁊ caput libre
in puncto ſeptentrionalis quarte: ⁊ tunc erit ſectio orbis ſi-
gnorum mobilis ⁊ equatoris ſuper decem grad. ⁊.45.mi-
nuta arietis ⁊ ſectio oppoſita ſuper ſimilem partem Li-
bre. vnde predictus punctus arietis eſt vltimus pun-
ctus ſeptentrionis orbis ſignorum qui poteſt fieri pũctus
equalitatis vernalis: ⁊ predictus punctus libre eſt vltimus
punctus meridionalis in orbe ſignorum qui poteſt fieri pũ-
ctus equalitatis autumnalis. Deĩde vero in reliqua quar-
ta meridionali non ceſſabit caput arietis redire ad equato
rem: ⁊ punctus equalitatis vernalis non ceſſabit etiam re
dire ad caput Arietis. Idem intellige de capite libre ⁊ pun
cto equalitatis autumnalis. Ex his ergo manifeſtum eſt
ꝙ punctus equalitatis vernalis ſucceſſiue fit in quolibet
puncto orbis ſignorum qui eſt in toto arcu que terminat
19.grad.⁊.15.minuta piſcium ⁊ decem grad.⁊.45.minu-
ta arietis. Et punctus equalitatis autumnalis erit ſucceſſi-
ue in quolibet puncto arcus oppoſiti. Punctus autem tro
pici eſtiualis ſemper erit ſucceſſiue in arcu orbis ſignorum
mobilis: quem terminant.25.grad.⁊.41.minu.⁊.17.2.ge
minorum: ⁊ grad.4.⁊.18.minu.⁊.43.2.cancri: ⁊ punctus
tropici hyemalis erit ſemper in arcu oppoſito. ¶ Ex pre-
dictis autem manifeſtum eſt ꝙ ſtelle fixe in tempore Pto
lomei ⁊ prodeceſſorum ſuorum (quorum conſiderationes
ipſe aſſumit) mouebantur ab occidente ⁊ non ad orientẽ:
quemadmodum ipſe putauit: nũc.n. (vt dictum eſt ſupra)
erat caput Arietis mobilis meridionale ab equatore ⁊ ca
put libre ſeptentrionale in quo ſitu eſt motus eorum ad
occidentem. Cauſa erroris eius in hoc non fuit propter
debilitatem ſcientie. Ipſe enim fuit iudicio noſtro maior oĩ-
bus quorum ad nos fama per ſcripturam deuenerit in ſci-
entia aſtrorum: ſed fuit cauſa erroris in hoc paruitas tem
poris predeceſſorum conſtantium loca ſtellarum fixarũ
in ſuis temporibus ⁊ ea per ſcripturam memorie commen
dantium. vnde non fuit poſſibile cognoſcere iſtum motũ
propter eius tarditatem, ⁊ predicti temporis paruitatem.
Retulit igitur omnem motum earum ad equatorem: ⁊ pu
tauit ꝙ quecunqȝ ſtella meridionalis ab equatore in ar-
cu quidem qui eſt puncto equinoctij autumnalis in pun-
ctum tropici hyemalis mouetur ab equatore: aut quecũ-
qȝ ſeptentrionalis in arcu qui eſt a puncto equinoctij ver-
nalis in punctum tropici eſtiualis mouetur ab equatore ⁊
in duobus arcubus oppoſitis oppoſite: ꝙ ipſa mutatur,
neceſſario verſus orientem ſm̃ ſucceſſionem ſignorũ: hoc
enim videmus ita eſſe in planetis ſeptem. Quare inuenit ⁊
concluſit talem motum in ſtellis fixis quemadmodũ ipſe
narrat in libro ſuo Almageſti in ſeptima dictione ipſius.
Idcirco putauit eas moueri ad orientem ſm̃ ſucceſſiones
ſignorum. Nec aũt neceſſarium iſtud ſequitur ex illo niſi
Predictum aūt numerū annoꝝ .ſ. 76. ꝑpter eius magnitudinem diuiſerunt cōputiſte in quatuor partes. Fuitcꝫ quarta pars eius .19 anni noſtri ex quibus fecerunt ciclum .19ⁱˢ. ⁊ ciclum epactaꝝ. Similiter quocꝫ numerū lunationum dictoꝝ .76. annoꝝ que ſunt .940. diuiſerunt in quatuor partes. Fuitcꝫ quarta pars eius .235. lunationes ⁊ dixerunt iſtas lunationes perfici in ipſis .19. annis. In hoc autem accidit eis error a parte annoꝝ ⁊ a parte lunationū. A parte annoꝝ quidem qm̄ impoſſibile eſt quoſdā .19. annos noſtros adequari quibuſlibet alijs .19. annis. Nam ſemel ꝯtingit noſtri habeāt tm̄ .4. annos biſſextiles quos poſtea ſequitur ter .19. anni quorū quilibet .19. habēt .5. annos biſſextiles vt ſupra oſtēdimus. ergo primi .19. anni noſtri habent vnum diem minus qꝫ habeant quilibet .19. anni ter poſtea ꝯtinue ſumpti. A parte quocꝫ lunationum qm̄ cum in .76. annis noſtris oporteat eſſe .499. lunationum quarum quelibet ſit .30. dierum ⁊ .441. quarū quelibet .29. neceſſe eſſet vt quilibet .19. anni noſtri haberēt quartam partē: ſed neuter numerus habet quartā. Cōputiſte ꝟo in ſingulis faciunt lunationes itegras. Amplius autem cum oporteat lunationes .30. dierum que ſunt in .76. annis noſtris eſſe plures qꝫ lunationes .29. dierum que ſunt in eiſdē annis in .58. lunationibus ad cōpēſandum exceſſum in quo .940. lunationes equales ſm̄ ſuppoſitionē noſtram totidem quarum quelibet habeat .29. dies ⁊ dimidium: neceſſe eſt vt quilibet .19. anni noſtri haberēt quartam partē illaꝝ .58. lunationum: ſed .58. nō hēt quartam. Iſtos autem errores iſti cōputiſte corrigunt cōpēſatione exceſſuū cū lunationib⁹. Cōſtat enim ꝙ .235 lunationes equales excedūt totidē quaꝝ quilibet ꝯtinet .29. dies ⁊ dimidium in .7. dieb⁹ .14. minutis .59. 2ᵈᵃ .59. 3ᵃ .59. 4ᵃ .59. quintis .59. ſextis .57. ſeptimis: que oīa pono .59. minuta. Opꝫ igiť vt .19. annis noſtris eēnt lunationes .30. dierum plures qꝫ lunationes .29. dierum in .14. lunationibus ⁊ medietate vnius lunationis ad hec vt compēſarent .7. dies ꝑdictos ⁊ .15. minuta. Cōputiſte aūt in ſingulis .19. annis habētibus tm̄ .4. biſſextos faciunt .124. lunationes quarum quelibet eſt .30. dierū ⁊ faciūt .3. lunationes quaꝝ quelibet eſt .29. dierum: tūc itacꝫ lunationes .30. dierum excedūt lunationes .29. dierū tm̄ modo in .13. lunationibus: quas oportebat excedere in .14. ⁊ dimidia. ergo diminuunt in vna ⁊ dimidia hoc eſt in .45. minuta vni⁹ diei. At ꝟo inter .19. annis conſequentibus quorum quilibet .19. habent .5. biſſextos faciunt .125. lunationes quas quelibet eſt .29. dierum. Excedunt ergo lunationes .30. dierum illas que ſunt .29. in .15. lunationibus: ſed oportebat excedere tantum in .14. ⁊ dimidia. ergo addunt in ſingulis per .19. annis conſequentibus lunationem ⁊ eſt .5. minuta huius diei. ergo ipſi ter .19. anni ſimul aggregati ad

dunt vnam lunationem ⁊ dimidiam. hoc eſt.45. minuta vnius diei quantum videlicet primi 19. anni diminuebãt. Adequatur igr̃.19. annis diminutio primorum.19.cũ additione ter.19.ↄ̃ſequentium. Et ſi multiplicaueris.124. lunationem. 30. dierum que ſunt in.19. annis primis p.30. ⁊ lunationes.29. dierum que ſunt in eiſdem annis per. 29. ⁊ cõiunxeris predicta habebis.6939. dies qui ſunt in.19. annis noſtris habentibus tm̃.4. biſſextos. Unde predicte lunationes adequantur preciſe diebus.19. annorum primorum. Similiter quoqꝫ ſi multiplicaueris.125. lunationes 30. dierum que ſunt in ſingulis ter decem ⁊ nouem annis ſequentibus per.30. ⁊.110. lunationes.29. dierũ que ſunt in eiſdem annis per.29. ⁊ coniunxeris producta habebis 6940. dies qui ſunt in.19. annis noſtris habentibus.5 biſſextos. Patet igitur ꝙ lunationes per ſingulos ciclos noſtros.19[ti] predicto modo diſpoſite adequantur preciſe diebus ipſorum ciclorum. Et ꝙ ipſe lunationes.4. ciclorum continue ſumptorum recompenſant adinuicem ſuas diminutiones cum ſuis exceſſibus. Unde ciclus.76. annorum noſtrorum eſt correctoꝛ errorum accidentium ſingulis ciclis decemnouẽnalibus.

¶ Oſtendit in genere qualiter in ciclo decemnouẽnali ſeu epactarum ſint.7. anni emboliſmales. Cap. xx.

Ut autem predicta clarius pateant altius inchoemus. dico igitur ſi lunatio noſtra equalis conſtaret preciſe ex. 29. diebus ⁊ dimidio: ſemper faceret computiſta vnam lunationẽ. 30. dierum ⁊ aliam.29. Id quod ſingule bine ⁊ bine continerent.59. dies quod eſſet tempus lunationũ ſine augmẽto vel diminutione. Et conſtarent.12. lunationes ex.354. diebus ſicut annus arabum non biſſextiles ⁊ eẽt tẽpus duarꝫ lunationum minimum tẽpus reducẽs lunationes equales ad ↄ̃ſimile tp̃is initium. Dico itẽꝫ ꝙ ſi cum hoc annus noſter nõ excederet.354. dies qd̃ eſt tempus.12. lunationum p̃dictarꝫ ſemꝑ haberet luna eandem etatẽ in ſingulis annis per kalẽdas ſingulorum mẽſium relatiuorum. ¶ Nunc autẽ lunatio equalis excedit.29. dies ⁊ dimidium in quantitate ſupius demõſtrata: ⁊ annus noſter nõ biſſextilis excedit predictas. 12. lunationes (quarꝫ ſingule bine ⁊ bine cõſtat ex.59. diebus) in.11. diebus ⁊ biſſextilis excedit illas in.12. Nihil minus tamẽ cõputiſte vident ꝙ in vno anno noſtro ſiue biſſextilis fuerit ſiue nõ cõpleret niſi.12. lunationes vnicuiqꝫ menſi attribuerent ſuam lunationẽ alternantes eas per.30. ⁊.29. ita ꝙ vnicuiqꝫ mẽſi imparis ordinis vt primo tertio ⁊ ſic deinceps dederunt lunationẽ.30. dierum vnicuiqꝫ ꝟo paris ordinis vt ſecundo quarto ⁊ ſic deinceps dederunt lunationẽ.29. dierũ. vnde verſus. Impar luna pari par fiet in impare mẽſe. Excepto ꝙ in quolibet anno biſſextili faciunt lunationẽ Februarij.30. dierum: vt ſicut in ipſo anno ſupadditur vnus dies illi mẽſi ita etiam ſupadditur lunationi dies vnus: ⁊ tunc erunt tres lunationes cõtinue.30. dierum videlicet Januarij Februarij ⁊ Martij. Et quia vna lunatio poteſt inchoare in vno mẽſe ⁊ finire in alio: voluerunt vt quelibet talis a fine ſuo ſortiretur denominationẽ ⁊ dixerunt eam eẽ illius mẽſis in quo terminatur. vñ verſus. Mẽſi luna datur cui fine ſuo ſociatur. Et iſte ſunt regule gñales de quantitatibus lunationum ⁊ earum ordine ⁊ denominatione. Et iſtas lunationes vocamus cõmunes: ⁊ annum non habẽtem plures lunationes vocamus etiam annum cõmunẽ. Quandoqꝫ enim contingit ꝙ annus noſter habeat.13. lunationes videlicet.12. communes predictas ⁊ vnam extraordinariam quam vocant emboliſmalẽ vt infra patebit: ⁊ oportet ſemꝑ eam eẽ.30. dierum: ꝫ impoſſibile ſit tẽpus.13. lunationũ in vno anno noſtro cõpleri. Cum enim dictum ſupra Lunatio ſit illius mẽſis in quo finitur: quantũcunqꝫ lunatio aliqua incipiat ante kalẽdas Januarij erit illius anni (quẽ ipſe Januarius cui dicta lunatio attribuitur) inchoat. Quia itaqꝫ Januarium ſequuntur ſex mẽſes pares quorum omnium lunationes ordinarie excreſcunt in ſũmam.174. dierum: ⁊ quinque impares quorum omniũ etiam ordinarie lunationes excreſcunt in ſũmam.150. dierum. ¶ Et quia oĩm lunationẽ extraordinariam ſupaddit am que nulli mẽſi attribuitur: ſꝫ emboliſmalis vocatur: opꝫ eẽ.30. dierũ qui omnes dies ſimul faciunt.354. hos autẽ excedit annus noſter in 11. diebus. Neceſſe eſt vt omnis annus in quo lunatio Januarij terminatur in aliquo ſuorum primorum.11. dierũ habeat.13. lunationes. In hoc enim caſu tempus anni qd̃ remanet poſt finem lunationis Januarij nõ põt eẽ minus 354. diebus qui ſufficiunt lunationibus ordinarij.11. mẽſium ſequẽtium ⁊ vni emboliſmali ↄ̃tinẽtium dies: nec eſt poſſibile vt in aliquo anno in quo lunatio Januarij terminetur vbicũqꝫ poſt duos dies ſint.13. lunationes. Eſto.n. ꝙ terminetur in.12. die eius qd̃ tamẽ ſm noſtras ſuppoſitiones vnq̃ꝫ ↄ̃tinget. ¶ Si itaqꝫ nõ fuerit biſſextilis non reſtabunt de toto anno niſi.353. dies qui nõ ſufficiunt.12. lunationibus ſequentibus ordinarijs ⁊ vni emboliſmali. Si autẽ fuit biſſextilis: tunc reſtabunt de toto anno.354. Sꝫ quia tunc lunatio Februarij augeṫ in vno die ↄ̃ſtat ꝙ ipſi nõ ſufficiunt lunationibus.11. mẽſium ſequẽtium Januarium ⁊ emboliſmalis. Sꝫ ſi poſſibile eſt ꝙ lunatio Januarij in vltimo anno cicli.19. terminaretur.12. die eius haberet annus ille neceſſario.13. lunationes. Eo ꝙ in anno illo lunatio Julij diminuitur vno die ꝓpter ſaltum lune. vt infra patebit melius: nunc autẽ ſemꝑ in predicto vltimo anno cicli terminaṫ lunatio Januarij quarto die eius. Patet igiṫ quando poſſibile eſt annũ habere.13. lunationes. ⁊ quando nõ ⁊ que ſit cauſa huius. patet etiam ꝙ ois annus in quo lunatio Januarij terminaṫ in aliquo ſuorum priorꝫ.11. dierũ eſt emboliſmalis. ⁊ nullus alius. ⁊ que ſit cauſa huius. Et q2 in ſingulis ciclis.19[ni] hoc accidit ſepties tantũ videlicet in 2° anno ipſius in quo lunatio Januarij terminaṫ.11. die eius: ⁊ in anno quinto in quo p̃dicta lunatio terminaṫ.8. die eius: ⁊ in.8. in quo predicta lunatio terminatur quinto die eius. Et in vndecimo in quo lunatio predicta terminaṫ 2° die eius. Et in.13. in quo lunatio p̃dicta terminatur.7. die eius. Et in decimonono in quo lunatio predicta terminaṫ quarta eius ſequitur ꝙ in ciclo. 19[ni] p̃dicti.7. anni ⁊ ſoli emboliſmales.

¶ De epactis i gñe ⁊ de regularib[us] Lunaribus. Cap. xxi.

Uoniam autem quilibet annus noſter excedit vt dictum eſt.12. lunationes in.11. diebus: tñ etiam ſi fuerit biſſextilis. Eo ꝙ tunc lunatio cõmunis Februarij augeṫ vno: ⁊ fit.30. dierum. Neceſſe eſt vt etas lune in kalendis ſingulorum menſium cuiuſlibet anni addat.11. ſuper etatẽ ſuam quam habuit in kalendis ſingulorum menſium relatiuorum anni proximo precedentis. Et excrementum ↄ̃ueniens ex iſtis.11. diebus in quibus annus noſter excedit.12. lunationes cõmuniter qui ſunt cauſa variationis etatis lune in quibuſlibet relatiuis diebus diuerſorum annorum vocant computiſte epactam: quaſi epiauctam ab epi. qd̃ eſt ſupra ⁊ aucta: quoniam in tãtum augeṫ annus noſter ſuꝑ lunationes cõmunes ⁊ etas lune in kalẽdis cuiuſlibet menſis ſuper etatem ſuam in kalendis eiuſdẽ menſis anni ꝓximo p̃cedentis. Et numeros etatis lune quam habuit in kalendis ſingulorum menſium in primo anno fundationis cicli epactarũ vocant regulares lunares: regulares quidem quoniam ipſi cum epacta cuiuſlibet anni ſunt regula ad inueniendum etatẽ lune in kalendis ſingulorꝫ mẽſium: lunares ꝟo ad differẽtiam ſolarium de quibus dictum

eſt ꝙ per ipſos inueniuntur ferie kalēdarum ſingulorum
mēſium. Inceperūt autem ciclum epactarum ⁊ formatio
nem regularium lunarium a Septēbri ⁊ ciclum .19. ⁊ au-
rei numeri a Januario proximo ſequēte quemadmoduꝫ
veteres ibidem icceperūt ciclum lunarem quo ipſi vtebanꝰ:
cuius loco nos ciclum .19. accepimus vbi ipſum ad oempti
tatem denominationibus cum ciclo epactaꝝ reducemus.
¶ Ciclus enim lunaris īcipiebat tribus annis poſt ciclū.
19[ni] quo nunc vtimur nullaqꝫ alia eſt differētia inter eos.
Quare manifeſtum eſt ꝙ primus annus cicli lunaris erit
quartus ānus cicli epactarū. Ideoqꝫ oportuit vt haberet
3. pro epacta vt īferius patebit. Unde ciclus epactarū ice-
pit .4. mēſibus ante cicluꝫ .19[ni] ⁊ aurei numeri. Ideoqꝫ to
tum tēpus quod eſt in iſtis quattuor mēſibus eſt plus vno
in ciclo epactarū q̄ꝫ in ciclo .19[ni] ⁊ aurei numeri. Totum
aūt qđ eſt in octo mēſibus ſequētibus hoc ē a kalēdis Ja
nuarij vſqꝫ ad kalēdas Septēbris proximi ſequētis eſt in
ſimul vtriuſqꝫ. ¶ Fuit aūt in primo fundatiōis anno cicli
epactarum luna quinta in kalēdis Septembris. Ideoqꝫ
etiam q̄nta in kalēdis Octobris: ⁊ ſeptima in kalēdis No
uēbris. Itemqꝫ ſeptimam in kalēdis Decembris: ⁊ nona ī
kalēdis Januarij: ⁊ decima ī kalēdis Februarij. Itēqꝫ no
na in kalēdis Martij: ⁊ decima in kalēdis Aprilis: ⁊ vn-
decima in kalēdis Maij: duodecima vero in kalēdis Ju
nij: ⁊ quartadecima in kalēdis Auguſti. Unde regulares
lunares ſingulorū mēſium per ordinem ſunt iſti: Septē-
ber .5. October .5. Nouēber .7. December .7. Januarꝰ .9.
Februarius .10. Martius .9. Aprilis .10. Maius .11. Junius
12. Julius .13. Auguſtus .14. quos de facili inuenies per re-
gularem Septembris hoc modo. Regularem Septēbris
iunge cū numero dieꝝ eius ⁊ a toto collecto ſubtrahe nu
meꝝ dierum lunationis eius ⁊ qđ reſiduum fuerit erit re
gularis Octobris. Cōſimili ratione per regulareꝫ Octo-
bris inuenies regulareꝫ Nouembris. Et ſimpliciter per re
gularem cuiuſlibet menſis proximi ſequentis. Hos auteꝫ
numeros retinent computiſte per hos verſus. Eſtuat eſu-
rāt gratiam grauat igne kalēdas. Igne kalendaruꝫ lucet
mihi nois ordo. In iſtis verſibus ſunt .12. dictiones .12. mē-
ſibus anni deſeruiētes per ordinē principio ſumpto Sep-
tēbris: ⁊ quota fuerit prima littera cuius dictiōis in alpha
beto totus erit regularis illius mēſis cui dictio queqꝫ deſe
ruit. ¶ Ex iſtis autem vndecim diebus in q̄bus q̄libet an
nus noſter excedit .12. lunatiōes cōmunes quos epactā vo
cari diximus faciūt computiſte in .19. annis .7. lunationes
quas embolifmales .i. ſuperexcreſcētes vocāt. Et ꝙ ex ſup
excreſcētes dierum anni noſtri ſuper ſuas lunatiōes cōmu
nes aggregentur. Si enim predicti .11. dies .19. vicibus ſu-
mātur ſiunt .209. dies qui faciūt .7. lunatiōes quamlibet
videlicet .30. dieruꝫ vna earū excepta cui deficit dies vnus.
Et ex his veniūt ſeptem lunatiōes embolifmales quas fa-
ciūt computiſte in ſingulis .19. annis noſtris. Et vt omnes
ſint ſimiles in quātitate dierum ſurripiūt in vltimo anno
cicli diem vnū a lunatione Julij: eumqꝫ addunt vltime lu
nationi .7. embolifmalium p̄dictarū que erat tm̄ .29. die-
rum ſitqꝫ in anno illo lunatio Julij .29. dierum que debe-
ret eſſe .30. Et huiuſmodi ſubtractioneꝫ vnius diei a luna
tione predicta vocant computiſte ſaltū lune eo ꝙ luna a
penultima die lunationis Julij vltima die ipſius lunatio-
nis omiſſa ſaltū fecerit in primam diem lunatiōis Augu-
ſti. Locus vero iſtius ſubtractionis que dicit ſaltus lune ē
4. kal. Auguſti. ibi enim lunatio Julij eſt .29. dierum in vl
timo anno cicli ⁊ incepit lunatio Auguſti eodeꝫ anno 3°
kalendas ipſius. vnde ſuper .4. kalēdas Auguſti ſolet in
kalēdarijs ſcribi. hic fit ſaltus lune.

¶ De generatiōe epactarum per ſingulos annos cicli: ⁊ ex-
ceſſu dieꝝ anni ſolaris ſuper dies .12. lunationū cōmunium
⁊ lunationū embolifmaliū ex epactis earundem lunatio-
nū in annis cicli ⁊ menſibus anni ⁊ diebus menſis conue-
nienti in tempore. Cap. XXII.

EPactarum aūt generatio per ſingulos ānos
cicli eaꝝ ⁊ predictaꝝ .7. lunationum emboli
ſmaliū eſt hoc modo. ¶ Primus annus cicli
epactarū q: nullus annus ipſum precesserat
cuius dies excederent dies .12. lunationū com
munium nihil habuit pro epacta. ¶ Scđs aūt habuit .11. di
es pro epacta in q̄bus dies primi anni exceſſerunt dies ſua
rum .12. lunationū cōmuniū. ¶ Tertius vero habuit .22.
pro epacta q̄ fuerunt excrementū duoꝝ annoꝝ p̄teritoꝝ
⁊ ipſo 3° anno excreſcunt etiā vndecim dies qui iuncti .22.
prioribus faciunt .33. Ideo ꝙ in ipſo 3° anno fit vna luna-
tio embolifmalis .30. dierū que incipit in 3° anno cicli epa
ctaꝝ ⁊ in 2° cicli .19[ni] 4° nonas Decembris ⁊ terminatur
vltimo die eius. Et accidit ꝙ due lunationes cōtinue ſunt
30. dieꝝ videlicet hec lunatio embolifmalis ⁊ lunatio Ja-
nuarij ſequentis. Et ſi biſſextus fuerit erunt .4. ſ. due pre-
dicte ⁊ lunationes Februarij ⁊ Martij. Et remanent de p̄
dicto extremo tn̄modo .3. dies pro epacta anni quarti. In
ipſo quoqꝫ quarto anno excreſcunt etiam dies .11. qui iun-
cti .3. diebus predictis faciunt .14. pro epacta anni quinti.
Iſtis rurſus .14. ſi iungitur duobus diebus qui excreſcūt
in anno q̄nto ſiunt .25. pro epacta anni ſexti. In ipſo quo-
qꝫ ſexto anno excreſcūt vndecim qui cuꝫ .25. prioribus fa
ciunt .36. Ideoqꝫ in ſexto anno cicli facimus vnam luna-
tionem embolifmalem .30. dieꝝ que incipit .4. nonas Sep
tembris in ſexto anno cicli epactarū ⁊ in quinto cicli .19[ni]
⁊ finitur in kalendis Octobris. Et accidit duas lunatio-
nes continuas eſſe .30. dierum videlicet lunationem Sep-
tembris ⁊ embolifmalis predictam: ⁊ remanēt ſex pro epa
cta anni ſeptimi. Rurſus in ipſo ſeptimo anno excreſcunt
duos dies qui iuncti cum ſex prioribus efficiunt .17. qui eſt
epacta anni octaui. In ipſo autem octauo ſimiliter excre-
ſcunt vndecim dies: qui iuncti .17. predictis faciunt .28. di-
es excreſcentes in anno octauo quibus ad complementuꝫ
vnius lunatiōis embolifmalis non deficiunt niſi duo dies
quos accipimus mutuo de diebus ſuperexcreſcentibus in
anno proximo ſequenti ⁊ facimus in ipſo octauo vnaꝫ lu
nationem embolifmalem .30. dierum que incipit pridie no
nas Martij in octauo anno vtriuſqꝫ cicli ⁊ termīatur pri
die nonas Aprilis ⁊ accidit duas lunationes continuas eſ
ſe .30. dierum videlicet lunationem Martij ⁊ embolifma-
lem predictam. Et ſi biſſextus fuerit erunt .4. ſ. due predi-
cte lunationes Januarij ⁊ Februarij precedentes. Et acci-
dit etiam ꝙ tres lunationes terminantur extra ſuos men-
ſes videlicet lunatio Aprilis que terminatur quinto no-
nas Maij: ⁊ lunatio Maij que termīatur quarto nonas
Junij. Et lunatio Junij que terminatur in kalēdis Julij.
¶ Et q: iſti lunationi embolifmali damus duos dies mu
tuatos ab anno ſequenti plus q̄ꝫ habeat de excremento.
Idcirco proprie loquendo nono anno ſequenti deficiunt
duo dies pro epacta. Quia tn̄ quo ad iſta excrementa que
cauſant lunationes embolifmales quarum quelibet ē .30.
dierum idem eſt deficere in duobus diebus ⁊ abundare in
28. idcirco nonus annus .28. habuit pro epacta: ⁊ decimꝰ
habuit .9. ⁊ vndecimus .20. ¶ Et quia vndeciꝫ dies ipſius
vndecimi anni cum viginti predictis faciūt .31. Ideo ex .30.
diebus in ipſo vndecimo anno fit vna lunatio embolifma-
lis que incipit tertio nonas Januarij ⁊ in .11°. anno vtriuſ-
qꝫ ⁊ finitur in kalēdis Februarij. Et accidit duas lunatio
nes cōtinuas eſſe .30. dierum videlicet lunationē Januarij
⁊ hanc embolifmaleꝫ. Et ſi biſſextus fuerit erunt .4. ſ. due
p̄dicte ⁊ lunationes Februarij ⁊ Martij. Et accidit etiaꝫ
ꝙ due lunationes terminanꝰ extra ſuos menſes videlicet

lunatio Februarij que terminatur 6° nonas Martij. Et lunatio Martij que terminatur in kalēdis Aprilis ⁊ remanet vnus ꝑ epacta anni duodecimi. Annus autem tertiuſdecimus habet .12. ꝑ epacta: ⁊ quartuſdecimus .13. Quibus ſi iungamus vndecim dies q̄ in ipſo excreſcunt fiunt .34. Ideoq̧ in ipſo quartodecimo anno facimus vnam lunationem emboliſmalem .30. dierum que icipit quarto nonas Nouembris in .14° anno cicli epactarum ⁊ in .13° cicli .19. ⁊ finitur in kalendis Decembris. Et accidit duas lunationes cōtinuas eſſe .30. dierum videlicet lunationē Nouembris ⁊ emboliſmalem predictam ⁊ remanēt .4. ꝑ epacta anni quindecimi. Et fiunt .15. epacta anni decimiſexti. Et viginti ſex epacta decimiſeptimi: quibus ſi iungamus .11. qui in ipſo excreſcūt fiunt .37. de quibus facimus in ipſo vnam lunationem emboliſmalem .30. dierum que incipit 4° nonas Auguſti in .16. anno vtriuſq̧ cicli ⁊ finitur 2° kalendas Septembris. vnde hec emboliſmalis tota cadit in .16. anno cicli epactarum. Quia tñ lunatio Auguſti eſt vltima lunatio cuiuſlibet anni cicli epactaruz. Ideo cōputiſte iſtam emboliſmalem attribuūt .17. anno ipſius cicli quaſi finita lunatione Auguſti lunatio ſequens ſit ꝑma ſequentis anni. Et accidit duas lunatiōes cōtinuas eē .30. dierum videlicet emboliſmalem p̄dictam ⁊ lunationē Septēbris: ⁊ remanet .7. epacta anni decimioctaui. Fiunt q̧ .18. epacta anni deciminoni. Qui iuncti cum vndecim in ipſo excreſcentibus fiunt .29. Iſtis rurſus ſi addat̄ dies vnus ſubtractus de lunatione Julij fiunt .30. ex quibus in ipſo decimonono fit vna lunatio emboliſmalis que incipit 3° nonas vtriuſq̧ Martij in .19. Martij vtriuſq̧ cicli ⁊ finitur tertio nonas Aprilis. Et cōtingit duas lunatiōes cōtinuas eſſe .30. dierum. videlicet lunationem Martij ⁊ emboliſmalem predictam. Et ſi biſſextus fuerit .4. ſ. lunationes Januarij ⁊ Februarij ⁊ due predicte. Et accidit etiam q̄ due lunationes terminantur extra ſuos menſes. videlicet lunatio Maij que terminatur in kalendis Junij. In iſto vero vltimo anno cicli epactaruz nihil ex iſtis ſuperexcreſcentijs relinquitur ſuꝑfluum aut diminutum quapropter ꝑrimus annus ſequens erit ꝑrſus ſimilis primo iſtorum .19. ⁊ ſecūdus ſecundo. ⁊ ſic de ceteris. ¶ Quia ergo omnis diuerſitas generationis epactaꝝ cōpletur ꝑcaſe in .19. annis nr̄is. Idcirco .19. anni nr̄i cōſtituunt ciclū epactarum ⁊ ſunt numeri p̄dicti epacte ſingulorꝝ .19. annorꝝ cicli eorꝝ ꝑ ordinē ſumptorꝝ. Et manifeſtum eſt ēt q̄ in illis .19. annis cicli epactarum ſunt .7. anni emboliſmales videlicet tertius ⁊ ſextus octauus ⁊ vndecimus ⁊ quartuſdecimus decaſeptimus ⁊ decanonus: quorꝝ ſinguli ſuꝑ lunationes cōes addunt ſingulas lunationes .30. dierū aggregatas ex ſolis excreſcētijs duorꝝ dierꝝ anni noſtri ſuꝑ dies lunationum cōmunium ⁊ ex vno die que ſubtrahitur in vltimo anno cicli p̄dicti a lunatione Julij. Et ꝑcedunt de vno gn̄ationes p̄dictarum .7. lunationum emboliſmaliū ⁊ interpoſitiones. Errores quoq̧ qui ex p̄dictis ſequūtur in alijs .19. annis ſequentibus cum ſuis paribus epactis penitus ſunt in p̄dictis .19. Quotus aūt annus cicli epactaꝝ ſit emboliſmalis retinent computiſte ꝑ hunc verſuz. Chriſtus fact⁹ hō leuat oīa reddita throno. In hoc verſu ſunt ſeptē dictiones ſeptēz annis emboliſmalibus cuiuſq̧ cicli ꝑ ordinem deſeruientes. Et quota fuerit prima littera cuiuſq̧ dictionis in alphabeto totus annus ipſius cicli erit emboliſmalis ⁊ erit ille emboliſmalis in eo ordine .7. emboliſmaliū in quo erit ſumpta dictio in ordine ipſarum dictionū. Amplius aūt in quo menſe iterponat̄ quelibet lunatio emboliſmalis ⁊ in quo die ipſius menſis incipiat retinent ꝑ hunc verſum. Mobilis ibo cibis acc liber habeto cocuum. In hoc ēt verſu ſunt ſeptem dictiōes ſeptem lunationibus emboliſmalibus cuiuſlibet cicli ꝑ ordinem deſeruientes. Et interponitur quelibet illarum lunationū emboliſmalium in toto menſe anni quota fuerit prima littera dictionis ipſam lunationem ſignificātis in ordinem alphabeti ⁊ incipit ipſa lunatio tota die ꝯpſius menſis quota etiam prima littera eiuſdem dictionis eſt in alphabeto. Nulla autem fuerunt loca ꝯuenientioꝛa interpoſitioni dictarum ſeptem lunationum emboliſmalium q̄ꝫ predicta: quoniam ſi alibi vbicunq̧ interponerentur in kalendario plures erroꝛes acciderent.

¶ Qualiter quatuoꝛ cicli .19^{ies} cōtinui cōpenſant ſuos exceſſus cum ſuis diminutionibus. Cap. XXIII.

Manifeſtuz eſt igit̄ ex p̄dictis q̄ in quolibet ciclo epactarum .19. annoꝝ nr̄os cōtinente ſunt vltra lunationes cōmunes .7. lunationes emboliſmales quarū quelibet continet .30. dies. Inſuper manifeſtum eſt q̄ in quolibet ciclo epactaruz lunatio Julij que debet habere regulariter .30. dies ſit ſemel .29. dierum tm̄. Rurſus etiam manifeſtuz eſt in quolibet anno biſſextili lunatio Februarij que debet habere regulariter tm̄ .29. dies ſit .30. dierum. Cum autez aliqua lunatio cōmunis que debet eſſe .30. dierum ſit .29. quēadmodum lunatio Julij accidit ex hoc vt numerus lunationum communium: que erat .29. dierum excedāt numerum lunationum cōmunium que erunt .30. dieruz in duabus lunationibus. Cum enim tot eſſent lunationes cōmunes .30. dierum quot .29. ſi vna ex illis que erat .30. dierum ſit .29. augentur ille que ſunt .29. dierum in vna. Et ille que erant .30. dierum minuuntur in vna. Quare differētia earum ad illas ſunt due lunationes. Unde in omni anno in quo eſt ſaltus lune: lunationes cōes .29. dieruz ſunt plures q̄ꝫ lunationes .30. dierum duabus lunationibus. Similiter quoq̧ ſi lunatio cōis que debet eſſe .29. dierum tm̄ fiat .30. quēadmoduz lunatio Februarij in quolibet anno biſſextili accidat ex hoc q̄ numerus lunationum cōmuniū .29. dierꝝ duabus lunationibus eo q̄ hec diminuentur in vna: ille vero augent̄ i altera. Sūmamus igit̄ quatuoꝛ ciclos .19. annorꝝ cōtinue ſic inuicē ſequentes ⁊ hēant ꝑmū eorꝝ tm̄mō .4. annos biſſextiles. Neceſſe itaq̧ vt quilibet annorꝝ trium hēat quinq̧: igitur lunatio Februarij in ꝑ iſtoruz ciclorum habet quater .30. dies videlicet ſemel in quolibet anno biſſextili. Manifeſtū eſt q̄ ipſa facit vt lunatiōes cōmunes .30. dierum que ſunt in illo ciclo excedāt lunationes cōes .29. dierꝝ que ſunt in eodem in .8. lunationibus. At vero qm̄ lunatio Julij ſit in vltimo anno cuiuſlibet cicli .29. dierum ꝑ ſaltuz lune que deberet eſſe .30. dierum cōſtat q̄ ipſa facit vt lunationes cōmunes .30. dierꝝ diminuant in illo ciclo de lunationibus cōibus .29. dieruz duas lunationes. igitur oēs lunationes totius primi cicli que ſunt .30. dierum excedunt oēs lunationes cōes euſdē cicli que ſunt .29. dierum in ſex lunationibus ſuperadditis itaq̧ ſeptem lunatiōibus emboliſmalibus que ſunt in eodem quarum quelibet eſt .30. dierꝝ fient oēs lunatiōes .30. dierum que ſunt in primo ciclo plures oībus lunatiōibus .29. dieruz que ſunt in eodem ciclo in .13. lunationib⁹. Sed opoꝛtebat eas eſſe plures .14. lunatiōibus ⁊ medietate vnius vt probauimus ſupra. In hoc itaq̧ primo ciclo accidit lunationibus .30. dierum erroꝛ diminutus in vna lunatione ⁊ dimidia in .45. m̄. vnius diei. Quilibet vero trium ciclorum ꝑſtium habet .5. annos biſſextiles: igitur lunatio Februarij habet in quolibet ipſorum quinquies .30. dies videlicet ſemel in quolibet anno biſſextili: facit itaq̧ quelibet lunatio Februarij in quolibet ipſorum trium ciclorꝝ q̄ lunationes communes .30. dierum excedant lunationes .29. dierum in .10. lunationibus. Lunatio autem Julij vltima in quolibet ipſorum ciclorꝝ facit vt lunationes .30. dierum diminuant a lunationibus cōmunibus .20. dieruz

duas lunationes ꝑ ſaltum lune. ¶ Igitur in ſingulis iſto-rum triũ cicloꝝ lunationes cõẽs.30.dieꝝ excedunt luna-tiones cõẽs.29.dieꝝ in.8.lunationibus ſupadditis igitur.7.emboliſmalibus erunt in quolibet dictoꝝ trium.15.lu-nationes.30.dieꝝ plures ꝙ̃ ſint lunatiões.29.dieꝝ. Sed oportebat in quolibet ciclo eſſent plures tm̃mõ in.14.ꝛ di-midia. ¶ Ergo in quolibet iſtoꝝ trium cicloꝝ accidit lu-nationibus.30.dieꝝ error additus in medietate vnius lu-nationis hoc eſt in.15.m̃.vnius diei. Quare op3 vt in ipſis tribus ciclis ſimul iunctis accidat lunatiõibus.30.dieꝝ er-ror in vna lunatione ꝛ dimidia hoc eſt in.45.minutis vni-us diei: igiĩ error additus in iſtis tribus ciclis poſteriorib[us] ſimul iunctis eſt equalis ꝑciſe errori diminuto primi cicli. ¶ Conſtat itaq3 ꝙ quintum primus ciclus hñs tm̃mõ.44 annos biſſextiles minuit de cõpenſatione exceſſus ſuarum 235.lunationes equalium ſup totidẽ lunationes.29.dieꝝ ꝛ dimidiũ: quã cõpenſationẽ oportebat fieri per pluralita-tem lunationũ.30.dieꝝ in ipſo ciclo ſup lunatiões.29.die-rum in eodem tñ tres cicli cõtinue ſequẽtes in ſimul ſum-pti quorumlibet qlibet hñs quinque annos biſſextiles ad-dunt ſup compẽſationem exceſſus. ¶ Cõſtat quoq3 ꝙ lu-nationes.30.dieꝝ quas facimus in eiſdem in.58. lunatio-nibus. nam in primo ciclo hñte tm̃modo.4.annos biſſexti-les excedunt.15.que ter.15.iuncte cũ.13.primi cicli predi-cti faciũt.58.qđ oportebat fieri vt ſupra demõſtrauimus ad plenam compenſationem oĩum minutorum in quibus 940.lunatiões noſtre equales que ſunt in.76.ãnis noſtris excedunt totidẽ lunationes.29.dieꝝ ꝛ dimidiũ. De exceſſu igiĩ minutiaꝝ ꝑdictaꝝ cuiſq3 cõpẽſatõe ꝑdicta ſufficiant nunc aũt ad ciclũ epactaꝝ redeamus.

¶ De inueniẽda epacta in ſingulis annis. Cap. XXIIII.

DIco itaq3 ꝙ cũ ꝑdicta generatio epactarum augeat predicto mõ per ſingulos annos cu-iuſq3 cicli eaꝝ facile eſt inuenire epactam cu-iuſq3 anni dati ſi prius ſciuerimus quotus ip-ſe fuerit in ciclo epactarũ. Hoc aũt ſciemus h[oc] modo: fuit enim Chriſtus dominus natus in.30. anno iſti-us cicli de quo dictũ eſt ſupra qđ incipit a kalendis Septẽ-bris primo precedentis Januarium: a quo incipit ciclus 19.ꝛ aurei numeri. Et fuit natus in ſecũdo anno cicli.19. Cõceptus autem fuit in ſecũdo anno vtriuſq3 cicli. Ideo-q3 cõſtat ꝙ dies natiuitatis eius fuit.24. dies lunationis emboliſmalis que īterponiĩ in 3° anno cicli epactarum. Et in ſcđo anno cicli.19.kal. ꝛ aurei numeri de qua dictum ẽ ſupra ꝙ ipſa icipit.4.nonas Decembris ꝛ finiĩ vltima die eius. ¶ Si igiĩ inſtans anni dati fuerit iter kalẽdas Sep-tembris ꝛ kalẽdas Januarij anno dñi adde.2. Si aũt iter kalẽdas Januarij ꝛ kalẽdas Septẽbris anno dñi adde.1. Totumq3 aggregatum diuide per.19. Et ſi nihil fuerit re-ſiduum ſcias te eſſe in vltimo anno cicli epactaru3. Si ve-ro aliquid fuerit reſiduum totus eſt ãnus ipſius cicli quã-tum fuerit ipſum reſiduum.

¶ Ad inueniendum quemlibet annum cicli.19.kal. Notã-dum ꝙ ſi volueris diuidere annos chriſti per.19. ſcias ꝙ 1311. ſunt diuidendi ita ꝙ nihil ſupereſt. adde ergo reſi-duis annis chriſti.

AD inueniẽdũ aũt annũ cicli.19.kal. ſiue aurei numeri ãnis dñi icipiẽtibus a Januario ſem-per adde vnũ ꝛ fac vt prius. Eſt aũt ꝛ alius modus inueniẽdi epactam anni dati cognito quotus ipſe ſit in ciclo epactaꝝ. numerentur enim oẽs anni cicli ꝑteriti cõputato anno cuius epacta q̃-riĩ ꝑ tres gradus pollicis ſiniſtre manus. Et ſit ꝑmus gra-dus ſummitas pollicis ſecũde nodus eius medius: tertius nodus iferior. Cũ itaq3 ventũ fuerit ad annũ datũ ꝯſidera in quo gradu triũ ꝑdictoꝝ huius cõputator ſteterit. Et ſi in primo de ipſis annis deme vnum. ſi in 2° eiſdem addẽ. 9. ſi in 3° eiſdem adde.19. Et qđ erit tibi reſiduum aut ag-gregatum eſt epacta anni dati. vnde verſus. Deme vnum poſt adde.9. vnum de viginti. Hoc ſi computatio predicta ſtet in primo gradu deme vnum. Si in 2° adde 9. eiſdem ſi in 3° adde eiſdem vnde viginti.i.19. Conſiderant etiam cõ-putiſte ad ſciendum epacta3 cuiuſq3 anni quota fuerit lu-na.ii.kal. Aprilis. Numerus.n. etatis eius in die illo ẽ ſem-per epacta eiuſdem anni cuius cauſa eſt qm̃ luna in ꝑmo anno cuiuſlibet cicli ſemper eſt.30.ii.kalẽdas Aprilis. Ne-ceſſe eſt igitur vt in ſecũdo anno eodem die ſit.ii.ꝛ in 3°.22. ꝛ ſic de ceteris. ¶ Erũt igitur hi numeri per ordinem epa-cte ſinguloꝝ annoꝝ primi qđem.30. qđ idez eſt ꝙ nulla. ſecũdi vero.ii.ꝛ ita deinceps. Et hoc retinẽt computiſte per hos verſus. Que tenet vndenas Aprilis luna kalendas. Epacte numeru3 mõſtrat per quemlibet ãnum. Sed qm̃ epacta variatur ſingulis annis i kalẽdis Septembris cõ-ſtat ꝙ ꝑdicta dies cõtinue ſequitur diem variatõis epacta-rum.6.mẽſibus ꝛ.21.diebus. Ideoq3 nos cõuenientius ac-cipimus eãdẽ regulã a 6° kal. Octobris. Quis enim fuerit luna ſingulis annis die iſta totus numerus erit epacta a kalẽdis Septẽbris proxime precedẽtibus per totũ annũ. Nam ſemper in vltimo anno cicli.19.kal. eſt luna.30. die ꝑ-dicta qđ eſt in primo anno cicli epactarum. vnde verſus. Que retinet ſenas Octobris luna kalẽdas. Epacte nume-rum mõſtrat per quemlibet annum.

¶ De inueniẽda etate lune in kalẽdis ſingulorum mẽſium per epactam ꝛ regularem ꝛ de iſtantijs cõtra hec ꝛ de cau-ſis iſtantiarum. Cap. XXV.

CUm igitur ſciueris epactam anni ꝛ volueris ſcire etatẽ lune in kalẽdis cuiuſq3 mẽſis. Ac-cipe regularem lunarem ipſius mẽſis ꝛ iūge cũ epacta anni ꝛ ſi aggregatu3 fuerit.30. vel minus ꝙ̃.30. ipm̃ oſtẽdet etatẽ lune in kalẽ-dis ipſius mẽſis cuius regularẽ ſumpſiſti in illo anno cu-ius epactã ſumpſiſti. Si aũt fuerit plus ꝙ̃.30. ex illis abij-ce.30. ꝛ reſiduũ oſtẽdet etatẽ lune vt ꝑus. habita vero eta-te lune in kalẽdis cuiuſuis mẽſis inuenies de facili diem ꝑ-matiõis eius: niſi enim in ipſis kalẽdis fuerit ꝑma: ex eta-te eius quã h3 in ipſis kalẽdis deme vnũ ꝛ reſiduũ cõputa ꝑ dies ꝑcedẽtes mẽſis a fine eius aſcẽdẽdo. Et in qua die ipſius mẽſis huius cõputatio terminabiĩ ea die neceſſe eſt vt luna fuerit ꝑma. ¶ Põt aũt queri cũ quedã ſint luna-tiones.29.dieꝝ quemadmodũ ſunt quedam alie.30.dieꝝ. Quare ex aggregatiõe epacte ꝛ regularis lunaris ſi ipſu3 excreſcet vltra.30. ſemper abĩciamus.30. nũꝙ̃.29. ſi excre-ſcet vltra vigintinouem. ¶ Ratio huius eſt qm̃ epacta ẽ aggregatio exceſſus anni nr̃i ſolaris ſuper.12. lunationes communes. Ex iſtis autem exceſſibus fiunt lunatiões em-boliſmales.30.dierum cum ad.30. peruenit nunꝙ̃ ex eis fiũt lunatiões.29.dierum vt patet ex predictis. ¶ Premiſ-ſa autem regula de inueniẽda etate lune in tabulis cuiuſli-bet mẽſis per epactam ꝛ regularem mẽſem hẽt in toto ci-clo epactaꝝ quīque iſtantias: quarum.4. ex eis ſunt neceſ-ſarie ꝛ media eſt cõtingẽs: qm̃ ipſa excitur per biſſextum ꝛ faciũt ſingule errorem vnius diei. Sed.4. prime faciũt errorẽ additũ: vltima vero facit errorẽ diminutũ. ¶ Sũt itaq3 due prime iſtantie in.8° anno cicli ꝑma earũ in kalẽ-dis Maij 2ª aũt in kalẽdis Julij. Cum enim epacta octa-ui ãni ſit.17. regularis vero Maij ſit.ii.ꝛ Julij.13. deberet luna in kalẽdis Maij eſſe.28.ꝛ nũc eſt niſi.29. vñ verſus. Fallitur octauo cũ Maio Julius anno. ¶ Cã aũt iſtoꝝ iſtantiaꝝ hoc eſt octauus annus eſt emboliſmalis ꝛ icipit lunatio emboliſmalis.ii.nonas Martij ꝛ finiĩ 2° nonas Aprilis. Que ſi non eſſet emboliſmalis ipſa eſſ. t lunatio Aprilis. Ideoq3 non haberet niſi.29. dies ꝛ oporteret eam

finiri tertio nonas Aprilis: et ſequens lunatio inciperet 2° nonas Aprilis: quapropter ipſa eſſet.28.in kalendis Maij. Et erit quia ipſa eſſet lunatio Maij quam oportet eſſe.30.dierum finiretur 5° nonas Maij vbi ſuppoſito emboliſmo finitur lunatio Aprilis que non eſt niſi.29. dierum. Lunatio ergo que incipit 4° nonas Maij eſſet lunatio Julij ſi non eſſet emboliſmus que finiretur in kalendis eius quia oporteret eam habere.29.dies tantum et incipere alia lunatio quarto nonas Junij et eſſe neceſſario.30.dierum in kalendis Julij. Sed quia lunatio que incipit quarto nonas Maij eſt lunatio Maij propter emboliſmum eumque eſſe oporteret 30.dierum neceſſe eſt quod ſequens lunatio que erit Junij incipiat 3° nonas eius eritque.29.in kalendis Julij. patet itaque cauſa predictarum diſtantiarum in octauo anno cicli. Tertia inſtantia eſt contingens in kalendis Martij in annis non biſſextilibus tantum vndecimo anno cicli. Cum enim epacta illius anni ſit.20.et regulares Martij.9. deberet luna eſſe.29.in kalendis Martij et ipſa non eſt niſi.28. ſi annus ſit biſſextilis erit.29.propter diem biſſextilem huic lunationi que eſt lunatio Februarij ſuper additum. vnde verſus. Ni ſit biſſextus fallit martem deca primus. Cauſa autem iſtius inſtantie hec eſt vndecimus annus eſt emboliſmalis. Et incipit lunatio emboliſmalis tertio nonas Januarij finitur in kalendis Februarij. Ideoque lunatio Februarij incipit quarto nonas ipſius quapropter erit.28. dierum tantum in kalendis Martij ſi fuerit biſſextus. Due autem vltime inſtantie ſunt in vltimo anni cicli prima earum in kalendis Maij: ſecunda vero in kalendis Auguſti: cum enim epacta vltimi anni ſit.18.regularis vero Maij ſit.11.et Auguſti.14. deberet Luna in kalendis Maij eſſe in.29.et tamen eſt niſi.28.et in kalendis Auguſti deberet eſſe ſolummodo ſecunda et ipſa eſt tertia. vnde verſus. Ultimus Auguſtum fallit fallit quoque Maium. Cauſa autem iſtarum inſtantiarum hec eſt vltimus annus cicli eſt emboliſmalis et incipit lunatio emboliſmalis tertio nonas Martij et finitur tertio nonas Aprilis. ſi enim non eſſet emboliſmalis ipſa eſſet lunatio Aprilis. ideoque non haberet niſi.29.dies: et oporteret eam finiri 4° nonas Aprilis et ſequens lunatio inciperet tertio nonas Aprilis quapropter oporteret eam eſſe.29.in kalendis Maij: igitur lunatio emboliſmalis precedens eſt cauſa quarte inſtantie. Rurſus in vltimo anno eſt ſaltus lune. vnde lunatio Julij non habet niſi.29.dies que alias haberet.3° ipſa autem incipit in kalendis Julij. finitur igitur 4° kalendas Auguſti ſequens ita lunatio incipit 3° kalendas Auguſti quare neceſſario erit 3° in kalendis Auguſti. Sed ſi non eſſet ſaltus lune lunatio lune finiret 3° kalendas Auguſti. Ideoque inciperet lunatio Auguſti.9.kalendas Auguſti: quare ipſa eſſet ſecunda in kalendis eius ita quod ſaltus lune factus in vltimo anno cicli eſt cauſa vltime inſtantie faciens errorem diminutum.

¶ De inuenienda etate lune in kalendis ſingulorum menſium per tabulam. Cap.XXVI.

Ut autem ea que dicta ſunt de epactis earumque ciclo et regularibus lunaribus et etate lune in kalendis ſingulorum menſium per ſingulos annos cicli promptius nobis occurrant: ſuppoſui tabulam vnam habentem.19.lineas longitudinis propter 19.annos cicli epactarum et.14.longitudinis et poſui in prima linea ſiniſtre partis deſcendente numerum annorum cicli epactarum per ordinem. In ſecunda autem linea deſcendente poſui e directo predictorum annorum epactas proprias eis reſpondentes ſuper reliquas autem.12.ſic conſtitutas addidi duas lineas in quarum ſuprema ſcripſi omnes menſes anni per ordinem incipiens a Septembri quibus in alia ſubſcripſi ſingulis ſuos regulares et addidi ſingulas epactas.19.annorum per ordinem regularis. Septembris. Et omnia aggregata per ordinem remotis.30.vbicunque plus euenit ſcripſi in quinta linea deſcendente que eſt ſub Septembri. Sic quoque feci de epactis predictis cum regularibus omnium aliorum menſium per ordinem aggregata remotis.30.vbicunque plus euenit in lineis deſcendentibus que ſingulos menſes directe reſpiciunt per ordinem ſubſcribendo exceptis locis.4.predictarum inſtantiarum primarum. In quibus ab aggregato ex epacta et regulari detraxi vnum et excepto loco vltime inſtantie in quo aggregato ex epacta et regulari addidi vnum: et cuilibet predictorum.5.locorum ſubſcripſi hoc ſignum inſtantie.o.ſignum inſtantie vt in promptu appareat locus cuiuſlibet inſtantie: et hec eſt tabula.

Anni cicli epactarum	Epacte	September	October	Nouember	December	Januarius	Februarius	Martius	Aprilis	Maius	Junius	Julius	Auguſtus
		5	5	7	7	9	10	9	10	11	12	13	14
1	0	5	5	7	7	9	10	9	10	11	12	13	14
2	11	16	16	18	18	20	21	20	21	22	23	24	25
3	22	27	27	29	29	1	2	2	2	3	4	5	6
4	3	8	8	10	10	12	13	12	13	14	15	16	17
5	14	19	19	21	21	23	24	23	24	25	26	27	28
6	25	30	30	2	2	4	5	4	5	6	7	8	9
7	6	11	11	13	13	15	16	15	16	17	18	19	20
8	17	22	22	24	24	26	27	26	27	27	29	29	1
9	28	3	3	5	5	7	8	7	8	9	10	11	12
20	9	14	14	16	16	18	19	18	19	20	21	22	23
11	20	25	25	27	27	29	30	28	30	1	2	3	4
12	1	6	6	8	8	10	11	10	11	12	13	14	15
13	12	17	17	19	19	21	22	21	22	23	24	25	26
14	23	28	28	30	30	2	3	2	3	4	5	6	7
15	4	9	9	11	11	13	14	13	14	15	16	17	18
16	15	20	20	22	22	24	25	24	25	26	27	28	29
17	26	1	1	3	3	5	6	5	6	7	8	9	10
18	7	12	12	14	14	16	17	16	17	18	19	20	21
19	18	23	23	25	25	27	28	27	28	28	30	1	3

¶ Si igitur per premiſſarum tabulam volueris inuenire epactam aut etatem lune in kalendis cuiuſque per annum cicli epactarum datum queremus annum ipſum in linea prima deſcendente et in directo ipſius: in ſecunda linea verſus dextram inueniemus epactam eius in lineis autem ſequentibus per ordinem in directo eius inueniemus etatem lune in kalendis ſingulorum menſium ipſius anni dati. E conuerſo quoque per epactam datam aut per etatem lune in kalendis cuiuſuis menſis datam inuenies annum cicli. Nam vnicuique anno propria reſpondet epacta. Ideoque etiam vt propria etas lune in kalendis cuiuſque menſis ſicut enim non eſt poſſibile vt eadem epacta ſit diuerſorum annorum vnius cicli: ſic non eſt poſſibile vt eadem etas lune in kalendis alicuius menſis reſpondeat diuerſis annis. Diuerſitas nempe etatis lune in kalendis eorundem menſium non procedit niſi a diuerſitate epactarum diuerſorum annorum.

¶ De aureo numero eiuſque formatione et modo locandi ipſum in kalendario et inſtantijs contra hec et cauſis inſtantiarum. Cap.XXVII.

Habet igitur luna in kalendis cuiuſque menſis tantummodo.19.etates omnes ab inuicem diuerſas.19. annis cicli per ordinem reſpondentes. Neceſſe eſt itaque vt.19.lunationes per kalendas cuiuſque menſis in.19.annis predictis tranſeuntes habeant in ipſis kalendis aut in menſibus ipſas kalendas primo precedentibus tantummodo.19.principia omnia ab inuicem

adinuicem diuerſa que illis.19.annis ſunt per ordinem reſpondentia. Sicqꝫ ſunt in toto ciclo.19. tantmodo duodecies.19.lunationes hoc eſt.228.que habent aliquam etatē in kalendis alicuius menſis. Preter has autem ſunt in ciclo predicto alie ſeptem lunationes que poſt kalēdas mēſium in quibus ſunt incipiunt: ⁊ in eodem menſe finiunt. Ideoqꝫ nulla eſt earum in kalendis alicuius menſis qua re etas earum aut ipſarum principium non poteſt inueniri per epactam ⁊ regularem. Et eſt vna earum in aprili in ſecundo anno cicli.19^{ni}.ꝙ incipit.4.nonas eius ⁊ finit ſcdo kalendis maij. Alia eſt i iunio que icipit.4. nonas eius in ſcdo anno cicli.19^{ni}.⁊ finit.2.kalen.iulij. Tertia ē in iulio que incipit ſexto nonas eius in octauo cicli ⁊ finitur.2.kalen.auguſti. Quarta eſt in auguſto que icipit quarto nonas eius in 6° anno cicli.19^{ni}. ⁊ finit duabus kalendis ſeptembris. Quinta eſt in octobri que incipit ſexto nonas 5° anno cicli.19^{ni} .⁊ finit tertio kalendis nouembris. Due vltime ſunt in decembri. Et incipiūt ambe.4. nonas e^{us} vna quidem in.13.anno cicli.19^{ni}.alia vero in ſcdo anno cicli ꝯſi ſtis ⁊ finit prima iſtarum.2.tertio kalendas ianuarij.2^a vero ſcdo kal.euſdem. Due vero iſtarum.7. videlicet ea que incipit 4° nonas auguſti.16° anno cicli.19^{ni}. Et ea que icipit 4° nonas decembris.2° āno ipſius ſunt emboliſmales: ſed relique ſunt cōmunes. Predictos autem.19.dies diuerſos in ſingulis menſibus inchoantes.19.lunationes in.19 annis ipſius cicli habentes aliquam etatem in kalēdis alicuius menſis intitulauerūt antiquitus romani per.19.diuerſos numeros ſumptos ab vnitate per ordinem vſqꝫ ad 19. Et inceperunt hoc facere eo ꝙ eſſet principiū anni. Poſuerunt igitur vnitatem in ſingulis menſibus in directo illius diei in quo quelibet lunatio incipiebat in primo anno cicli.19^{ni}.q incipit in Januario proxime ſequente ſeptembrem in quo incipit ciclus epactarū. Binarium quoqꝫ poſuerunt ſingulis menſibus in directo ipſius incipiebat in ſcdo anno cicli predicti: ⁊ ſic deinceps vſqꝫ in.19.numerum 19.annum vnde vbicunqꝫ inueniebant in kalendario aliquem numerum: ſciebant lunam eſſe primam in die illo in eo anno cicli.19^{ni} q deſignabatur per illum numerum. Propterea igitur quia numerus iſte erat admodū magne vtilitatis romani inceperunt ſcribere ipm in kalendarijs ſuis aureis litteris qua de re dictus eſt aureus numerus. Iſtos autem numeros per tabulam precedentem facile inſcribemus kalendarijs hoc modo. Sume per ordinē.19.etates quas habet luna in kalendis Februarij remoue vnum diem qui erit dies kalendarum ipſius ⁊ remanebūt dies quos habuit quelibet illarum lunationum de menſe Januarij. Computa ergo tot dies a fine Januarij aſcendendo quot remanent de ſingulis etatibus. Et vbi terminabit reſiduū etatis prime in directo eius pone vnū: ⁊ vbi reſiduum etatis ſecunde in directo eius pone duos: ⁊ ſic de ceteris. Erūtqꝫ omnes dies Januarij ſic intitulati dies primationis lune per ſingulos annos cicli.19^{ni} .habentium aliquā etatē in kalendis Februarij anno ipſius cicli ⁊ numero cicli ſibi inuicem reſpondentibus. ¶ Poſtea facies idem de.19.etatibus lune in kalendis cuiuſlibet menſis ⁊ diebus menſis proximus precedentis eruntqꝫ intitulati omnes dies primationum lune per ſingulos annos cicli.19^{ni} .habentiū aliquam etatem in kalendis alicuius menſis ⁊ reſtant intitulandi dies primationum ſeptem lunationum predictarum que nullam habent etatem in kalendis alicuius menſis. Iſtos autem ſeptem dies intitulabimus hoc modo ſeptē. Scimus per predicta ꝙ due iſtarum ſunt emboliſmales: ⁊ quinqꝫ communes. Et ſcimus tam de communibus ꝙ de emboliſmalibus quot dies habent quelibet earum. Scimus etiam qua die ſui menſis quelibet iſtarum ſeptem lunationum finiatur. ¶ Numerum vero cuiuſlibet iſtarum ſeptem lunationum computabimus incipiēdo ab vltima die earum per dies ſui menſis aſcendendo vt vbi terminabitur computatio in directo eius ponemus numerum qui proximo ſequitur vltimum diem ipſarum accepta vltima predictarum ſeptem a qua quia fit trāſitus a decēbri in Januarium creſcit tam annus cicli.19^{ni}.ꝙ aureus nūerus vnitate. Ideoqꝫ vbi computatio p̄dicta ſteterit non ponemus trinarium prout in kalendis Januarij ponitur. Sed binarium quem oporteret poni in kalendis Januarij ſi non eſſet tranſitus ab vno anno in alium. Sic igitur per.19.numeros predictos ſepius repetitos intitulati erunt oēs dies noſtri anni in quibus eſt poſſibile lunam eſſe primam in perpetuū ſm poſitiones cicli.19^{ni} .⁊ manifeſtum eſt ꝙ huius dies non erunt niſi duodecies.19.ſuperadditis eis.7.hoc 235. ¶ Sūt igitur in anno noſtro.130.dies in quibus nō eſt poſſibile lunam eſſe primam in perpetuum: hoc autem habet inſtantiam in octo diebus q ſunt in Februario poſt 4.nonas eius vſqꝫ in locum biſſexti in quorum directo nullus numerus ponitur. Nam cum in anno biſſextili Lunatio Februarij ſit.30.dierum que in anno non biſſextili ē niſi 29. ⁊ cū numeri deſignantes primationes ipſius poſiti ſunt in kalendario ſm ꝙ ipſa habet.29.dies tm: neceſſe ē in anno biſſextili vbicunqꝫ ipſa terminatur ante locum biſſexti ꝙ ipſa terminetur in illo die in qua ſignatur primatio lunationis Martij incipiat proximo die ſequente. Primum autem principium qd poteſt habere lunatio Martij eſt.3.nonas Februarij. ¶ Lunatio ergo Martij poteſt icipere in quolibet die qui eſt a tertio nonas Februarij vſqꝫ ad locū biſſexti in quolibet conſtat eſſe.8.dies tm quorum in directo nullius numerus ponitur. ¶ Manifeſtū eſt enim q ꝗ quecunqꝫ lunatio Februarij terminatur in anno biſſextili ante locum biſſexti mentitur aureus numerus in die vno de primatione lunationis Martij. Unde ſicut biſſextus corrigit errorem epacte ⁊ regularis de etate lune in kalendis vndecimo anno cicli: ſic faciet errorem in die primationis ipſius quandocūqꝫ lunatio Februarij terminatur ante locum biſſexti. ¶ Hunc autem errorem ſolemus corrigere protrahendo a diebus primationum lunationis qui ſunt ante diem biſſexti ad diem proximo ſequente vt idem numerus in anno non biſſextili deſignet lunā eſſe primam in directo ſui: in anno autem biſſextili deſignet eā eē primā propter protractam virgulam in die conſequenti. ¶ Idem quoqꝫ ſine premiſſa tabula facere poſſumus. Scimus enim ꝙ quelibet lunatio regularis regulariter eſt illius menſis in quo finitur. Et ſcimus quot dierum cuiqꝫ menſi lunatio debeatur. Scimus quoqꝫ loca lunationum emboliſmalium: ⁊ ſcimus etiam ꝙ luna habet.10.in kalendis Februarij in primo anno cicli.19^{ni}. Ponemus igit vnitatem ſuper 10.kalen.Februarij que ſignificabit lunationem lune in anno primo cicli: deinde computando vnicuiqꝫ lunationi dies ſibi conuenientes emboliſmorum interpoſitione ſm pris dicta obſeruata procedemus vſqꝫ in finem cicli ponentes ſuper ſingula loca primationum ſingulos numeros ſingulis annis cicli in quibus ille primationes erunt conuenientes. ¶ Ad hoc autem inuenta eſt ars leuior per naturam numerorum per quam habito aliquo numero aureo in aliquo certo kalendarij loco ſignato ex ipſo omnes alij inueniuntur: addimus enim predicto numero.8. Itemqꝫ aggregato octo ⁊ ſic ſemper. Et omnes numeri ſic aggregati abiectis.19.vbicunqꝫ plus venerit ſunt numeri aurei qui ſcribendi ſunt poſt numerum prepoſitum ſm ſue generationis ordinem maiores quidē ſequentes ſemper vno die intermiſſo: minores vero nullo. ¶ Sed ſi per vltimum numerum decembris velis inuenire primum Jan.oportet

te loco octo addere.9.eo ꝙ Januarius ſequens in vno an
no plus in ciclo.19^{ni} q̃ decembris antecedēs. Conuenien
tius tamen formabis oēs ab eo qui primus eſt in oꝛdine
dierum anni q̃ ab aliquo alio. ¶ Sume ergo ternarium
qui ponit in kalendis Januarij eo ꝙ tunc eſt luna prima
in tertio anno cicli.19^{ni}.ei ergo adde octo fiunt.11.quibus
rurſus adde octo fiunt.19.his iterum adde.8.⁊ abijce.19.
remanēt quinque. Sicq̄ deinceps quouſq̄ habeas ex ta
li aggregatione ⁊.19.vbicunq̄ eo venerit abiectiōe.⁊.235.
numeros quos oēs eo oꝛdine quo prouenirent ſerua. Ipſi
enim omnes ⁊ ſoli ſunt numeri aurei. ¶ Scire tamen de
bes ꝙ vbicunq̄ aureus numerus eſt maioꝛ q̃ duodecim
opoꝛtet abijcere et eo.11.vel addere.8.poſtea abijcere.19.
eo ꝙ.11.⁊.8.faciunt.19. Deinde ſcribe eos in kalendario
ſm ſuum oꝛdinē hoc modo. In directo kalendarium Ja
nuarij pone.3.ꝓpter cām predictam:poſtea pone.11.in di
recto tertij loci poſt ipſum.videlicet in directo diei intitu
lati nonas Januarij. Deinde pone.8.in directo ſecundi lo
ci poſt iſtum videlꝫ in directo diei intitulati.8.idus Janua
rij. Et ita facias de omnibus ſequentibus.videlꝫ vt vbicū
q̄ maioꝛ numerus ſequitur minoꝛem dimittas vnum lo
cum vacuum:ſed cōtinua ſequentem p̄cedenti. ¶ Prima
tñ regula de nō cōtinuando maioꝛem numerum ſequentē
minoꝛi precedenti fallit in.11.locis kalendarij.primus eſt
3° nonas Februarij.ſcōs tertio kalendas Auguſti.tertius
5° kalendas ſeptembꝛis.quartus q̄nto kalēdas Octobꝛis
q̄ntus 7° kalendas Nouembꝛis.ſextus 7° kalendas De
cembꝛis.ſeptimus 9° kalendas Januarij. In omnibus enī
iſtis locis ponitur.19.⁊ ipſum in medietate p̄cedit vndecim.
Octauus eſt 7° idus Apꝛilis.nonus 2° nonas Junij.deci
mus 4° nonas Auguſti. In iſtis enim tribus locis ponit.
16.⁊ ipſum in medietate precedit.8.vndecimus ē.5.nonas
Octobꝛis vbi ponitur.13.⁊ ipſum in medietate precedit.5.
¶ Scōa aūt regula de cōtinuando aūt minoꝛem nume
rum ſequētem maioꝛi p̄cedenti. Fallit in.7.locis kalenda
rij. Primus eſt in kalendis Auguſti. Scōs 3° kalen.ſep
tembꝛis. Tertius tertio kalendas Octobꝛis. Quartus 5°
kalendas nouembꝛis. Quintus 5° kalendas decembꝛis.
Sextus 7° kalendas ianuarij. In omnibus enī iſtis locis
ponit.8.⁊ ipſum p̄cedit.19.vno die ⁊ medio. Septimus au
tem quarto nonas decembꝛis in cuius directo ponuntur.
13.⁊.2 eo ꝙ in die illo luna eſt pꝛima.13.anno cicli.19^{ni}.
Et poſtea.2.anno cicli cōſequentis. ¶ Sunt igit in toto
kalendario.18.inſtātie cōtra regulas predictas. Cauſa au
tem quare numero p̄cedenti addimus.8.ad habendū ſe
quētem:⁊ quare maioꝛem numerū ſcribimus in 3° loco:mi
noꝛem vero in 2°. Et hec due regule habēt inſtantiā in.18.
locis kalendarij.hec eſt.8.anni noſtri cōtinui a quacunq̄
die in kalendario inchoati vſq̄ ad ipſam deducti hñt ne
ceſſario.36.lunatiōes cōes:que ſi in aliqua ipſaꝝ nō fuerit
ſaltus lune cōtinuant.2832.dies. Et habent inſup.88.dies
q̄ in octo annis aggregant ex.11.diebus epactalibus in q
bus annus noſter excedit.12.lunationes cōmunes. Sunt
enim oēs dies octo dierū nr̄oꝝ diebus biſſextilibus omiſ
ſis q̄ nec in kalēdario ſcribunt nec in exceſſum epactalem
veniunt.2920. ¶ Si in aliqua p̄dictarū.96.lunationum
cōium illoꝛum.8.annoꝝ fuerit ſaltus lune:cōſtat ꝙ ipſe
cōtinet tātummō.2831.dies. Dies ergo.8.annoꝛum in qui
bus accidit ſaltus lune excedūt dies ſuarū lunationū cō
munium in.89.diebus:pluries enim q̃ ſemel nō eſt poſſibi
le accedere ſaltum lune in aliquibus annis noſtris cōtinu
is:eo ꝙ ſolum accidit in vltimo anno cicli p̄dicti aut.88.
vel.89.dies faciunt in quibuſlibet octo annis noſtris neceſ
ſario duas lunationes emboliſmales integras quas opoꝛ
tet habere.60.dies:remanent ergo.28.vel.29.quos opoꝛ
tet eſſe dies lunationis emboliſmalis:aut alicuius com

munis. Si enim in.8.annis aſſumptis fuerint tres luna
tiones preterite integraliter qd̄ vt plurimum contigit con
ſtat ꝙ predictos.28.vel.29.dies opoꝛtet ſuppleri aſſum
gulo.a h f.amplior:ſꝫ q᷑ angulus.c.equalet angulo.a e f. erit angulus.c.maior angulo.a h f.cū igit᷑ in.c.angul⁹ ma‑ior ꝯtingat q̄ꝫ in.g.⁊.h.erit angulus coaltern⁹.c.maior q̄ꝫ anguli.g.⁊.h.coalterni:⁊ ex ꝯñti in.c.equatio maior q̄ꝫ i g.⁊.h.ſicut ſeqtur ex dictis in demonſtratione pcedenti:lꝫ Ptol.alio mō ꝓcedat ꝓbando eādeꝫ eē ꝓportionē angu‑li ad.4.rectos q̄ꝫ eq̄tionis ibi ꝯtingētis ad totum circulū: cū igit᷑ in.c.maximus angulus capiat᷑:fiet ſole ibi morāte maxima eq̄tio. ¶ Et nota ꝙ veluti ſupra dixi hec demō‑ſtratio eſt vtilis:q᷑ ꝯcludit equationē lōgitudinis medie ſu‑per eā diuerſitatē q̄ remouet᷑ a longitudine media verſus augem vt in pūcto.g.⁊ verſus oppoſiti vt in.h.qđ nō fie‑bat in ſupiori.nā in ea verſus augē eq̄tionē ꝓbabat᷑ ſepa‑rari ab equatione q̄ fit in longitudine media:lꝫ ēt cōcludi poterat reliquū membrū:qđ ꝓpter breuitateꝫ reliqui. Et ita pꝫ longitudinē mediā eſſe terminū linee cadētis ꝑpen‑diculariter ſup linea augis. ¶ Rōnem mō ante oppoſitā reſtat ſoluere:vnde qñ dr̄ linea medie longitudinis tantū ab augis linea excedit᷑ quātū lineā oppoſiti ſuperat:verū eſt exceſſu ꝓportionali nō aūt quātitatiuo velut ipſe ꝯclu‑dit. Pro quo diligēter eſt aduertēdum:ꝙ ꝑ 5° Euclidis ⁊ p ⁊ ſcđo arithmetice Boetiꝫ hētur:exceſſus duplex ē arith‑meticus.ſ.ſeu q̄ntitatiuus:⁊ geometricus ſiue alio noīe ꝓ‑portionalis. Prim⁹ qdē exceſſus eſt q̄ntitatiua ⁊ abſoluta ſupatio maioris quāti ſupra minus vt.8.excedunt.6.duo b⁹ita ꝙ duo ſūt exceſſus.8.ſupra.6.nō iquātū ſunt.3.pe ip‑ſius.6.ſed abſolute. Et tali exceſſu.8.6.ſicut.6.4.equalr ex‑cedūt:⁊ vtraq; nāq; cōparatiōe exceſſus ē binari⁹. ¶ Geo‑metricus vō exceſſus ꝓportionalis ē ⁊ reſpectiua ſupatio: vt.9.6.ſuperāt p ternariū:ita ꝙ ternarius ē exceſſus ꝓpor‑tionalis.9.ſupra.6.⁊ nō ꝯſiderat᷑ iquantū eſt talis nūerus abſolute:ſed reſpectiue inquātū eſt medietas.6.nūeri.ſ.ex‑ceſſi:⁊ tali mō itelligēdo.9.6.⁊.6.4.ſe ſupant eq̄li excel‑ſu.9.nāq;.6.p.3.q̄ ſunt medietas.6.⁊.6.p duo q̄ ſūt medie‑tas.4.excellunt.4.quia igitur ambo exceſſus ſunt medie‑tates exceſſoꝝ:eſti nō ſint equales q̄ntitate abſoluta dr̄r ꝓ‑portiōales exceſſus eq̄les. Hoc declarato dico ꝙ linea me‑die longitudinis tm̄ ab augis linea excellit᷑ quātum linea oppoſiti ſupat exceſſu ꝓportiōali ⁊ nō q̄ntitatiuo:nec alr Ptol. intelligit:lꝫ nō iuenerim hoc a Ptolo.ceu ipſe Joan‑nes allegat.v.g.ſi linea augis eſſet.9.pedum ⁊ linea oppo‑ſiti.4.erit lōgitudinis medie.6.⁊ hac de cauſa dr̄ linea lon‑gitudinis medie q᷑ ꝓportionalr eſt media inter lineā au‑gis ⁊ oppoſiti. Talis aūt eſt que cū linea augis angulos

cauſat


exiſtit eq̃les:vt ſup.a.eccẽtric⁹.b c d.deſignet̃ cui⁹.b d.dia meter:ſup q̃ a cẽtro mũdi.e.linea.e c.ducat̃ ꝑpendicularit̃ medie lon gitudinis: quam me diã dico ꝓportiõa bilr ĩter.e a b.lineã augis:⁊ e d.oppo.ⁿ. productis nãq̃ line is.c b.⁊.c. d.ẽ ãgul⁹ c.total' tri angli.c d b.) q: fca⁹ 30.3ⁱ) eq̃l'



angulo.b e c.recto ꝑ hypotheſin.⁊ ãgulus.b.cõis ẽ vtriq̃ triãgulo:q̃re p.32.p'.reliq angli.d.⁊.b c e.eq̃les. Itẽq̃ an gulus.c.totalis toti⁹ triãguli eq̃lis eſt angulo.c e d.q: ambo ſũt recti:⁊ angulus.d.cõis: q̃re p eãdẽ.32.p' ãgulus.e c d. anglo.b.ẽ eq̃lis.ſũt igit̃ duo triãguli eq̃ anguli.e c b.⁊.e c d.cũ angulus.b e c.ſit angulo.c e d.eq̃lis:⁊ angulus.b.an gulo.d c e.⁊ angulus.b c e.anglo.d.q̃re p 4ᵐ 6ⁱ elẽtoꝝ li nee oppoſite angulis eq̃lib⁹ ꝓportiõales exiſtũt:q: igr an guli.d c e.⁊.b.ſũt eq̃les:linee.e d.⁊.e c.ſũt ꝓportiõales:itẽ q: anguli.d.⁊.b c e.ſũt eq̃les vt ꝓbatũ eſt.e c.linee ⁊.e b.ſũt ꝓportiõales:tres nãq̃ lineas.e d.e c.⁊.e b.ꝓportiõales eẽ ꝯcludit̃:ita q.e c.eſt in medio:qđ eſt ꝓpoᵐ: Et ita ad ob; eã oppoᵐ p3 rñſio:ꝯcedat̃ nãq̃ lineã lõgitudis medie tãtũ a linea augis excedi q̃ntũ ſupat oppoſitũ augis lineam nõ q̃ntitatiue ſ3 ꝓportiõalr. ¶ Et notãdũ q hec rñſio nõ tm̃ ſoluit rõnẽ illã imo ꝑ ſnia Auctoris ponit ſcđam rõnẽ:q̃ ſic format̃. Linea lõgitudis medie tãtũ excedit̃ quãtũ ex cedit ꝓportiõalr ⁊ geometrice:iõ media đi:ſ3 linea.e c.que ſe3 in cẽtro mũdi cũ linea augis cãt rectos angulos eſt h'9: vt ꝓbatũ eſt:q̃re. ¶ Attñ q: Joãnes de mõte regio cuius eſt rõ ad oppoᵐ ſcđ:vir ſuit igenũ ſublimis(velut ei⁹ volu mina manifeſtãt) aſtronomie illuſtrator:eius ſnia ex toto nõ eſt ſpernẽda:⁊ igit̃ has opiones ꝯcordare nõ erit ex rõ ne. Dico g q lõgitudo media đi ab⁹ de cauſis poni põt ⁊ imaginari:p⁹ ad demõſtrãdũ locũ eccẽtrici in q eq̃tio ma xima ſolis mot⁹ ꝯtingit:veluti nulla accit in auge ⁊ ei⁹ op poſito:⁊ q: hec maxĩa ĩuenit̃ in termio linee ꝑpẽdicularis ſupra linea augis:iõ h Auctor ꝯſiderãs illã poſuit lõgitu dinẽ mediã.2° neceſſitate imaginat̃ ad oñdendũ locũ in q̃ eiꝫ ſol ſeu planeta fuerit:nõ multũ a terra remouet̃ neq̃ maxie ei appropinquat:imo mõ medio ſe h3:⁊ hoc vel eſt ꝓportiõaliter accipiendum:⁊ eſt iterum lõgitudo media terminus linee ſup linea augis ꝑpẽdicularis:ſiue eſt ĩtel ligendum quãtitatiue:⁊ tũc lõgitudo media eſt quã dixit Joãnes.ſ.punctus terminãs lineã a centro mundi exeun tem ſemidiametro eccẽtrici equalẽ. Et hec ꝯcordia credo q oñi ſatiſfaciat:cũ ad placitum poſſit đici lõgitudo me dia ꝑpter duas cauſas ſicut aux ⁊ oppoſitum etiam ꝑpter duas:dicunt̃ nãq̃ aux ⁊ augis oppoſitum puncta vbi nul la reperit̃ equatio:⁊ vbi ſol ſeu aliud aſtrum multũ remo uet̃ vel appropriat terre. Eodẽ mõ đicat̃ lõgitudo media vbi eſt equatio maxima:⁊ vbi ſtella medio mõ ſe habet q̃ ad remotionem ⁊ appropinquationem centro totius.

¶ Linea medij mot⁹ ſolis ẽ linea a cẽtro mũ di ad ʒodiacũ extẽta linee a cẽtro eccẽtrici ad cẽtrũ ſolare ꝑtractate eq̃diſtãs: he tñ due li nee bis ĩ ãno ſũt vna:vt cũ ſol in auge eccẽ trici vl' oppoſito fuerit. Sic aũt vna eaꝝ ſup cẽtro ſuo regularit̃ voluit̃ ita alia ẽt ſup ſuo. Nã ſp cũ differũt vna cũ augis linea eq̃les angulos faciũt. Medius mot⁹ ſolis ẽ arcus ʒodiaci ab ariete icipiẽs ſm ſignoꝝ ſucceſ ſionẽ vſq̃ ad lineã medij motus ꝯputatus.

¶ Poſtq̃ auctor ĩ ſuperiorib⁹ determinauit đ motu ſolis rhe torice ⁊ vlr:in hac pte de eodẽ pticulr̃ determiat declarãdo ⁊ rõnẽ aſſignãdo q̃ruñdã terminoꝝ: qb⁹ in tabulis ꝓ ſolis loco ſꝰo inueniẽdo vtunt̃:nã eoꝝ q ĩ tabulis dĩr theoricas rõnes eſt aſſignare. Et circa h q̃nq̃ fac̃ ſic̃ ſunt q̃nq̃ q̃ de clarat. Pmo nãq̃ exponit lineam medij mot⁹ ſolis eiuſq̃ motũ mediũ.2° auge ĩpius in 2ᵃ ſignificatiõe.ibi[Aux ſo lis.]3° vo qđ ſit argumẽtũ ſolis.ibi[Argumentũ ſolis.] 4° qđ linea veri mot⁹ ⁊ ver⁹ mot⁹ ſolis.ibi[Linea veri mo tus ſolis.]5° vo ⁊ vltio diuſitatẽ ſolis manifeſtat.ibi[Eq̃ tio ſolis.] Eſt ſciẽdũ ꝓ noticia hui⁹ p'tis:q oẽs planete mouent̃ motib⁹ ꝓprijs(q̃s hñt ab occidente in oriẽte) ſub ʒodiaco:ſub q ſp ſũt:iõ in ipſo ʒodiaco q̃runt̃ loca illoꝝ: loc⁹ qđẽ(vt inq̃t Pħs 4° phy.) o3 eẽ imobilis:q: ſi nõ eẽt ſtabilis nõ poſſem⁹ certificari de loco planetaꝝ. In corpo rib⁹ aũt celeſtib⁹(cũ oia moueant̃ motu diurno ab oriẽte in occidẽtẽ) nihil eſt imobile 2° motu.ſ.ab occidẽte in oriẽ tẽ q mot⁹ eſt planetaꝝ niſi pᵐ mobile ⁊ ʒodiacus qui in eo imaginat̃ eẽ deſcript⁹: cui⁹ mot⁹ eſt ſimpliciſſim⁹ ⁊ diurn⁹ ſolũ:iõ planetaꝝ loca aſſignant̃ in ʒodiaco. S3 q: plane te mouent̃ ꝯtinue:nũq̃ p aliqđ tp̃s ſũt ĩ eodẽ loco: ſ3 alio ⁊ alio tp̃e in alio ⁊ alio loco ʒodiaci:ad ĩueniẽdũ loca pla netaꝝ:ſũt cõpoſite tabule:q̃ ſm q̃ntitatẽ tp̃is oñdũt q̃nti tatẽ mot⁹ ⁊ ꝯſr vera loca eoꝝ:mut⁹ aũt non conſiderat vel ꝓportiõat̃ tp̃i:niſi ſit regularis mot⁹ vt habet̃ 6° phyſi. nã in motu irregulari nõ eſt ꝓportio mot⁹ ad tp̃s nec ꝯ: ſed ſolũ in motu regulari:ĩ quo h ꝯuenit q maior motus in maiori tp̃e mĩor in minore:⁊ eq̃lis in eq̃li: qđ nõ põt eẽ in planetis:q in cẽtro mũdi ⁊ ꝯſr in ʒodiaco ſũt irregulares in motu vt patuit de ſole vt de alijs patebit:iõ op3 imagia ri motũ regularẽ planete in centro terre:q̃ mediãte repit̃ motus verus planete q inequalis eſt:q: omne ineq̃le ⁊ ir regulare per regulare regulatur:⁊ talis motus regularis nominat̃ medius motus:q: eo mediãte reperit̃ verus mo tus. Linea aũt imaginata moueri in ʒodiaco motu regu lari eſt dicta linea medij motus.i.linea imaginata moue ri motu me dio de q̃ di ctũ ẽ:vñ p3 q de rõne ſolali h'9 li nee ẽ q eq̃ lit moueat̃ in cẽtro tre vñ erit ⁊ eẽ conſequẽti ĩ ʒodiaco.



¶ Que ãt ſit liea iſta ꝯſr demrã re.o3 vñ di co tria. pᵐ linea a cen tro mundi exiẽs p cẽtrũ ſolis nõ eſt linea medij motus: q: nõ mouet̃ eq̃lr in cẽtro ꝓſato neq̃ in circulo ſignoꝝ:vt.ſ.a.cẽtro ec cẽtricus.b c d.⁊ in cẽtro.e.ʒodiacus.f g b.deſcribat̃:⁊ dia

mete vtriuſqʒ circuli linee. f b d b. ſol igit̃ exiſtẽs i pũcto. b. eccẽtrici. ⁊. f. zodiaci moueat̃ i. c. cũ no i cẽtro eccẽtrico an gulũ. b a c. extrinſeci maiorẽ angulo itrinſeco. f e g. in cẽtro mũdi cauſato i eodẽ tpe p. 16. ꝑ. ductis. ſ. lineis. a c. ⁊. e g. ꝗre in cẽtro mũdi mouet̃ tardius ꝗ̃ in cẽtro eccẽtrici ⁊ in zodiaco ꝗ̃ in eccẽtrico. hic ꝯ ferat̃ a d. d pũctũ eccẽtrici in b. in zodiaco: in cẽtro mundi angulũ cũ us. g e b. angulo. c a d. in cẽtro eccẽtrici cẽtro maiorẽ p eũdẽ. 16. ꝑ. ꝗre nũc ve loci motꝰ eſt in cẽtro mũdi ꝗ̃ in cẽtro eccẽtrici cũ ꝑus tar diꝰ motꝰ fuerit: ſʒ in cẽtro eccẽtrici eq̃lr mouet̃ linea. a c. ꝗ re linea. e g. in cẽtro mouet̃ mundi irregulr: nõ igit̃ linea. e g. a cẽtro mũdi exiẽs p cẽtrũ ſolis trãſiẽs eſt linea medij motꝰ. Etiã. ẽ. ꝓbatũ ẽ ſolẽ. ĩ. cẽtro hre ineq̃lr mouerı: ꝗre linea p cẽtrũ eiꝰ trãſiẽs ab eodẽ cẽtro non mouet̃ equalit. ¶ 2ᵒ dico ꝙ linea exiẽs a cẽtro eccẽtrici p cẽtrum ſolis ad zodiacũ nõ ẽ linea medij motꝰ ſolis. eſto nãqʒ ſup. a. cẽtro eccẽtricꝰ.

b c d e. zodiacꝰ vo.
b f g h. ĩ.
cẽtro. d.
et vtriuſqʒ circuli diamet.
b d g. ſu
p quã li
nea. e a.
p centrũ
eccẽtrici
ꝑpẽdicla
ris cadat
ꝗ̃ eccẽtri
cũ in du
as medie



tates p circuli diuiſionẽ diuidit. Zodiacũ ꝯo in duas ptes ineq̃ les: q2 nõ trãſit p cẽtrũ zodiaci ꝑ eãntoꝝ: linea nãqʒ. k l. zo diaci diuidit i ptes eq̃les: ꝗre i tpe eq̃li ſol trãſit. e b c. eccẽtri cĩ medietatẽ ⁊. h b f. ptẽ zodiaci. Sĩlr in eodẽ tpe dſcribit. c d e. reliquã eccẽtrici medietatẽ: ⁊. f g h. ptẽ alterã zodia ci: ps aũt. h b f. zodiaci mioꝛ ẽ reliq̃ pte. f g h. (vt dcm̃ eſt.) duas igit̃ ineq̃les ptes zodiaci linea exiẽs a cẽtro eccẽtrici p cẽtrũ ſolis in tpibꝰ eq̃libꝰ ptrãſit: equalr igit̃ mouet̃: ⁊ ꝑ ꝯñs nõ eſt linea medij motꝰ. ¶ Tertio dico ꝙ linea exiẽs a cẽ tro mũdi ad circulũ ſignoꝝ paralella linee exeunti a cen tro eccẽtrici ad ſolẽ linea eſt medij motꝰ ſol. ⁊ ex quo in cẽ tro dicto ⁊ zodiaco equaliter fert̃. In cẽtro. a. eccẽtricus. b c d. ⁊ zo

diacꝰ. e f
g. i cẽtro.
b. figure
ſur: ꝗrũ
diametri e
b d g. ſo
le itaque
exiſtẽte i
pũcto ſui
eccẽtrici.
c. A c. li
nea ⁊ e e
ꝗdiſtãs.
b f. tra
hat̃: qbꝰ
ſecat̃ a li



nea. e g. angulꝰ. b a c. ẽ eq̃lis angulo. e b f. p 2ᵐ ptẽ 29ᵉ ꝑ. ⁊ p eũdẽ angulꝰ. f b g. ẽ eq̃lis angulo. c a d. ſʒ linea. a c. i ec cẽtrico: ⁊ cẽtro eiꝰ eq̃lr mouet̃: ꝗre linea. b f. in cẽtro mũdi

ſiũt ⁊ i zodiaco: ẽ igit̃ linea. b f. equidiſtans linee. a c. linea medij motꝰ: qđ eſt ꝓpoᵐ. Dicte igit̃ due linee. ſ. linea exiẽs a cẽtro eccẽtrici p cẽtrũ ſolis ⁊ ei eq̃diſtãs linea medij mo tus bis in anno. ſ. ſole exñte in auge ⁊ in oppoſito eius ſiũt vna ⁊ eadẽ linea: nã in anno cõpleto ſemel. ſ. in auge ⁊ ſe mel in oppoſito augis vniunt̃. Diſpoſito namqʒ vt prius ſupra centro. a. eccentrico. b c. ⁊ zodiaco. d e. cuius centrũ f. auge. b. in qua ſit ſol: ⁊ ducta linea. a b. dico lineã medij



motꝰ eẽ. f a
b c. que vni
tur cũ lie a
ab. ꝙ ſi nõ
erit ẽ linea
medij mo
tꝰ. f e. ⁊ tũc
linea. b a. ꝑ
ſua. a. in di
rectũ ꝓdu
cta notuʒ ẽ
ꝙ tranſit p
cẽtrũ. f. ꝑ
diffõnem li
nee augis
poſite ſupe
riꝰ: linea er
go. f e. me

dij motus ⁊. a b. ei palella p diffõnẽ linee medij motus cõ current in pũcto. f. qđ eſt cõtra diffõnẽ linearuʒ equidiſtã tium poſitã in ꝑ eãntoꝝ: nõ igit̃ linea medij motꝰ eſt ſepa rata ⁊ alia a linea. a b. ſole in. b. auge ꝯſtituto. Eodẽ mõ ſi in oppoſito augis. c. ſit ſol ducta linea. a c. cũ ea. f g. linea medij motꝰ vnit̃: ꝙ ſi nõ: erit igit̃. f b. ꝗ̃ ꝯcurret cũ. a c. i pũ cto. f. quare equidiſtãtes linee ꝯcurrũt: qđ eſt idẽ qđ pꝰ: bene igit̃ dictum eſt duas prefatas lineas bis in anno. i. in auge ⁊ oppoſito adinuicem vniri nec differri aliquo mõ. ¶ Patet igit̃ hꝰ linee declaratio. Cuiꝰ motus dĩ medius motꝰ ſolis: q2 eo mediante vt infra patebit verus motꝰ ſo lis reperit̃ vñ medius motus ſolis eſt motꝰ dicte linee a pn cipio arietis inchoãs ſm ordinẽ ſignoꝝ q̃lr hec linea mo uet̃ vſqʒ ad terminũ eius: hꝰ nãqʒ motus ꝓportionat̃ tẽ pori: auget̃ ⁊ regulariť creſcit ſm tpꝰ: ex ꝗ linea euʒ cũ us equalr mouet̃ in zodiaco. ¶ Ad perfectã huius partis di lucidationẽ eſt aduertẽdum: ꝙ quãdo dicit̃ medius mo tus ſolis eſt arcus nõ facit predicationẽ identicam: arcus enim eſt ſpatium in ꝗ fit motus ⁊ qđdam permanẽs: mo tus aũt ſucceſſiuũ eſt. Sed debet intelligi motũ eſſe arcuʒ ꝟ eſt motum ſup arcuʒ tanꝗ̃ ſup ſpatiũ cauſatum: aſtro logi nãqʒ in ꝟ nõ faciunt vĩam: q2 equalitatẽ ⁊ quãtita tẽ ꝯſiderant motus ſpatio: ideo multotiens accipiunt ſpa tium ꝓ motu qđ manifeſtum eſt: diuidunt nãqʒ circulũ in gradus. 360. de quibꝰ dicunt ꝙ planeta facit tot ptes: notũ eſt aũt planetã nõ gradus circuli: ſʒ motus cauſare: nam q2 gradus motus ac ſpacij ſunt equales: nõ vnum ꝓ alio ſine errore accipiunt. ¶ Scđo eſt ꝯſiderandum ꝙ lʒ zodiacus veluti ⁊ omnis circulus actu pn̄ careat ⁊ fine: ſʒ iſta habent tm̃ in potentia ex ſnĩa Ariſto. octauo phyſico rum. Aſtrologi tamẽ ab alicuius ſigni initio motuʒ inci piunt: ⁊ ꝟ non modo cõueniens fuit: imo neceſſarium pro vera loca planetarũ in tabulis calculando: cũ enim p mo tus regularis ꝓportionat̃ tẽpori: tpꝰ autem a ꝗ incipiunt calculationẽ limitatum eſt ⁊ finitum ⁊ habet pnᵐ: qđ in tabulis era nominat̃: ⁊ motus habet pncipium a quo in choat̃ calculus. Exempli cauſa ſi planeta motu regulari ſingulis diebus moueat̃ ſingulis gradibus: mouet̃ in de cem diebus gradibus decẽ vt notũ eſt. igitur in ꝟ oportet habere pncipiũ motus a ꝗ gra. illi decẽ debẽt numerari: ⁊

per ꝯñs

per q̄ꝯ vbi terminanť: ſi locus verus planete debeat haberi. vt ſi ſit p̄n^m cōputatiōis p̄n^m arietis ab eo nūãdo. 10. gra. planetã eē in. 10. gradu arietis notū eſt. Initiū aūt h̄ aſtrologi accipiūt ab ariete pp aliquas rōnes. Zodiacus nanq̄ʒ ab equinoctiali interſecať in p̄n^o arietis: q̄re dignius videť a ſectiōe illa initiū facē. Sed cū equatoꝛ et libꝛa interſecat ʒodiacū in p̄n^o libꝛe qua ꝓpter ab ea nō minus eēt icho͂dū: iō Ptol. p̄ q̄driptiti cap^o. 10. ingt arietē nobilioꝛē eſſe libꝛa cū ſole in eo exiſtente veſtigiū gñonis in his inferioribus: coꝛruptionis v̄o ſole exñte in libꝛa manifeſte videamus. Q̄ ō etiā adiuuat q̄ ſol in mūdi creatiōnē ſm̄ aſtrologos in p̄n^o arietis erat: qua de cā ſole redeūte in arietem ſit anni mūdi reuolutio. Cū igiť ſol inter oēs planetas ſit dignioꝛ: merito locus eius in p̄n^o mūdi accipiēdus eſt pro p̄n^o ʒodiaci: plibus q̄ʒ rōnib^o dignitas arietis poſſet ꝓbari: quas Albumaſar in ſuo itroductoꝛio dña 2^a cap 5° ponit: ſed q̄ꝛ omnes ſuaſiue 𝔷 nō neč̃io ꝯcludunt: cū ad placituʒ a p̄n^o arietis ſumāt ꝓ p̄n^o ʒodiaci: poſſent nãq̄ʒ aſtrologi icipe ab initio alterius ſigni ideo nō amplius.

¶ Aux ſolis in ſecunda ſignificatione eſt arcus ʒodiaci ab Ariete ſm̄ ſucceſſionem ſignoꝛum vſq̄ʒ ad augis lineam.

¶ Declarat ſcōm terminū. q̄ eſt aux in ſcōa ſignificatiōe. vbi eſt aduertendum q̄ aux ſumiť in duplici ſignificatōe: in p̄ma 𝔷 verioꝛi ſignificatiōe idē eſt q̄ lōgitudo longioꝛ ſeu pūctus eccētrici a terra maxime remotus: hec nãq̄ʒ eſt p̄ma 𝔷 v̄a ſignificatio huius nois aux: vt ſup̄a patuit. ſumiť ſcōo mō vel in ſcōa ſignificatiōe ꝓ motu huius pūcti a p̄ncipio arietis vel ꝓ arcu a p̄n^o arietis inchoato vſq̄ʒ ad hunc punctum ſm̄ ſucceſſiōem ſignoꝛum: vnq̄ʒ nominať aux a pūcto augis in p̄ma ſignificatōe q̄ eſt eiꝰ finis 𝔷 terminꝰ: icipit aūť a p̄n^o arietis pp cām declaratã. Neceſſitas aūt habēdi augē in ſcōa ſignificatiōe eſt: q̄ꝛ verus motus ſolis p medīū repeniť addēdo vel demēdo arcū diuerſitatis inter illos mediū motuʒ 𝔷 verū: q̄re ꝑus opʒ hr̄e diuerſitatē ſeu dñiam inter verū 𝔷 mediū motuʒ: que inueniť p diſtãtiã linee medij motus ab auge in p^a ſigñatiōe: cum in auge nulla ſit neq̄ʒ in eius oppoſito: ī alijs v̄o locis creſcat 𝔷 decreſcat pp diuerſum ſitū dicte linee ab his duobus pūctis: diſtantia aūt linee medij motus a puncto augis repeniť p ſubtractiōem augis in ſcōa ſignificatōe a medio motus ſolis. opʒ igiť ꝑus hr̄e augem in ſignificatiōe ſcōa.

¶ Argumētū ſolis eſt arcꝰ ʒodiaci inť augis lineã 𝔷 lineã medij motꝰ ſolis ſʒ ſignoꝝ ſucceſſionē. Hic ſp eſt ſilis arcui eccētrici inter augē eccētrici 𝔷 cētrū ſolis ſm̄ ſucceſſioneʒ cadēti. Ex illo pʒ rō q̄ ſubtracta auge ſolis in ſcōa ſignificatōe a ſolis motu medio aut ab eo cū toto circl'o: argumtū ſolis remãcat

¶ Declarat 3^m. ſ. argumētū ſolis. Pro q̄ eſt notandū q̄ argumētū cuiuſcūq̄ʒ planete eſt arcus q̄ mediante imediate repeniť aliꝰ arcꝰ. q̄ arcus dña veri motus ab alio ſeu medio ſeu nō medio dr̄: argūm nanq̄ʒ eſt rō rei dubie fidem faciēs: vbi eo mediāte ꝯclo ignota ꝯcludiť: 𝔷 q̄ꝛ arcu q̄ diciť argūm demōſtratiue (vt pʒ a Ptol.) eq̄tio inueniť 𝔷 ꝯcluditur: vt in ſole eq̄tio variať p diuerſum ſitum 𝔷 diſtantiam linee medij motꝰ ab auge: 𝔷 p eã inueniť: eſt igiť argūm ſolis diſtantia 𝔷 arcus ab auge vſq̄ʒ ad lineã medij motꝰ itercep̄tus ſm̄ oꝛdinē ſignoꝝ. Q̄ualr aūt eq̄tio 𝔷 diuerſitas repeniať p argūm ſubdiť: q̄ qñ argūm nihil eſt denotans lineaʒ medij motꝰ ſolis eſſe in auge: vel qñ eſt ſex ſignoꝝ eoꝝdum (ſ. quoꝝ q̄dlʒ ꝯtinet. 30. gradus in lōgitudine) denotans eã de lineã eē in oppoſito augis eq̄tio nulla eſt: q̄ꝛ dictum eſt in his duobus locis nullã eē diuerſitatē inter lineam medij 𝔷 veri motꝰ ſolis: tunc enim vniunť. Q̄ñ v̄o argūm eſt aliq̄d plus 𝔷 vľ minꝰ ſex ſignis eq̄uatio ē aliqua: q̄ variať p argumēti variatiōes: vt p tabulam argumētoꝝ equationū deꝑhēdiť: 𝔷 in Almage. mathꝰ declarať. Ecce mōqualr p argūm equatio repiť. Et q̄ꝛ ſolis mediꝰ motꝰ itegrať ex auge in 2ª ſigñatiōe 𝔷 argumēto: vt in figura pñti pʒ: in qua cētrū mūdi. a. p̄n^m arietis. b. pūctus augis. c. linea medij motꝰ. a d. erit mediꝰ motꝰ. b c d. ex auge in 2ª ſigñatiōe b c. 𝔷 argꝰ. c d. tanq̄ʒ ex ꝑtibus totalibus ꝯſtitutus: ſi ex eo vna ꝑs. b c. dēmať: remanebit reliqua. c d. Ex medio igitur motu auge dēpta: argūm remanet. Q̄ñ v̄o aux ſolis in ſcōa ſigñatiōe ex medio motu demi non pōt pp h̄ q̄ ſicut ſepe ꝯtingit medius motus minoꝛ eſt dicta auge: 𝔷 ex minori maiꝰ ſbtrahi nō pōt: tūc cū motu medio addi d3 cōpleta circulatio h̄ eſt ſex ſigna. v. g. in nūis medꝰ motꝰ eſt duoꝛum ſignoꝝ: a q̄ aux triū ſignoꝝ demi nō pōt: iō addatur circulatio. ſ. 12. ſigna



𝔷 ſiūt. 14. ex q̄bꝰ dēptis tribꝰ ſignis remanet argūm. 11. ſignoꝝ. Eodē mō medio motu ſolis arcu. b e. exñte: ex eo aux. b e. c. demi nō pt: q̄re addito toto circulo. b e d b. 𝔷 auge. b e c. dēpta: argūm. c d b e. relinquiť 𝔷 h̄ itēdebat cū dix. Aut ex eo cū toto circl'o. Q̄ ō q̄dē argūm ſilē ē. i. ꝓpoꝛtiōale arcui eccētrici inť augē. e c. 𝔷 cētꝝ ſolis itercepto: h̄ ē in tãta ꝓpoꝛtiōe ſe hʒ argūm ad totū ʒodiacū in q̄ ſubiať in q̄ta arcꝰ eccētrici inť augē 𝔷 ſolē ad totū eccētricū: vt i ʒodiaco. b c d. linea augis. c ſ. ducať: 𝔷 ā. cētro. g. eccētricꝰ. h i. deſigneť: exñte nãq̄ʒ argūm ſolis arcu ʒodiaci. c. d. erit ſol i pūcto. h. linea. g h. eq̄diſtãte linee. a d. medij motꝰ: ſi nãq̄ʒ p 2^m ptē 29^e p^i agli. c a d. 𝔷. i g h. eq̄les: q̄re arcꝰ. d c. argūm ſolis 𝔷. h. diſtãne ſolis ab auge eccētrici ꝓpoꝛtiōales p. 25. 3^i qō erat ꝓpoſitum.

¶ Linea veri motꝰ ſolis ē linea a cētro mūdi p cētruʒ coꝛpis ſolaris ad ʒodiacū extenta. Quã ſole in auge vel oppoſito exñte eãdeʒ cū linea medij motus eſſe ꝯtingit. ¶ Verꝰ motus ſolis eſt arcus a p̄ncipio Arietis vſq̄ʒ ad veri motus lineã: tm̄ autē exiſtente ſole in auge vel oppoſito medius motus 𝔷 verus idem ſunt: alibi nãq̄ʒ ſemper differunt.

¶ Diffinit 3^m p̄ncipale. ſ. verū motū ſolis: q̄ qm̄ cauſať a linea p cētrū eiꝰ trãſeūte ducta a cētro mūdi vſq̄ʒ ad ʒodiacū: iō ꝑus declarat hãc lineã. d. lineã veri motꝰ ſolis vel veri loci eiꝰ eē lineã q̄ exit a cētro mūdi p cētrū ſolis trãſeūtē vſq̄ʒ ad ʒodiacū: pūctus nãq̄ʒ ʒodiaci terminãs iſtã lineã eſt verus ſolis locus iō dr̄ linea veri loci ſolis: 𝔷 q̄ꝛ motus eius eſt motus ſolis nominata eſt linea veri motus ſolis.


¶ Sed ſupra ꝓbatū eſt ſole in auge vel in oppꝰ augis exiſtente lineã medij motꝰ eius ibidem exiſtere 𝔷 p cētrū ſolis tranſire: 𝔷 linea motꝰ veri etiã trãſit p cētrū ſolis cū exeat ex vno puncto. ſ. ex cētro mundi: ambe vniunť 𝔷 ſiūt linea

vna: ⁊ ex ꝯſiti vnū hñt terminū in ʒodiaco: q verus ac me-
dius ſolis mot⁹ tūc dī. ¶ Mot⁹ igit̃ verus ſolis eſt arc⁹ .i.
motus linee fact⁹ in arcu ab initio arietis ad dictā lineam
ſm ordinē ſignoꝝ cōputat⁹. Talis nāq; mot⁹ a p̄dicta li-
nea cāt⁹ ab eo tp̄e q̄ fuit in p̄n° arietꝭ vſqueq̄ fuerit in pū-
cto iſto. Sʒ qa dēm̄ eſt ſole exñte in auge eccentrici ſeu in
oppoſito augis linea medij mot⁹ ⁊ veri vniunt̃: ſequit̃ me-
diū motum ⁊ verū tunc nō differri realr̄: ſed rōne tm̄: non
realr̄: qꝛ idē eſt arcus vtriuſq;: cū p̄n° arietis (a q̄ icboāt)
ſit idē: aux q̄q; vel augis oppo° in q̄ deſinūt idē: q̄re ⁊ idē
arcus vtriuſq;: rōne tñ diſtinguunt̃: arcus nāq; ſeu mot⁹
a p̄n° arietis vſq; ad augē vel oppoſitū cauſat⁹ a linea me-
dij motus vocat̃ medius mot⁹. Inquātū vō linea veri mo-
tus ver⁹ mot⁹ ē appellat⁹: qꝛ lʒ hēant eoſdem terminos: tñ
vnus iſtoꝝ eſt regularis: ⁊ alter irregularis: iō differūt rō-
ne. In alijs vō locis ſole exñte differūt: qꝛ linee a qbus mo-
tus cauſant̃: ſunt diuerſe ⁊ diſtātes: vñ qñq; maior eſt me-
dius motus q̄ꝫ verus: qꝛ linea medij mot⁹ p̄cedit: ⁊ a p̄nci-
pio arietis magis diſtat q̄ꝫ vera: aliqñ vō cō̄ꝫ p̄pter oppoſi-
tā cām vt poſt manifeſtabit̃. ¶ Aduertēdū eſt tñ ſicut p̄
parte declaratū eſt: q lʒ videat̃ p̄ eodē verus locus ⁊ ve-
rus motus planete accipi. nō tñ idē ſunt: cū verus mot⁹ ſit
arcus ſeu vt dicat̃ verus motus cātus ſupra arcū ab ini-
tio arietis vſq; ad lineā veri motus ſm motuʒ illius linee
cōputatus: vt dcm̄ eſt. Locus autē verus eſt punctus ⁊ ter-
minus huī⁹ arcus: ad quē deſinit linea a cētro terre eductā
per cētꝫ planete trāſiēs: eſt nāq; locus nō mālīter ſumpt⁹
qui eſt ſupficiēs vltia corpis ambientis: q: locum talē pla-
nete nunq; mutant: ſed ſemper infixi ſunt in quadam or-
bis ꝯcauitate: a qua nunq̄ꝫ recedunt: talis nāq; loc⁹ plane-
taꝝ .ſ. mālr̄ ſumpt⁹ nō q̄rit̃ ab aſtrologis: cū ſp̄ inuariabilr̄
ſit idē: ſed querūt locū formalr̄ acceptū q eſt reſpect⁹ qdā
⁊ diſtātia corpis locati ab aliquo imobili: ⁊ iſto mō termi-
nus linee veri motus dī locus formalr̄: qꝛ eſt reſpect⁹ ⁊ di-
ſtātia in ʒodiaco imobili ⁊ diſtantia a p̄ncipio arietis.


¶ Eq̄tio ſolis eſt arcus ʒodiaci inter lineas
medij motus ⁊ veri cadēs: hāc nullā eē ac-
cidit cū ſol i auge vel oppoſito fuerit. Ma-
ior vō q̄ pōt eē ſole in lōgitudinib⁹ medijs
ꝯſtituto ꝯtingit. In alijs aūt locis ſm argu-
mēti variationē creſcit ⁊ decreſcit. Quanto
nāq; vicinior ſol augi fuerit vl̄ oppoſito au-
gis: tanto minor eſt: quāto vō vicinior eſt
lōgitudinib⁹ medijs tāto maior. Dū argu-
mētū min⁹ ſex ſignis cōib⁹ fuerit: linea me-
dij mot⁹ lineā veri p̄cedit: q̄re tunc equatio
ſubtrahit̃. Sed duʒ maius ſex ſignis eſt fit
ecōuerſo: quare tūc equatio medio motui
coniungitur: vt verus motus ſolis exeat.

¶ Definit vltimum terminū equationē videlʒ ſolis dicens
eā eē arcum itercepttū int̃ lineas medij ac veri motus ſolis:
habito nāq; motu medio ſeu regulari ſolis per tēpus: ⁊ p̄
argumētum inuēta equatione ⁊ illi medio motui addita
vel diminuta (ſm q ops ⁊ iferius dicetur) verus ſolis mo-
tus reſultabit: qua de re eq̄tio dicta eſt: qꝛ ea mediāte ⁊ im-
mediate equat̃ ⁊ reperit̃ verus motus ſolis. Ptol. autēʒ in
Almage. diuerſitatem ſeu differentiaʒ nominat: quia per
eā linee veri ac medij motus diuerſificant̃ quādo differūt.
Equatio q dr̄ hec ſeu diuerſitas p̄ argumētuʒ reperit̃. nā
quādo argumentū nihil eſt denotās lineā medij motus ſo-
lis eē in auge vna cū vera: vel eſt ſex ſignoꝝ denotans ea-
dē eē in oppo° augis: vbi iterum nō differūt: equatio nulla


eſt: cū enī hē dicte linee nō differant nō erit equatio. Ma-
xima aūt eſt in lōgitudinib⁹ medijs vt demonſtratum eſt:
qua de re quādo arg^m demōſtrat ſolem eē ibi: dat̃ diuerſi-
tas maxima: que .2. grad. eſt ⁊ .10. m̄. In locis autē alijs
creſcit ⁊ decreſcit eq̄tio ſm q argumētum variatur. vnde
qñ arg^m demōſtrat ſolē p̄pinquiorē augi vel oppo°: equa-
tio minor eſt: quando vō lōgitudini medie ſolē p̄pinquū
oſtēdit: equatio maior reperit̃. Quoꝝ vtrunq; vt pateat:
ſupra centro .a. eccentricus .b c d. deſignetur: ⁊ ducta dia-
metro .b d. ſit .e. cētrū mūdi: ⁊ .c. lōgitudo media p̄pēdicu-
lari .c e. ſup lineā augis p̄ducta. Sumant̃ quoq; duo ec-
cētrici pūcta. ſcʒ punctus .f. augi p̄pinqui⁹: ⁊ .g. p̄pinqu⁹
lōgitudini medie: dico ſolē in .g. exiſtentē: equationē habē
maiorē q̄ꝫ in pūcto .f. ducti nāq; linea .f e. in directū vſque
quo in pūcto .h. ꝯcurrat circūferentie ⁊ lineis .a f. a h. a g.
e g. ⁊ . g h.
cū linea .e g.
p̄ .7^am ꝫ^i lon-
gior ſit lin͞ea
e h. erit p̄ .19
p̄^i angulus .
e h g. angu-
lo .e h g. am-
plior: quib⁹
demptis ex
totalib⁹ an-
gul. g. ⁊ .h.
equis p̄ .5^am
p̄^i: lateribus
a g. ⁊ a h.
exñtib⁹ eq̄li-
bus p̄ diffō-



nē circuli reſtat angulus .a h e. minor angulo .a g e. p̄ cōeʒ
ſciam: ſed qꝛ anguli .f. ⁊ .a h e. eq̄les ſunt p̄ eādē .5. p̄mi cū
linee .a f. ⁊ .a h. ſint equales: erit angulus .g. angulo .f. am-
plior: q̄re eq̄tio maior in .g. q̄ꝫ in .f. vt ex ſupius dictis ſeq̄t̃:
ſed qꝛ ſole magis diſtāte ab auge eccētrici linea medij mo-
tus eius magis diſtat ab auge in ʒodiaco: he nāq; diſtan-
tie (vt ſupra demr̄atū eſt) ſunt equales: quare linea medij
magis ab auge diſtante eq̄tio maior: ⁊ magis a lōgitudie
media diſtāte equatio minor: qđ erat intētum. Et ſic ha-
bitū eſt qualr̄ p̄ argumentuʒ inuenit̃ eq̄tio. ⁊ eo variato
variet̃ illa. Qualr̄ autem argumento aſſignato equatio
quāta ſit demōſtrat̃: ⁊ ſingulis argumentis per ſingulos
gradus augmētatis eq̄tiōes correſpōdentes ordinent̃: in
hac parte nō intendo: qꝛ p̄mū nimis difficile: ⁊ huic p̄po-
ſito laborioſum. Secundum vero particulare nimis ta-
bulis magis pertinens non preſenti operi: in quo de moti-
bus ⁊ motuū canonibus vniuerſalibus agitur: lʒ vtrūq;
faciat Pto-
lo. in .3° Al-
mage. dictōe
¶ Due tm̄
vſes regle e-
q̄tionū i fine
huī⁹ theori-
ce ponētur .
Quaꝝ p̄ª ē
ſole exñte in
locꝭ ʒodiaci
oppoſitꝭ eq̄-
tiōes ꝯtigūt
eq̄les. Eccē-
trico nāq; .a.
b. ſignato cu-
ius cētrū .c.
⁊ d




ꝛ.d.cētrū mūdi:ducta linea.a d b. notū ē duo pūcta ecc.a.ꝛ.b.in ʒodiaco opponi ſig̃dē linea.a d b.trāſit ꝑ cētrum mūdi:in q̃bus duob⁹ locis ſole exiſtēte dico equatiões ꝯtīgere eq̃les:ꝓ ductis nāq; ex centro eccentrici lineis.c a.ꝛ.c b.equalib⁹ per circuli diffinitionē ꝓ elmtoꝝ.ſūt ꝑ.5.pmi anguli.a.ꝛ.b.eq̃les:ſed q̃r ſepius dcm̄ eſt q̄titatē horum angulorꝝ ꝛ ſiliuʒ angulorꝝ eq̃tionū ſignificare q̄titatē:erūt igr̄ eq̃tões in locis hīs ſole ꝯſtitutos (q in ʒodiaco opponūt) eq̃les. ¶ 2ª regla linea medij mot⁹ ſolis eq̃lr ab auge ſiue ab ei⁹ oppo⁰ remota ad ptes oppoſitas eq̃tiones ꝯtingunt equales:vt ʒodiacus.a b c d.cuius.e.cētrū:ꝛ.a e c. diameter.a.auge ſolis ꝛ.c.oppo⁰ exiſtēte deſcribat̄ : capiant̄ duo



arc⁹.a b. ſ̃z ordinē ſig̃nõ ꝛ.a d.in pte ꝯ̃ria eq̃les:ꝛ lineã. e b. ꝛ. e. d. mediorum motuū ꝓducti erūt eq̃tiões eq̃les: nāq; deſcripto eccentrico ſolis.f g b. ſ̃. cētro.i. a q̃ ꝑalelle ꝓorib⁹.i g.i h. in cētrū ſolis productis: ꝛ ſimiliter. e g.ꝛ.e h. ſunt anguli. a e b.ꝛ.a e d iſta eq̃les arc⁹.a b.a d.ſoꝛati adiuicē eq̃les p.26.3ª.q̄re p.29.pⁱ anguli.f i g.ꝛ.f.i h.adhuc eq̃les:ꝛ āguli q̄q; e i g.e i h.p.13.pⁱ:ſed duo latera.i e.ꝛ.i g.equit āgulū cotinētia duob⁹ laterib⁹.i e.ꝛ.i h.reliquū eq̃lē ꝯtinētib⁹:eq̃lis ꝑ diffinitionē circul. ꝓ Euclidis:q̄re p.4.pⁱ euſdē angulus.g.e eq̃lis angulo.h.ꝛ p.29.eiuſdē.h e.g.ꝛ.d e h.adiuicē eq̃les: igit̄ arcus eq̃tionū illis ſubtēſi:qd erat ꝓpo^m. Et q̃r tant⁹ ꝓpoꝛtiōalr eſt arcus.a b.q̄ linea medij motus ab auge remouet̄:q̄tū arc⁹.f g.diſtātia ſolis ab eadē:vt dcm̄ eſt: arcus.f g.ꝛ.f h.eq̃les:q̄re ſeu linea medij mot⁹ ſolis : ſeu ſol ad ptes oppoſitas remoueant̄ ab auge vel oppo⁰:eq̃tões ꝯtingūt eq̃les. Et hac de cā in tabulis eq̃tionum ſolis in lineis nūoꝝ denotātiū argumēta ſolis duplex ordo ponit̄ nūoꝝ in eadē linea:cui vtriq; eq̃tio correſpdet eadē vel eq̃lis:pm⁹ nāq; ordo pmā ſm ordinē ſignoꝝ denotat diſtātiā:vt.d.g.q̄ due vnius q eſt.a b.ſcōs vo 2^am diſtātiā ꝯ̃ ordinē ſignoꝝ q̄nq;:ſcʒ ſignoꝝ ꝛ.59.grad.cui ad cōpletā circulationē deeſt vn⁹ gradus q eſt.a d.in 2ª vo linea ponunt̄ duo ꝑ pⁱ diſtantia ſm ordinē ſignoꝝ ꝛ ꝑ 2ª q̄nq; ſigna ꝛ 58.grad.qb⁹ ad pfectā circulationē duo gra.deſunt : ꝛ ita ſic p⁹ creſcit ſm ordinē ſignoꝝ:ita 2ª decreſcit : creſcit tñ ꝯ̃ ordinē ſignoꝝ. ¶ Habita igit̄ equatõe ꝑ argumentū:ad h̄ vt ſciat̄ qd inde agendū ſit:ꝛ ex motu medio qualr ver⁹ emergat adiungit canonē. Cū eni argumentū non tm̄ det equationē imo demr̄et qd ꝑ eā ꝛ q̄lr operandū ſit:videas an argumētū (q̄ mediāte equationē accepiſti) ſit min⁹.6. ſignis an plus. Si min⁹ vt in pſñti figura in qua argumentū.a b.min⁹ eſt ſex ſignis:tunc linea medij motus ſm ordinē ſignoꝝ p̄cedit lineā veri vt.c b.p̄cedit lineā.c d.ꝛ medius mot⁹.e d b.maioꝛ eſt vero.e d. qua de re habito medio motu.e d b.eq̃no.d b.demi dʒ ꝛ verus mot⁹.e d. remanēs erit. At vo ſolis argumento plus ſex ſignis exiſtente accidit contrariū.ſ.q̄ lineā medij motus p̄cedit linea veri.vt argumento.a f g.lineam.e g.medij linea veri.e h. precedit ꝛ medius motus.e a g.minoꝛ eſt vero.e a g h. q̄re medio



habito ſi eq̃tio.g h. addat̄ verus.e i g h. inde reſultabit. Eſt notādū hic ꝓ cōpleta declaratiōe:q̄ cū aux ſit in pri⁰ cancri:ꝛ oppo^m augi in pri⁰ capricoꝛni: q̄ncūq; ſol ē i medietate ʒodiaci que eſt a pri⁰ cācri ad finē ſagittarij li̅ea medij mot⁹ ſolis p̄cedit lineā veri: ꝛ medius motus maioꝛ eſt vo:q̃r ſol eſt tardus in motu ab auge ſui eccētrici.ideo eq̃tio tūc eſt demenda a medio motu ꝓ vero habēdo. Ecōtra q̄ñ ſol eſt in reliq̄ medietate a pri⁰ capricoꝛni ad finē geminoꝝ : ex quo eſt in motu velox ab oppoſito augis:linea veri motus ſolis p̄cedit lineā medij: ac verus motus eſt maioꝛ q̄ʒ verus : ideo eq̃tio eſt addenda medio motui pro vero reperiēdo:hec opatio facilis eſt in tabulis. ¶ Sed aliqui poſſent querere quid agendum erit de equatione ſi argumentum quo inuenta eſt illa eq̃tio ſit nihil:vel ſex ſignoꝝ preciſe; cum igitur Auctoꝛ nō meminerit hec duo tradere canonē incōpletum viſus eſt. ¶ Hec queſtio ſoluitur ex dictis: patuit nanq; ſupra ſole vel linea eius motus exiſtēte in auge ſeu in oppoſito equationē eſſe nullam:cum linea veri motus ꝛ medij non differāt. Linea autē motus motus ſolis exiſtēte in auge argumentū nihil eſt:eadē q̄noq; in oppoſito augis exiſtēte argumentum eſt ſex ſignoruʒ: argumento igit̄ nullo ſeu ſex ſignorum exiſtente:nulla equatio contingit: ſine equatio nulla ſit:nullā de argumēto hoc fecit mentionē. vñ eius canon oēm argumenti modum cōplectit̄:nam argumentum vel nihil eſt:vel ſex ſignoꝝ:aut minus vel plus continet:ſi nihil eſt aut ſex ſignoꝝ : eq̃tio nulla eſt : quare hīte medio motu ꝛ ver⁹ ſil eſt not⁹.ſi vo arg^m min⁹ ſit ſex ſignis demēdā dixit;ſi vo plus addēdā. ¶ Et nōndū q̄ dixit in tex.min⁹ vel plus ſex ſignis cōib⁹.ſignū capit̄ dupl̄r cōit̄ ꝛ phyſice. Cōe ſignū eſt pars ʒodiaci cui⁹ eſt lōgitudo.30.ꝛ 12.gra.latitudo:ꝛ tali mō accipiēdo ſignū ſignifer totus hēt.12.ſigna:ꝛ medietas ʒodiaci ſex : ideo dixit ſex ſignis cōib⁹. Signū vo phyſicū eſt ſexta ps ʒodiaci cui⁹ longitudo eſt.60.gra.ꝛ duo ſigna cōia ꝯtinet:ꝛ medietas ʒodiaci hʒ tria ſigna:ꝛ iſto mō nō capit̄ hic ſignū:ſed vtit̄ in tabulis de motib⁹ planetaꝝ. Quare āt hec 2ª ſigni acceptio ab aſtronomis iuēta:ſit nō in iſto loco : ſed poti⁹ in canōibus tabularū Alphōſij declarabʒ: ꝛ q̄re ſignū phyſicuʒ ꝛ cōe dicant̄. ¶ Pʒ igit̄ declaratio q̄nq; terminoꝝ: q̄bus indigemus ꝓ vero motu ſolis iueniēdo:mō vo cōplemēto theorice hui⁹ q̄lr mediantib⁹ illis operandū ſit reſtat ꝑ exēplū declare. Diſpoſito nanq; circulo ſignoꝝ.a b c d.in centro e.ꝛ ſupra.f.eccentricus.g.ꝛ ſit ſol in puncto.g.ducta linea f g.a cētro eccētrici ad ſolē cētrū ſolis:ꝛ a cētro mundi ad ʒodiacū ei paralella linea.e d.q̄ linea medij motus dr̄:ꝛ a pri⁰ arietis.a.arcus.a b d.medius ſolis motus.ſcōo ducat̄ ab eodem cētro ad ʒodiacum ꝑ cētrum ſolis linea.e g c.q̄ linea eſt veri motus eius. Et arcus.a b c.a pri⁰ arietis ver⁹ euſdē motus. Et q̃r punct⁹ augis eſt.b. arcus.a b. aux ſecunda ſignificatiōe dicitur. Ab auge vo ad lineam medij motus arcus.b d.argumētum ſolis:ꝛ arcus.c d.int̄ duas lineas veri medij mot⁹ equatio ſeu ſolis diuerſitas noiat̄.



Inuenit̃ itaq; verus ſolis mot⁹ reperiẽdo p⁹ p̄ q̄ntitatẽ tẽp̄is motu3 eu⁹ regulare3 ſeu mediũ. a b d. a q̄ auge. a b. dẽpta argumẽtũ. b c d. remanet: q̄ mediãte equetio. c d. accipit̃: quoniã argumẽtũ eſt min⁹. 6. ſignis ſi p̄ canonẽ a medio motu. a c d. demat̃: verus ſolis motus. a c. ⁊ verus eius locus in zodiaco: ſc3. c. reſtabit. Hec q̄ dicta ſunt (que faciũt ad tabularẽ op̄ationẽ) bñ aduertant̃: q2 ſunt illa: ⁊ nõ tm̃ deſeruiẽt in op̄atiõe inueniẽdi motus ſolis verũ: ſ3 etiã p̄ motib⁹ alioꝝ planetaꝝ repiendis: in qb⁹ eſt fere op̄atio ſilis: q̄re nõ op3 hec eade3 in reliq̄s theoricis repetere: ſed ad hãc mittet̃: reliqua v̄o q̄ ſunt diſſiliã a iſtis vel diuerſa ab iſtis p̄cipue que ꝑtinẽt ad epiciclum: in locis ſuis exponent̃.

¶ De luna

Luna habet orbes quatuor ⁊ vnã ſpherulã: primo enim habet tres orbes ſicut ſol in figuratiõe diſpoſitos: ſcilicet duos eccentricos ſ3 quid qui vocantur orbes augem eccentrici lune deferentes: ⁊ tertium eccẽtricum ſimpliciter in horum medio locatum: qui deferens epiciclum appellatur: deinde h3 orbẽ mundo concẽtricum aggregatum ex trib⁹ alijs ambientẽ: qui deferẽs caput dracõis dicitur. Ultimo habet ſpherula3 que vocatur epiciclus, p̄fundati orbis tertij imerſiã: in quo quidẽ epiciclo corpus lunare figit̃.

Poſtq̄3 Auctor determinauit theorice de ſole: in p̄ſenti parte de luna aggredit̃. Cuius ordinatio duplex eſt. Prima q2 cum faciliora ordine doctrine (quibus facilius ſit initium) ſint p̄ponẽda: ⁊ theorica lune facilior ſit q̄3 reliquoꝝ quinq3 planetarũ: ⁊ p̄cipue quantum ad motum eius eccẽtrici: q2 eccentricus lune vt patebit in centro mundi regularis eſt motus: quod in planet̃ nõ accidit. Quare cum in motu diuerſitatẽ minorẽ hẽat eius ſciẽtia facilior eſt: ſiquidem inequalitas motus ſit cã difficultatis: non imerito igit̃ theoricã lune imediate poſt ſolis theoricã poſuit. ¶ Scd̃a rõ q2 ceteris parib⁹ manentibus nobilior a debẽt preponi: quanto nãq3 nobilius aliquid tanto p̄us. Luna autem quiq3 planetis reſiduis nobilior eſt p̄mo actione: q2 agit ſenſibiliter ⁊ non ſolum ſicut ꝑ influẽtiam: qd̄ inducẽdo patet: na3 lumine ac motu in humidis p̄bet augmentum ⁊ decremẽtũ. Mare eu⁹ mo⁹ fluxũ ⁊ refluxũ hẽt: flumina augent̃ ⁊ minuunt̃. Mulierum mẽſtrua a luna regulata fluũt in p̄iodo determinata. Cerebella medulle: Aĩalia quedã vt canceri ꝯchilia ⁊ multi piſcium ⁊ fructus in arborib⁹ luna repleta replentur. ⁊ ea minuta in humore deficiunt: deniq3 in re oĩ op̄at̃


veluti pulcherrime dicit Haliabenragel in p̄ma parte iudicioꝝ capl̃o de luna: ⁊ Albumaſar p̄⁹ dñã ca⁰ p̄. ⁊ p̄ quadripartiti cap̄ 2⁰. Scd̃o luna nobilior eſt cã luminis maioris qd̄ h3: vñ q2 nobis eſt ꝓpior in lumine p̄ter ſolẽ cetera ſidera excedit ⁊ vincit: nã ea in noctu nõ lucẽte nihil q̄ſi aſtra reliqua op̄ant̃: ipſa igit̃ dñã eſt noctis regina ⁊ gubernatrix ſicut ſol diei: vt recte inquit Hali. cap̄ allegato. ¶ Sed dubitat̃: q2 voluit ph̄i nãm lune ſilem eſſe nature terre: qd̄ manifeſtãt macule ipſi⁹ q̄ in aſtris alijs nõ videt̃: cũ igit̃ terra ſit fex elementoꝝ opaca: ⁊ lumine p̄uata: eodem mõ ⁊ luna reſpectu planetaꝝ. Quõ igit̃ lumine ampliori p̄ticipabit. ¶ Ad qd̄ dicat̃ q̄ cum aſtrologi ꝯſiderẽt res magis ſm̃ ſenſum ⁊ apparentiã q̄3 ph̄i: ⁊ luna maioris videat̃ luminis q̄3 ceteri quinq3 planete ſiue ſit ita ſm̃ rei veritatẽ ſiue appareat ꝑꝑ eius ꝓpinquitatẽ nõ curant. Q. ſi luna eſſet diſtantior q̄3 alij planete a terra: nõ monſtraret tantũ luminis nec appareret ita lucida ꝑꝑ diſtantiã: vñ q̄ luna h3 maius lumen: nõ eſt ſimplr̃: ſed ꝑꝑ ꝓpinq̄tatem. Ph̄i v̄o nõ iudicãt ſimplr̃ ſm̃ id qd̄ vi3: q2 ſenſus decipit̃ d̄ quantitate rei ꝓpter ꝓpinq̄tatẽ vel diſtantiã diiudicãs rẽ maioris q̄3 ſit vel minoris q̄ntitatis: iudicat nãq3 lunã eſſe maiorẽ q̄3 alij quinq3 planete: ⁊ lumen lune intenſius q̄3 eorũ: cũ nõ ſit ita: ſed ſm̃ rõnẽ ꝯſiderant: ⁊ q2 rõ ꝯcludit lunã ignobiliorẽ reliquis planetis: ideo dicunt eſſe infimã ⁊ minus dignã q̄d lumen q̄3 illi: nõ igit̃ ſunt cõtrarij aſtrologi ꝯſiderantes ſm̃ ſenſum: ⁊ ph̄i ſm̃ rõnẽ diiudicantes ſicut ſupra dcm̃ eſt: ph̄i qdẽ iudicãt ſm̃ rõnẽ ⁊ veritatem: aſtrologi v̄o ſm̃ id qd̄ apparet de luna ſm̃ ſuã actione3 et ꝓpinq̄tatẽ. cum igit̃ luna dignior ſit h̄ mõ reliq̄s planet̃: merito poſt ſolẽ de luna determinat. ¶ De q̄ determinando duo p̄ncipalr̃ facit: q2 p̄mo agit de orbibus ⁊ motibus lune. ſcd̃o v̄o de dracone ⁊ eius motu: qui quidẽ ex orbib⁹ lune cauſat̃. ibi [Superficies eccẽtrici lune.] Circa p̄ᵐ iterũ duo facit: q2 p̄mo theorice de orbibus ⁊ orbiũ motibus determinat. ſcd̃o practice qualr̃ ex his motibus mot⁹ ver⁹ lune reperiat̃ notum rõnẽ declarãdo. ibi [Linea itaq3 medij motus.] Pars p̄ma iterum in duas partes. i. in p̄ᵐ natq3 partiales orbes qbus ſphera lune integrat̃ exponit. in ſcd̃a v̄o eorũ motus ꝓprios declarat. ibi [Mouet̃ aũt.] Dicit igit̃ de prima parte q̄ luna h3 orbes q̄tuor ⁊ vnam ſpherulã h̄ eſt paruã ſpherã ⁊ orbẽ paruũ: qui (vt declarabit̃) epiciclus noiat̃. Primo nãq3 hẽt duos orbes augẽ deferentes diſpoſitos ſicut in ſole: cum ſupremi ꝯuexa ⁊ concaua infimi ꝯcentrice: reliq̄ v̄o eccẽtrice mũdo dicant̃: q̄rẽ eccẽtrici ſm̃ q̄ ſunt: ſic orbes ſolis: tertius orbis eſt eccẽtricus ſimplr̃: q2 ambe eius ſupficies hñt aliud cẽtrũ a cẽtro mundi: ⁊ ſcd̃o di deferens epiciclũ: ſicut eccentricus ſolis deferens ſolẽ appellatus eſt: q2 ſicut ſol in eccẽtrico infigit̃ ⁊ ab eo mouet̃: ita lune epiciclus vel ſpherula in eccẽtrico (vt videbit̃) ſituatus ad eius motum mouet̃. Quart⁹ orbis ꝯcentricus mũdi ſm̃ ſupficiẽ vtrãq3: aggregans ⁊ circũdãs tres enarratos orbes cũ ſit ſupior eis: caput draconis deferens noiat̃: cum draco lune (qui quid ſit infra patebit) ad huius orbis motum moueat̃. Quintus v̄o orbis lune qui dicit̃ epiciclus ſeu paruus circulus vel parua⁹ orbis infixus eſt ⁊ ſituat⁹ in q̄dã ſpatio eccẽtrici ꝯcauo ⁊ ad motũ eccẽtrici mouet̃: ⁊ in eo epiciclo corpus lunare infigit̃: ⁊ mouet̃ ab eo vt patebit. ¶ Notandũ q̄ hic orbem ſupra nõ noiauit orbẽ: imo diſtinxit eũ ab orbe: orbis eni3 capi põt duplr̃: ꝓprie tm̃ pro ſphera cẽtrũ mũdi circumdante ſeu eccẽtrica ſit ſiue concentrica: ⁊ q2 epiciclus non circuit illud imo totalr̃ a centro mũdi remouet̃ non noiauit orbem iſto modo orbem capiendo. Scd̃o modo orbis accipi põt magis cõmuniter pro quolibet corpe celeſti ad motum planete ordinata ſeu circuat cẽtrum mundi ſiue nõ: ⁊ iſto mõ epiciclus dicit̃ orbis paruus: ⁊ q2 hec oĩa ſe-

re in


re in theorica ſolis nota ſunt non aliter q̄ exemplari figu ra declaro. Sit. a. centrum mundi: ⁊. b. centrum eccētrici. c. ⁊. d. duo orbes (vt pʒ) diffor mis ſpiſſi tudinis au gē deferē tes vt in ſo le ini͂ q̄s ec centric⁹. e. cui⁹ cētrū. b. equalis ſpiſſitudis epiciclū de ferēs ſitua tur. 4ᵒ ē or bis. f. extri ſecus ⁊ ſu



perior ɔcentricus ⁊ equalis ſpiſſitudinis dracone deferēs nominatus. vltimo vero eſt orbis paruus vel epiciclus. g h. cuius centrū eſt. i. in ſupficie deferētis ɔcaua. g h. tāte q̄titatis quāta eſt ſupficies ɔuexa epicicli ſituatus: ⁊ in illa circularit mouet vt patebit: deferēs lune in eius extremi tate vt in. g. dextram per ſuperius ⁊ inferius mouēdo. Eſt quidē epiciclus deſcriptus paruus orbis: cuius cētrū non eſt centrū mundi neq̄ ipm circuit: nā lʒ eccentricus aliud habeat centrum a centro mundi. illud tn̄ ambit: vt dictū eſt in theorica p̄cedēti: epiciclus vero centrūʒ mundi nullo mō circuit: imo totalr eſt extra illud: ⁊ p h differt ab eccē trico. ℭ Sed q: phi nō admittūt orbē dari: cuius centrū nō ſit centrū mūdi tanto magis ſi ſit totaliter extra cētrū mundi nullo mō illū ambiēs qualē dcm̄ eſt eſſe epiciclū: ideo videndū eſt mō an detur orbis hic qui dicit epiciclus ⁊ que ſit neceſſitas eum ponendi. Et quia rōnes fere om nes Cōmentator Auer. que eccentricum deſtruere viden tur ⁊ epiciclūʒ negant: ⁊ ille (vt videtur) ſolute ſunt ſupra dum de eccentricis actum eſt: eas non replico: cum ibi poſ ſint videri: verum vnam tn̄ (que ſpecialem habet difficul tatem de eſſe epicicli: faciam. Deſcripto nāq̄ epicicli defe rente: ⁊ centrum terre in qua nos ſumus ſit. a. ⁊ centrum epicicli. b. ſitq̄ in eius infima parte luna notum eſt cū no bis tn̄ medietas eius appareat: videmus tunc partem op poſitam centro epicicli: ⁊ que verſus nos eſt: non autē par tem. d. deinde per motum epicicli luna perueniat in par tem ſuperiorē non amplius videbimus partem ⁊ medie tatem. c. imo. d. que verſus nos eſt. Si daret igit epiciclus non ſemp eandē lune medietatē videremus: imo in diuer ſis temporibus ambas: mō vnam ⁊ mō aliam: nam luna in parte inferiori. c. medietatē: ⁊ in ſuperiori. d. nobis mō ſtrabit: qđ falſum eſt ⁊ ſenſui ɔtrarium: ſemp eandē par tē videmus que maculata eſt: non igitur datur epiciclus. Niſi quis diceret lunā in epiciclum nō eſſe ifixam ſicut eſt nodus in tabula: in eo circulariter moueri tanto tempore volutionē ſuam pficiendo quanto etiam epiciclus ſuā cō plet. v. gra. luna in parte infima epicicli exiſtens monſtrat nobis partem. c. oppoſitam centro epicicli. deinde quādo epiciclus complecterit mediā circulationeʒ q̄ luna erit in parte ſupiori: ⁊ ipſa mediam eius reuolutionem pfecerit vt pars. c. que erat oppoſita centro epicicli illud mō reſpi ciet: ⁊ ita cum ſemp ps. c. verſus cētrum mūdi ſita ſit: ptē eandē luna ſemp nobis oñdet: p motū igit circularē lune in cōcauitate epicicli in qua ſituat ſaluatur qualr ps ma culata nobis ſemp appareat. Hoc nihil eſt cuʒ Ariſt. 2ᵒ de celo ⁊ mūdo demōſtret aſtra eſſe fixa in orbe ſicut nodus in tabula: ⁊ nō niſi per accñs moueri. ſ. ad motum orbis



nō igit epici clus dat ſi hec appentia ſal uari debeat. ℭ In oppo ſitū ē Ptol. in plurib⁹ li bris Alma ge. Alpha granus Au ctor in textu ⁊ tota fere a ſtrologorūʒ achademia. ℭ Pro ſolo ne qōnis hu ius relictā il lis q̄ nō ſūt multū ad ppoͫ ſiēt tn̄ tres rōnes cogētes epi ciclū eē p⁹ q̄rū eſt: q: planeta in pte eadē eccētrici exñs. v. g. in auge aliqñ ppinquor ⁊ qñq̄ remotior vr: ⁊ q: h nō p uenit rōne eccentrici: q: in pte eadem eccētrici ponit: neq̄ alia cā: erit igit rōne epicicli: in cui⁹ pte ſupma cum fuerit planeta: erit diſtantior: ⁊ ppinquor cū in pte infima ⁊ viſus oppoͫ augis: dat nāq̄ in epiciclo aux ⁊ oppoͫ augis: vt i fra patebit: ⁊ iā manifeſtū eſt q̄ epiciclus nō remouet eq̄ liter a cētro mūdi ſm oēs ptes eius: q̄re pp hāc pmā cām ɔcludit epici. ℭ Scđa rō planeta manifeſte videtur qñq̄ tardus in motu ⁊ qñq̄ velox: vt de luna pʒ: que qñq̄ tm̄ vndeci gradº. qñq̄ vero qndecī ſilr plus vl minus agit i mo tu de zodiaco: vt patebit: qđ nō puenit cā eccētrici vt dcm̄ fuit de eccētrico ſolis in q̄ ſol mouet irregularit ſup cētro mūdi: q: qñq̄ in auge eſt: ⁊ qñq̄ in oppoſito: q: luna exñs in auge ſep⁹ tarda ⁊ aliqñ lʒ ſit i eodē loco velox viſa eſt i motu: ⁊ eodē mō i oppoº augis: erit igit cā epiciclus: q cuʒ ſm ſe totū ſit ex̄ cētrū mūdi: ex ſnia phi 7ᵒ phy. ſm vnā p tē ſm ordinē ſignoꝝ. ſ. p inferiorē: ⁊ per aliaʒ ptē. ſ. ſupre mā ɔtra ordinē mouet: vt ſi planeta exiſtens in puncto. a. epicicli mo ueat in. b. p arcū ſupiorē i zodiaco ar cuʒ. c d. ɔ̄ or dinē ſignoꝝ ɔ̄ſcripſerit: p cētra aſtri ve ri mot⁹ a cen tro mūdi. e. ductis. e a c. ⁊. e b d. lineis eodē vero a b. in. a. moto p īferius epici cli ɔ̄ſcriptus erit arcus zo



diaci. d c. ſm ordinem ſignorum: ⁊ ſic patet qualiter in di uerſis partib⁹ epicicli planeta ad diuerſas differētias po ſitionis mouet. cum igitur. e c. ſemper moueatur ſm ordi nē ſignoꝝ: luna in parte inferiori epicicli etiā ſm ordineʒ ſignorum mota duo motus ad eandē ptē. ſ. eccētrici ⁊ epi cicli cōiungent: qui lune motū velocē ſm ordinē ſignorū reddēt. Sed luna mota p ſupius epicicli ɔ̄ ordineʒ ſigno rū ⁊ ad oppoſitā ptē motum eccētrici a motu eccētrici tol let ⁊ erit tūc tarda curſu: nō igitur aliter q̄ epiciclo velo citas ⁊ tarditas i luna ſaluat. Manifeſtū ē p trui ſupio rū planetaꝝ motū epiciclus ɔcluditur: vident namq̄ tres dci planete quādoq̄ directi i motu ⁊ qñq̄ retrogradari

ſeru ego pater cū aſtrolabio de marte ꝑcepi: q̄re mouent ad diuerſas poſitiōis dīuas: q̄ō cū non poſſit ꝑueniꝛe rōne orbis cētrū mūdi circūdātis: q2 talis vel ſemꝑ retrograde ꝯ ordinē ſignoꝝ vel directe ſʒ ordinē ſignoꝝ mouet: erit igit̄ rōne orbis totalr̄ ex̄ cētrū mūdi: q ſm̄ vnā medietatē directe ⁊ ꝑ aliā retrograde mouet̄ vt ꝑ 37° phyſi. Qualis eſt epiciclus ꝑ diſſonē eī ſuppoſitū: tres igit̄ ſuꝑiores pla/nete: epiciclū dari ꝯuicūt. haud aliī Venus ⁊ Mercurius q directe ⁊ retrogradi tꝑib9 diuerſis ꝑcipiunt̄ moueri: q2 īmo q̄m ſemꝑ media ꝯiunctiōe cum ſole ſunt ꝯiuncti: h̄ eſt ꝙ medioꝝ motuū eoꝝ linee cū linea medij mot9 ſolis ſunt eadē: vt in theoricis eoꝝ videbit̄: q̄nq3 ſolē ꝑcedē ꝑꝑ dire/ctionē: q̄nq3 vō eū ſeq ꝑꝑ retrogradationē eoꝝ vident̄: vt declaratū eſt: que oīa ſine epiciclo ſaluari nō pñt. ¶ Ter/tia ratio ꝙ epiciclus det cōcludens eſt: ꝑſuppōnēs 23ᵐ ꝑᵉ ꝑtis ꝑſpectiue vmbroſum ⁊ opacū minus luminoſo oppo/ſitū maiori vmbrā cauſat conoidalē: que quāto magis ꝑ/tēdit̄ ⁊ a corꝑe eā cauſante remouet̄: tāto fit minor: vt pʒ de vmbra. b a. ⁊. c a. e tra. d. oppoſita ſoli. f. cāta: terra nāq3 minor eſt ſole vt demr̄at Alphagān9. Hoc ſtāte capiāt̄ duo eclipſes lune q̄ ſuūt q2 lūa ingredit̄ vmbraʒ terre: vt alibi hēt de/clarari luna ⁊ ſole in ſitu oꝑſitū ſemꝑ q̄ ad caput et caudaʒ dra/conis: viſuʒ ē vnā harū eclipſiū alia longiori tꝑe duraſſe: q̄ō liter eē ſi po/tuit niſi: q2 i vna maiorē vmbrā terre luna igreſſa eſt q̄ʒ in reliq̄: a qua anteq̄ʒ ſe abſoluat longius tꝑis ſpatium trāſit. vt. ꝟ. g. lu/na ſi exiſtat in. f. tꝑe eclipſis maiorē vmbram ſubet q̄ʒ ſi in g. ⁊ eclipſim ꝯſequenti tꝑe longiori duraturam patiet̄: q̄ō eſſe non pōt (vt ex ꝑſuppoſito notum eſt) niſi q2 luna ſit ꝑ/pior terre: propior autem terre tempore eclipſis cauſa ec/centrici luna eſſe nō poteſt: q2 ſemper vt patebit eſt verſus augem eccētrici in oppoſitiōe cum ſole q̄ñ accidit eclipſis eius: erit igitur cā epicicli vt q̄ñ eſt in. f. puncto epicicli in/feriori: maiorē vmbrā q̄ʒ exiſtēs in. g. ingreditur: nam pūctus. f. terre propinquior eſt q̄ʒ. g. vt patet ad ſenſum ⁊ de/monſtratione patebit. Neq3 aliquis poterit dicere lunam eſſe irregularem: ⁊ ideo videri eclipſim quādoq3 maiorē ⁊ aliquando minorem cum ſemꝑ vmbre occurret equali. Cum ex hoc ſequatur oppoſitum. Luna nāq3 exiſtens in parte ſupꝛema epi. cum ſit tarda: tardius ex vmbra terre ſe deberet abſolui q̄ʒ in parte inferiori: vbi eſt velor: cuius oppoſitum contingit: tardius nāq3 ſe abſoluit ab vmbra terre in parte inferiori: quia ibi maior vmbra vt dictū eſt. Preterea hoc non tm̄ ex tempore comꝑꝛehendit̄: ſed etiaʒ ex motu quē luna cauſat in çodiaco: nam maiorem in ço/diaco ⁊ maius ecliptice ſpatiuʒ cauſat tempore eclipſis in parte infima epi. q̄ʒ ſupꝛema eclipſim patiēs: quod eſſe nō poteſt: niſi q2 in parte infima de epicicli maiorem tranſit portionem eclipſi durante ⁊ per conſequēs in çodiaco ma/ius ſpatium q̄ʒ in parte eiuſdem ſuperiori: hec igitur tres rationes in diuerſis locis Almageſti facte fortiores mihi viſe ſūt: ideo reliquis omiſſis has tm̄ adduxi. ¶ Ratio an/te in contrarium ſoluitur faciliter: vnde conceſſo propter



apparentias dictas dari epiciclum dico lunā eandem par/tem maculatam videlʒ ſemper nobis oſtendere velud ſen/ſus diiudicat: quo poſito dicere neceſſarium eſt in eius cō/caua ſuperficie. ſ. loco eius lunā moueri circulariter vt di/cebatur: quē motum ordinare in corpore lune placuit ei: qui recto ⁊ indiſſolubili ordine cūcta recte diſponit: vt ip/ſa ſemper verſus nos faciem haberet maculataʒ: qua vir/tutes ad nos influit alijs eius partibus non receptibilem per illam itaq3 partem influentiam ſuaʒ nobis infundit: q̄ʒ per reliquas non daret. Sed quando inſtatur q2 pone/re ꝙ luna moueatur contradicit Pho volenti ſtellas ꝑ ſe non moueri: dicendum Phm̄ ſtellas non moueri tm̄ per īmobilitatem lune ꝑbaſſe: q2 omnia ſidera dicit eſſe eiuſ/dem ſpeciei: credidit nāq3 Ariſto. lunam non habere hūc motum cum ſemꝑ videret maculas eius nec hʒ notitiam nec ponit epiciclum ſequēs opiniōes Calippi ⁊ Eudoxij: quod bene ſequitur ſi epici. non ponatur: ſed q2 aſtrologi poſteriores ꝑ ſaluandis apparentijs quas antiqui nō ſal/uarunt ponunt lune epiciclum ad hoc vt ſemꝑ eius ma/cule videantur: oportet ponere in luna motum per ſe: ⁊ iō ratio Ariſt. fūdata ſuꝑ hoc ꝙ luna nō hʒ epiciclū (q̄ō fal/ſum eſt) non concludit: immo ponendo epiciclū ⁊ motū in luna: idem ſequit̄ ꝙ ſine epiciclo ⁊ ſine motu eius. Cuʒ igitur Ariſto. non daret epici. neq3 etiam motuʒ: eius igi/tur ratio non conuincit vt patet.


¶ Mouentur autem deferentes augem ec/centrici contra ſucceſſionem ſignorū ſimul regulariter ſuper centro mundi vltra mo/tum diurnum in die naturali gradibus vn/decim ⁊ duodecī minutis fere. Et axis mo/tus iſtius axem çodiaci in centro mundi in/terſecat: vnde ⁊ poli eius a polis çodiaci de/clinant: ⁊ quantitas talis declinationis eſt quinq3 graduum inuariabilis ſemper.

¶ Poſt q̄ʒ notificauit orbes lune quo ad numerum ⁊ ſitū eorum: in parte hac eos quo ad motum declarat. Et diui/ditur in quatuor: quia in prima augem deferentium mo/tum declarat: in ſcd̄a eccentrici deferentis epiciclū lune. ibi (Orbis vō epiciclum.) tertio concentrici deferentis dra/conem lune. ibi (Sed orbis quartus.) quarto vō epicicli. ibi (Epiciclus autem.) In prima igitur parte inquit duos orbes deferentes augem lune moueri ſimul: id eſt motu/bus proprijs ⁊ proportiōalibus: ita ꝙ ſtricta pars vnius ⁊ alterius groſſa ſunt ſimul: cōtra ordinem ſignorū. id eſt ab oriente ad occidentē: vltra motum diurnum: naʒ cum moueant̄ ab orbe ꝑmo motu diurno ſicut q̄ōlibet celeſte corpus in vigintiquatuor horis circa terram ſemel vltra motum illum quem nō oportet meminiſſe: q2 notus eſt ex motu primi mobilis: mouentur ſingulis diebus naturali/bus q̄ō tempus amplectitur vigintiquatuor horas vnde cum gradibus ⁊ duodecim minutis fere: q2 vltra hoc mo/uētur. 18. 2. vt alibi habet declarari: qui motus vniformis eſt in centro mūdi: quia tꝑibus equalibus equales angu/los faciunt in h̄ cētro: q̄ō ad regularitatē motus requiri/tur vt in theorica que hanc ꝑcedit expoſitum eſt. Et poli huius motus: id eſt orbium iſtorū declinant a polis ecli/ptice quinq3 gradibus inuariabiliter: id eſt ſemper hac di/ſtantia ita ꝙ nunq̄ʒ maiori vel minori. Quod 4° Alma/ge. declarat Ptol. qui ꝑcepit: ꝙ neq3 Luna neq3 ſuperficies plana horū orbium moueri ſub ecliptica: imo ab ea decli/nari ſm̄ medietatē ꝟſus ſeptētrionē q̄nq3 gradibus maxi/ma declinatiōe: ⁊ totidē ad auſtrū: quare ſequitur vtrūq3 horum orbium polū a polis ecliptice quinq3 quoq3 gra/dibus

dibꝰ remoueri. Ad qḋ declarādū cōmode figuratione vtē-
dum eſt. Eſto itaqꝫ circulus eclipticę. a b c d. cuiꝰ cētrū. e. ⁊
ecliptica. a c. poli ẜo. b. ⁊. d. Orbes ẜo augē deferētes. f g
h i. quoꝝ plana ſuꝑficies. f h. maxima declinatione qnqꝫ
graduū ab ecliptica declinēt: dico polos hoꝝ vt. g. a polo
eclipticę. b. ⁊. i. a. d. eq̄li declinatione videlꝫ qnque graduū
declinari: q2 cuꝫ ecliptica diſtet ab eiꝰ polis q̄rta circuli: ꝑ
a. b. eſt quarta ʒodiaci: ⁊ mō eodē q2 poli augē mouētiū
a ſuꝑficie
eorūꝫ pla-
na diſtent
q̄rta circu
li: erit. f g.
q̄rta pars
horūꝫ or-
bium: ſed
cū omnes
q̄rte circu
li eiuſdēꝫ
ſunt eq̄les:
vt ꝑꝫ i geo
metria:
erūt. a b. ⁊
f g. in ʒo-
diaco eq̄-



les portiones: q̄re dēpto cōi arcu. a g. ʒodiaci remanēt. a f.
diſtātia ſuꝑficiei orbiūꝫ hoꝝ ab ecliptica: ⁊ b g. dictoꝝ or-
biū poli a polo eclipticę diſtātia equales ꝑ cōem animi ꝯce
ptionē ꝓmi elemētoꝝ: cū igr̄ arcus. a f. iuariabilr̄ ſit ſemꝑ
qnque graduū: ⁊. b g. eiuſdē erit remotionis: qḋ ingt i tex-
tu: ⁊ eadē via ſeqtur aliū polū i. a polo. d. reliquo remoue
ri eq̄li remotione qḋ eſt intētū. Sed q2 eclipticę cētrū eſt. e
cētrū mūdi: ſi ducaꝛ ab vtroqꝫ poloꝝ axis. b e d. ꝑ cētrū. e
trāſibit ex diffinitione axis: ⁊ eodē mō cū augē deferētiūꝫ
idē ſit cētrū ducta axis. g e i. per idē cētruꝫ trāſiens in. e. cē
trū mūdi ſe ſecabūt cū axe eclipticę: qḋ eſt aliud qḋ dicit in
lr̄a. ℭ Sꝫ hic occurrit dubitatio an hūj orbes augē deferē
tes vltra dcm̄ motū ꝯtra. ſ. ſucceſſionē ſignoꝝ hēant aliuꝫ
motū. ſ. motū equalē octaue ſphere: ⁊ arguit ꝙ nō q2 nul-
lus orbis duos hꝫ motꝰ ꝓprios: motꝰ aūt octaue ſphere or-
bibꝰ augē mouētiū (vt in theorica ſolis dcm̄ eſt) eſt ꝓpꝛ
ſilr̄ motꝰ hic dictꝰ ꝯtra ſucceſſionē ſignoꝝ ꝓpꝛiꝰ eſt his or-
bibus: q̄re hērent duos ꝓprios motꝰ qḋ eſt falſum. ℭ 2ᵒ ſi
hūj orbes hērēt motū equalē motui octaue ſphere Auctoꝛ
in lr̄a meminiſſet: cū aūt eiꝰ nullā fecerit mētionē: vel nō eſt
talis motꝰ vel Auctoꝛ diminutꝰ eſt qḋ icōueniē. ℭ 3ᵒ verus
motꝰ Lune reperit in tabulis ſine ꝯſideratione motꝰ octa-
ue ſphere vt ꝑꝫ. Si mō orbes Lune mouerenꝛ tali motu:
opatio eēt falſa ⁊ diminuta: cū nō ꝯſidereꝛ ille motꝰ: quo
Luna moueꝛ: hoc aūt dōm nō eſt: q̄re orbes Lune nō mo
uenꝛ motu octaue ſphere. ℭ Oppoſitū huiꝰ vult cōis ſcho
la aſtrologoꝝ ꝙ oēs auges ſeu ꝑ ſe ſeu ꝑ aliud motu octa
ue ſphere moueanꝛ. ℭ Ad hāc q̄ōnem dōm eſt deferētes
augē lune moueri motu octaue ſphere vltra motū dictū.
Cuius rō eſt q2 (ſicut īfra patebit) linea medij motus ſolis
tātuꝫ diſtat: q̄ diſtat a linea medij motꝰ Lune: q̄ꝫtum ab
eiꝰ auge ad diuerſas. ſ. ꝑtes. Sed cū aux ſolis moueaꝛ mo
tu octaue ſphere: vt in eiꝰ theorica patefactū eſt eodē mo-
tu eccē. ſolis moueꝛ: cū ſit in medio duoꝝ orbiū ſolis augē
deferētiū a qbꝰ rapiꝛ: q̄re ēt linea medij motꝰ ſolis moueꝛ
eodē motu: ſi igiꝛ aux Lune ⁊ ex ꝯſñi linea eiꝰ motꝰ medij
nō moueaꝛ hoc motu. ſ. octaue ſphere ſequereꝛ lineā me-
dij motꝰ ſolis magis appropinquare ſemꝑ lineę motꝰ vni-
formis lunę: q̄ꝫ eius augi qḋ dcm̄ eſt eſſe falſum. Qḋ exē-
plo declaraꝛ. In circulo. a b c. ſit linea medij motꝰ ſolis. e a.
linea ẜo medij motꝰ lune. e b. linea aūt augis. e c. ꝑdicto. a.
equaliter a. b. ⁊. c. diſtātes: deinde q2 linea. e a. moueꝛ vt di-
ctūꝫ eſt mo-
tu octaue
ſphere: fiat. f
d. ⁊ fiet. e d.
⁊ ſi aux Lu
nę ⁊ eiꝰ linea
medij motꝰ
nō moueaꝛ
ſili motu et
eq̄li veloci-
tate magis.
e d. līea mo-
tus medij ſo
lis approꝑīn
quabit. e b.
lineę medij
motꝰ Lune



q̄ꝫ. e c. eiuſdē augi: qḋ patebit eē falſuꝫ: vt igiꝛ eq̄lr̄ diſtet ab
vtroqꝫ: opꝫ augē Lune motā eē i. ſ. eq̄li velocitate: ⁊ lineā
medij motꝰ eiuſdēꝫ in. g. vt. d. in medio. f. ⁊. g. ab vtroqꝫ ſit
eqdiſtāis: vltra igiꝛ motū ꝓpꝛiū ẜm ſuos occidētem deferētes
augē lune hñt motū ẜm ſuos oriētē eq̄lē motui octaue ſphe-
re. ℭ Sed eſt notādūꝫ ꝑ pro ſolōne ꝓmi: ꝙ lꝫ auges ſolis
⁊ qnque planetarūꝫ ⁊ lune motu octaue ſphere moueanꝛ
diuerſimode tñ: q2 auges ſolis ⁊ qnque planetaꝝ ꝑter au
gē eccē. Mercurij: de qua ꝓportionalr̄ ſicut de Auge Lu
ne dōm eſt (vt in theorica eiꝰ patebit) moueꝛ motibꝰ eq̄li-
bus octaue ſphere tanq̄ꝫ motibꝰ ꝓpꝛijs ⁊ ab intelligētijs i-
trinſecis: vt patuit in theorica ſolis vbi dcm̄ fuit motꝰ au-
gium dici octaue ſphere non rōne cauſe ſꝫ rōne eq̄litatis: ⁊
rō eiꝰ: q2 cū oē corpꝰ hēat motū ꝓpꝛiū: ⁊ deferētes dictaꝝ
augiū nō hēant motū aliuꝫ ꝑter motū eq̄lē motui octaue
ſphere: erit ille motꝰ eis ꝓpꝛius: ⁊ a motore intrīſeco: ſꝫ aux
Lune ſi moueꝛ eodē motu nō tāq̄ꝫ motu ꝓpꝛio: imo a cor-
pore ſuꝑiori ſꝫ eſt ab octaua ſphera illū hēt: ⁊ rō eſt q2 cor-
pus ſimplex ſimplici tñ ꝓpꝛio motu moueꝛ: cū igiꝛ aux Lu
ne moueaꝛ motu ad occidētē q ei ꝓpꝛius eſt: motꝰ octaue
ſphere nō eſt ꝓpꝛius ⁊ ab intrīſeco imo raptꝰ ꝓueniens ab
orbe 8ᵒ. Et ꝑ hoc ſoluiꝛ ꝑᵐ ꝙ lꝫ orbes augē deferētes duos
hēant motꝰ: non tñ ambo ſunt ꝓpꝛij eis imo vnus eſt ꝓ-
pꝛius ⁊ reliquus raptꝰ: vt dcm̄ eſt. ℭ Ad 2ᵐ dōm: ꝙ Au-
ctoꝛ nō fecit huiꝰ motꝰ mētionē: q2 cū ſit tardioꝛ ad ꝑtes
oppoſitā parti ad quā eſt motus ꝓpꝛius: abſtulit motum
octaue ſphere l vno die a motu ꝓpꝛio: ⁊ qḋ remanet poſuit
pro motu ꝓpꝛio: cōplectiꝛ. n. motꝰ qui poniꝛ in textu motū
vtrūqꝫ: ideo de hoc nō fecit ſpecialē mētionē: ſic lꝫ ſol mo-
tu eiꝰ equali moueaꝛ ēt motu octaui orbis: non opꝫ tñ me-
minīſſe in illo motū octaue ſphere: cuꝫ aggregatū motus
equalis ſolis ⁊ octaue ſphere poſitū ſit pro eius motu me-
dio. ℭ Ad 3ᵐ ſimilr̄ dr̄: ꝙ opationes tabulares non ſunt
diminute nec falſe lꝫ nō expreſſe ꝯſiderent iſtū motū: q2 ſi-
cut dictū eſt defalcauerūt a motu medio Lune ⁊ alioꝝ eiꝰ
orbium: ⁊ reſiduum pro motu ipſius poſuere ⁊c̄.

ℭ Orbis ẜo epicicli deferēs moueꝛ ẜm ſuc-
ceſſionē ſignoꝝ regulr̄ ſuꝑ cētro mundi: ita
ꝙ oī die nālī tali motu cētrū epicicli. 13. gra
dus ⁊. 11. minuta fere perambulet. Axis tñ
huius motus per cētrum huius orbis (qḋ
cētrum eccētrici dr̄) equidiſtanter axi augē
deferētiū mouetur. Unde etiā poli motus
iſtius a polis orbium augē deferētiuꝫ diſta
bunt ẜm eccentricitatis quantitatem.


¶ Notificat motũ ⁊ velocitatẽ deferẽtis epiciclum Lune ⁊ duo agit ꝑꝰ qḋ dcm̃ eſt. 2ᵒ exponit ꝓprietatẽ quādā ⁊ colligātiā quā hʒ Luna in motu cũ ſole ibi (Dicti vo orbes.) pᵒ porrō in duas diuidit: in pᵒ nāq; declat motũ eccẽtrici: in 2ᵒ vo ꝑ ordinẽ ↄcludit. 5. correlaria ibi (Ex iſtis ſeqꝛ.) Dicit itaq; pᵒ ꝙ eccẽtricus deferẽs epiciclũ Lune ſm̃ ſucceſſionẽ ſignoꝝ (q: h oibꝰ eccẽtricis cõe eſt: cũ planetaꝝ qui motibus eoꝝ mouent̄ moueant̄ ſm̃ ſucceſſionẽ ſignoꝝ) mouetur regulꝛ in cẽtro mũdi eq̃les angulos eq̃s tpibꝰ cādo ⁊ ex ↄñti in ʒodiaco arcus eq̃les: cẽtrũ epici. ſingulis diebus nālibꝰ ꝑambulat de ecliptica gradibꝰ. 13. m̃. 11. fere: qḋ dixit q: nō ſunt ꝑaſe. 11. m̃. imo. 10. ⁊. 35. 2. qui cũ nō meminiſſet. 2. pro. 35. 2. poſuit viii. m̃. ⁊ dixit. 11. m̃. Nec expectetur dictoꝝ motuũ demr̃atio cũ nō niſi diuturna ↄſideratione ⁊ inſtr̃is deꝑhẽſuʒ ſit: nec rõneʒ aliq̃; patiꝛ cogẽtem. Propietates vo alie q̃ ex his ſequent̄ mathᶜᶜ ꝓbant̄: huiꝰ igiꝛ orbis axis eſt linea que trāſiens ꝑ cẽtrũ eccẽ. eq̃diſtat axi orbiũ deferẽtiũ augẽ. ſic nāq; orbes augẽ deferẽtiũ. a b c d. quoꝝ cẽtrũ. e. ⁊ plana ſuꝑficies a c. ⁊ axis. b e d. eccẽ. aũt. f g h i. in cẽtro. k. deſignet̄ ſuꝑficies plana cuiꝰ. f h. eadẽ cũ. a c. ſuꝑficie plana deferẽtiũ augẽ ⁊ axis. g h i. quaʒ eq̃diſtare dico axi poꝝ orbiũ. b e d. nā cũ poli ꝑ q̃rtā circuli diſtāt a ſuꝑficiebꝰ planis: vt dcm̃ ẽ ſic. a b. b c. c d. ⁊. d a. q̃tuor q̃rte: q̃re oẽs anguli ad. e. ſunt recti: eodẽ mõ. f g. g h. h i. ⁊. i f. q̃rte ſũt circuli igꝛ 4ᵒʳ anguli ad. k. ẽt ſunt recti: anguli




aũt recti ſunt eq̃les ex 3ᵃ petitione ꝑmi elemẽtoꝝ: oẽs igiꝛ anguli ad. e. equiualent angulis ad. k. igiꝛ per. 27. ꝑmi elemẽtoꝝ ⁊ per vtrãq; partẽ. 28. eiuſdẽ. b e d. ⁊. g k i. ſunt linee paralelle ⁊ equidiſtãtes: quare equiũ centra diſtãt. e. ⁊. k. tãtum adinuicem poli. g a b. ⁊. i. a. d.

¶ Ex iſtis ſeqꝛ ꝑmo: ꝙ q̃uis eccẽtricꝰ epiciclũ deferẽs ſup axe atq; polis ſuis moueaꝛ: nō tñ ſup eiſdẽ regulꝛ moueꝛ. ¶ Scḋo q̃nto epiciclus lune augi deferẽtis eũ vicinioꝛ fuerit tãto velocius cẽtro eiꝰ moueꝛ: ⁊ q̃to vicinioꝛ augis eiuſdẽ oppoſito tãto tardius. Signatis eni aliq̃bꝰ angulis equalibꝰ ſuper cẽtro mũdi verſus augẽ ⁊ oppoſitũ q̄ verſus augẽ eſt maiorẽ arcũ eccẽtrici quā alter verſus oppoſitũ cõplectiꝛ. ¶ Tertio cẽtrũ eccẽtrici lune circa cẽtrũ mũdi ⁊ axis eiuſdem orbis circa axẽ augẽ deferẽtiũ: ⁊ poli eiuſdẽ circa polos illoꝝ voluunt̄ regulꝛ: circũferẽtias ↄtra ſucceſſionẽ deſcribẽdo. ¶ Quarto aux eccẽtrici lune ſilꝛ ↄtra ſucceſſioneʒ ſignoꝝ ꝓgrediẽdo regulꝛ mouebiꝛ: ⁊ eclipticã ꝑtẽribit: vñ in ſuꝑficie eiꝰ: q̃nq; vo ab ea aut verſus auſtrũ aut verſus aq̃lonẽ repieꝛ: vñ fit vt ẽt cẽtruʒ eccẽtrici ſilꝛ a ſuꝑficie ecliptice in ꝑtes oppoſitas q̃nq; recedat. ¶ Quinto nõ ſemꝑ ſuꝑficies ecliptice ſuꝑficiẽ eccentrici per eq̃lia ſecabit. Cũ. n. aux eccẽtrici in latitudine fuerit: maioꝛ portio ſuꝑficiei eccẽtrici verſus augẽ erit. Suꝑficies nāq; eccẽtrici per ſuꝑficiẽ ecliptice in diametro ecliptice per centrum mundi tranſeunte ſecatur.

¶ Infert ex dictis q̃nque correlatiuis ↄ̃nes. 2ᵒ remittẽs nos ad theoricã ſolis q̃dā ibi expoſita rememorat ibi (Vocaꝛ ſuꝑficies.) ꝑᵐ qḋ īfert correlariũ eſt: ꝙ cẽtruʒ epici. moueꝛ circa cẽtruʒ eiꝰ ⁊ polos atq; axim nõ tñ regulꝛ ſupra illis. Signato nāq; eccẽ. a b c d. ſuꝑ cẽtro. e. cuiꝰ diameter. a e c. cẽtrũ mũdi ſit. f. ſuꝑ q̃ cũ cẽtrũ epicicli eq̃lꝛ moueaꝛ eq̃s in tpibꝰ in cẽtro dicto equos angulos deſcribit: capiant̄ itaq; duo eq̃les anguli. a f b. ⁊. c f d. in cẽtro eccẽ. anguli. a e b. ⁊ c e d. ieq̃les cãnt. Nā ex 16ᵃ. ꝑmi angulus. a e b. ẽ maioꝛ angulo. a f b. q̃re ⁊ maioꝛ c f d. ſibi eq̃li: ſed cũ hic dictꝰ ſit amplioꝛ āgulo. c e d. ꝑ eadẽ eſt a maiori angulus a e b. ãplioꝛ angulo. c e d. īterpoſitionibus eq̃libꝰ ſuꝑ cẽtro eccẽ. cãti: ⁊ p. 25. tertij arcꝰ eccẽ. a b. arcu. c d. ẽt maioꝛ: tã q̃ i cẽtro eccẽ. q̃; i eiꝰ circũferẽtia ineq̃lis eſt i motu epiciclus.




¶ 2ᵐ correlariũ: q̃to cẽtrũ epicicli vicinꝰ fuerit augi deferẽti eũ h ẽ eccẽtrici orbis: tãto velociꝰ ⁊ q̃to viciniꝰ oppoſito augis: tãto tardiꝰ eſt i motu. Nā in ꝑdicta figꝰ cũ angulus. a e b. i cẽtro eccẽ. verſus augẽ deſcriptꝰ a cẽtro epi ſit ãplioꝛ āgulo. c e d. verſus oppoᵐ eiꝰ: vt ex ꝑdicto correlario pʒ: ẽ ex. 25. tertij arcꝰ. a b. verſus augẽ maioꝛ arcu. c d. verſus oppoᵐ: q̄ cũ tpibꝰ ſcribant̄ eq̃libꝰ epici. velociꝰ moueꝛ i eccẽ. verſus augẽ eiuſdẽ ecriis q̃; i oppᵒ. In ʒodiaco vo vniformiꝛ (vt dcm̃ ẽ) moueꝛ. ¶ Aliꝛ idẽ deduci põt ⁊ ad mẽteʒ Auctoris cõformiꝰ lʒ nõ ita ſcıẽtifice. Pro q̃ eccẽ. a b c d. cuiꝰ diameter. a c. ⁊ cẽtrũ mũdi. e ↄſigneꝛ i q̃ centro duo anguli fiãt eq̃les. f. a e b. verſus augeʒ ⁊ c e d. verſus eiꝰ oppoᵐ: ducãs



lineis.e b. ⁊.e d. notū eſt angulos iſtos a cētro epici. circa cētrū.e. equis tpib⁹ deſcribi: ſed cū ſingule lineaꝝ.e a. ⁊.e b. ex 7ª tertij lōgiores ſint ſingulis lineis.e c. ⁊.e d. erit arc⁹ a b. arcu.c d. maior: linee naq̄ ꝯcurrētes q̄ſto magis diu caunt: tāto magis diſtant: q̄re maiorē arcū in eccen. pficiēt ꝟſus Augē q̄ ꝟſus oppoſitū: ⁊ hāc rōnē innuit in līa q̄n dicit. Signatis ergo angulis in cētro mūdi ꝟſus augem ⁊ eius oppoſitū: is qui ꝟſus augē maiorē arcū amplectitur ꝑpter lineas eē lōgiores q̄ qui ꝟſus oppoſitū augis ⁊c.

℄ Tertiū correlariū ꝑpter motū orbiū augē deferētium cētrum eccen. Lune circa cētrū eoꝝ orbiū: ⁊ eiꝰ axis circa axē: ⁊ poli circa eorūdē polos ꝯtra ſucceſſionē ſignoꝝ mouent: ⁊ deſcribūt eoꝝ ſingula ſingulos circulos: quoꝝ ſemidiameter eſt equalis eccētricitati Lune qḋ ita i theorica ſolis declaratū eſt: cū igr̄ centrū eccen. (ſicut ibi demōſtratū fuit) ſemp ſit ſub parte groſſa orbis iferioris: vbi.ſ. eſt aux eccen. ⁊ pars memorata moueat̄ ꝯtra ordinē ſignoꝝ eodē mō ⁊ equali velocitate cētrū eccen. mouebit̄. nā q̄n illa pars volutionē ſuā cōpleuerit ⁊ cētrū et ſuā. Et q̄ axis huius orbis trāſit p cētrum eiꝰ eq̄diſtans axi orbiū augē mouētium: ⁊ poli ſint dicte axis termini: axis circa axim ⁊ poli circa eoꝝ polos eodē mō mouebunt̄: vt manifeſtū eſt.

℄ Quartū correlariū Aux eccen. Lune ꝯtra ſucceſſionē ſignoꝝ equalr̄ mouet̄: q̄ iſto mō mouent̄ orbes eā mouētes vt ſupra patuit. Sed q̄ orbes eā deferētes nō ſunt ſub ecliptica imo ab ea declināt ſm partē vnā ꝟſus ſeptētrionē ⁊ reliquā ꝟſus auſtrū eclipticā ſecātes in duob⁹ pūctis: ſequit̄ Aux aliq̄n eſt p̄ciſe ſub ecliptica: q̄n.ſ. eſt in aliquo ſectionū: q̄nq̄ ꝟo imo ſm plurimū ab ea declinat nūc verſus ſeptētrionē ⁊ nūc ꝟſus auſtrū ſicut declinat illa pars orbis in qua ipſa eſt: vt exēplariter eſt notū in hac figura: in q̄ ſupficies ecliptice eſt.a b. ⁊ ſupficies orbiū augē deferētiū.c d. ſe ſecātes in pūcto.e. vnde q̄n aux erit in pūcto ſectionis.e. erit in ecliptica ab ea nuſq̄ declināſ: in.c. ꝟo exiſtēs ꝟſus ſeptētrionē ⁊ i.d. ꝟſus auſtrū ab eadē remouet̄. Et q̄ (ſicut p ſeptima dicta manifeſtū eſt) cētrū eccē. a cētro mūdi verſus augē remouet̄ imo linea exiens a cētro mūdi ad augē per eccē. cētrum ēt trāſit: ſequit̄ cētrū dictū ſimilr̄ quādoq̄ eē ſub ecliptica: vt quando ibi eſt aux: q̄nq̄ ꝟo ab ea verſus ſeptētrionem ⁊ aliq̄n verſus auſtrū quemadmodū et aux dclinati. ℄ 5ᵐ correlariū ex quo ita eſt q̄ aux ab ecliptica ſm plurimū hēt latitudinē: ſm plurimum ſupficies ecliptice ſupficiem eccen. ſecabit in partes inequales. Naz cū talis ſectio fiat ſup diametro mūdi: ita vt imaginemur lineā trāſire per cētrum mūdi terminatam ad ambas ſectiones: que diameter dr̄ ecliptice: adeo q̄n cētrū ⁊ aux eccē. eſt in latitudine: hec diameter non trāſit p eccē. cētrum: quare non diuidit eccētricū in partes equales per diffinitionē diametri elemētoꝝ pmo. ꝟ. grā. Auge exiſtēte in latitudine vt in.c. erit cētrum eccen.f. vt ꝓbatum eſt: quare cū diameter ecliptice.a b. ſecet ſupficiē eccen. in porcionis.g. ⁊.h. ⁊ non tranſeat per cētrum eccen. erit portio.h e g. (in qua eccen. centrum intercipit̄) maior portione reliqua.g d h. Eodē modo cētro eodē exiſtēte verſus auſtrū ex parte.d. maior portio erit eccen. verſus.d. q̄ ꝟſus.c. q̄ ibidē eccen. aux reperiet̄. Sed cētro dicto ſub ecliptica exiſtēte: q̄ diameter ecliptice trāſit per cētrum eccen. diuidet eccētricum in partes equales per diffinitionē diametri p⁹ Euclidis: ⁊ tūc aux in ſectionum altera ⁊ in reliqua eiꝰ oppoſitum reperiet̄: ſed q̄ partes vna ab auge ad oppoſitū ⁊ altera ab oppoſito ad augem equiparant̄: tunc ſuperficies eccen. a ſupficie ecliptice per equalia diuidetur: qḋ in theorica materiali ſpherica quā ego compoſui faciliter oſtenditur: cum in plano non ita bene.



℄ Vocat̄ aūt ſupficies eccētrici circulus p lineā a cētro eccētrici vſq̄ ad cētrū epicicli ꝑ tēſam vna reuolutione facta deſcript⁹: hui⁹ circūferētie partes aux ⁊ oppoſitum augis atq̄ lōgitudines medie ſic in ſole vocantur.


℄ Recapitulat in Luna breuiter que in Sole diffuſe declarata ſunt. vnde dicit q̄ ſuperficies eccen. Lune eſt quedā ſupficies eccen. ſecans eā in duas ptes equales ab vtroq̄ polo eius eq̄diſtans que deſcribi imaginatur a linea exeunte a centro mundi per centrum epicicli: in completa reuolutione: quod patuit in theorica ſolis. ℄ Et in hui⁹ ſuperficiei circunferentia aux: ſicut in ſole imaginatur: ⁊ eſt pūctus a centro mundi remotiſſimus oſtenſus a linea exeunte a centro mundi per centrum eccen. que longiſſima linea augis dicta eſt. ℄ Et oppoſitum augis exiſtens punctus propinquiſſimus terre per lineam diametrum complentem oſtenſus. ℄ Et longitudines medie: que ſunt puncta inter augem ⁊ augis oppoſitū oſtenduntur a lineis ſuper lineā augis perpendiculariter cadentibus: que linee mediarum dicuntur longitudinum propter vnicam cauſā: q̄ ſ. medie inter lineam augis ⁊ oppoſiti augis ſunt proportionaliter: non aūt ꝑpter cauſam reliquam dictam in theorica ſolis: cum ibi neq̄ centri neq̄ argumēti vt patebit infra contingat maxima equatio.

℄ Dicti ꝟo orbes lune in motu ſuo talē hūt ad ſolis motū annexionē: vt ſp linea medij mot⁹ ſolis ſit in medio īter cētrū epicicli lune ⁊ augē eccētrici eius: vel ſimul cum eis: vel in oppoſito amboꝝ ſimul exñtiū: ita q̄ i oī media ſolis ⁊ lune ꝯiunctione cētrū epicicli lune ⁊ linea medij mot⁹ ſolis ⁊ aux eccētrici lune ſint in vno pūcto zodiaci ſm lōgitudinem. Quare ſit vt in oīb⁹ quadraturis medijs eoꝝ cētrū epicicli lune ſit in oppoſito augis eccentrici ſui: ⁊ in omni oppoſitione media rurſus in auge.

℄ Manifeſtat quandā colligātiam ⁊ ordinē quā hūt tres enarrati orbes Lune ad Solē. 2° ex hoc duo infert correlaria eoꝝ aſſignās rōnem ibi [Unde pz rō.] Dicit itaq̄ ꝑ q̄ dicti orbes Lune.ſ. duo augē deferētes ⁊ eccen. deferēs epiciclum in eoꝝ motu talē habēt ad motum ſolis annexionē ⁊ colligātiam: vt ſemp ſcilꝫ linea medij motus ſolis ſit in medio per equidiſtantiam īter cētrum epi. Lune vel q̄ idē eſt lineam eius medij motus ⁊ augem eccē. eius: vel 2° ſimul cū eiuſdē iam dictis: ſeu 3° in eorūdem ſimul exiſtentium oppoſito. Que declarant̄ ſi 2ᵐ ſupponat̄ videlicet q̄ in omni ꝯiunctione media ſolis ⁊ lune ⁊ in omni oppoſitione eoꝝ media hoc eſt quando coniungunt̄ ſeu op

4
2
2 2
6 8

ponunſ medioꝝ motuum linee. Centrū epici. Lune ſit in auge: hoc Ptolo. 4° Almag. ⁊ 7° plane declarat: cū pluribus acceptū ſit ꝯſiderationibus. 2° ſupponaſ ꝙ ſi vna quātitas ſuperat aliā: ⁊ exceſſus media pars ex maiori ablata addaſ minori: ille fient equales adinuicē. ꝟ.g. in numeris. 10. excedunt. 6. per. 4. ſi duo que ſunt medietas. 4. addanſ. 6. ⁊ ab. 10. demanſ: duo numeri fient eq̄les. 8. ſcilꝫ ⁊. 8. Modo eodem in continuis patet. Quia nāq; linea. a b. ſuperat lineā. b c. exceſſu. d b. qui ſi p duo eq̄lia in. e. puncto diuidaſ: ⁊ medietas que eſt. e b. dēpta ex. a b. addatur. b c. linee ꝓuenient due quantitates. a d e ⁊. e b c. eq̄les. nam cū. a d. ⁊. b c. ſint equales ꝑ hypotheſim: eoꝝ ſingulis additis eq̄lis. e b. ⁊. e d. reſultabūt. a d e. ⁊. e b c. eq̄les ꝑ cōem animi ꝯceptionē in p° Euclidis: qbus manentib° declaraſ exēplariter ꝓpoſitū: deſcriptus circulo zodiaco in quo loca planetaꝝ capianſ: ⁊ eius cētro. a. ⁊ ſit media cōiunctio luminariū in. b. a b. ducta linea eoꝝ motuū medio: erit ꝑ ꝑmum ſuppoſitū Lune epici. in auge: quare cētrum epici. Lune linea mediȷ̄ motus ſolis: ⁊ aux Lune erūt ſil’ ⁊ in eodē pūcto zodiaci: ex quo ꝑ hec tria eadē trāſeat linea. hinc ꝟo epi. Lune ꝟſus orientē ad. c. moueaſ. 13. gra. aux ꝟo ꝟſus occidētem. 11. gra. ad. d. linea ꝟo mediȷ̄ mot° ſolis in medio amboꝝ exñs ꝟſus orientē vno gra. ꝓueniet in. e. ⁊ tūc eq̄diſtabit ab vtroq;: cū eni. b a. 11. gradus ꝯtinēs. b e. addatur



vni° gra. 12. gra. diſtantie augis Lune a linea mediȷ̄ motus ſolis reſultabit: quibꝫ gra. ſi demaſ ex. 13. gra. b c. motu. e c. Lune. 12. gra. relinquenſ: quare Epiciclus lune diſtat a linea mediȷ̄ motus ſolis. 12. gra. ſm ordinē ſignoꝝ: ⁊ totidē aux ꝯtra ordinē ſignoꝝ remota eſt ab eodē: eſt igiſ per equidiſtātiam in medio amboꝝ linea mediȷ̄ motus ſolis: qd̄ eſt ꝓpoſitoꝝ ꝑmū declaratū ex 2° ſuppoſito. Quare qñ linea mediȷ̄ motus ſolis diſtat a centro epici. Lune per quartā circuli que q̄dratura media dicitur. i. ſm medios mot° accepta: ab auge Lune ēt diſtabit quarta circuli: ſiqdē: vt ꝓbatū eſt media eſt per eq̄diſtātiā: qua de re epici. Lune ab auge eius remouebiſ duab° quartis: vel medietatē. ꝟ.g. linea mot° mediȷ̄ ſolis moueaſ in. f. ⁊ linea mediȷ̄ motus lune in. g. diſtās ab ea quarta circuli: erit lune aux remota eadem diſtātia in. h. ⁊. g h. eſt medietas: ſed h. eſt aux: igiſ. g. augis oppoſitū: in oib° igiſ quadraturis mediȷ̄s cētrū epici. lune in oppoſito augis ſituabitur. ¶ Notādum ꝙ etſi dictū ſit lineā mediȷ̄ motus ſolis vno gradu moueri: cū nō niſi. 59. m̄. ⁊. 8. 2. ⁊ lineā mediȷ̄ motus lune. 13. gradib°: cū eius motus ſit. 13. gra. ⁊. 11. m̄. ⁊ augē. 11. gra. cū vltra moueaſ. 12. m̄. hoc actū eſt grā exēpli ⁊ facilitatis: nā fuiſſet difficilius calculare etiam. m̄. ac. 2. cis: nihilominus cōputatis eadem reſultabit opatio. nam ſi ex motu vero epici. lune ꝫ totali medius motus ſo-




lis demātur: ⁊ idem motus Solis addaſ motui augi eſſe diſtātie. 12. gra. ⁊. 12. m̄. prouenient vt pꝫ. ¶ Tertiū probādum eſt ꝙ in omni oppoſitione media dictoꝝ: centrū epicicli Lune eſt in auge: qbus linea motus regularis ſolis opponiſ: vnde mota linea mediȷ̄ mot° ſolis in. c. cui opponatur linea mediȷ̄ motus Lune exiſtens in. i. erit diſtantia. c i. medietas zodiaci: ⁊ qꝛ aux ꝑ aliam mediam partē debet. a. c. elongari: erit etiā in puncto. i. cū due partes medie ꝑficiant totū circulū: in omni igiſ oppoſitione media cētrum epicicli lune in auge reperiſ: qd̄ eſt tertiū. ¶ Notādum ꝙ dixit ꝙ in omni cōiunctione media linea mediȷ̄ motus ſolis ⁊ lune: ⁊ aux ēt ſunt in eodē loco zodiaci ſm lōgitudinem: ⁊ ꝯſequenter coniunctione longitudinali cōiuncta: qꝛ zodiacus habet longitudinem ꝯtinentem. 360. gra. a ꝑncipio Arietis ad finē Piſciū numeratā: ⁊ latitudinem. 12. graduū a polo ad polū extēſam: in qbus duabus zodiaci dimēſionibus duplex ꝯiunctio fieri poteſt. prima eſt ſm longitudinē vt quādo ea que ꝯiungunſ ab initio Arietis equidiſtāt ſeu ſint ſub ecliptica ſeu non: ſed ad eādem ſiue diuerſas ꝑtes ab ecliptica remoueantur: ⁊ tali coniunctione inquit in ꝓpoſito ſolē ⁊ lunam ꝯiungi quādo dixit ſm lōgitudinē. altera eſt ꝯiunctio in zodiaco ſm latitudinē ꝯſideratā: que eſt quādo ea que ꝯiunguntur vel ſunt ſub ecliptica ambo: vel ab ea equalr̄ ad eādem partē remouenſ: ⁊ tali ꝯiunctione linea mediȷ̄ motus ſolis ⁊ lune ⁊ eiuſdē aux non ꝯiunguntur nec ſunt ſimul nec de hac ter. intelligit: qꝛ cum ſol ſemꝑ ſit in ecliptica non ſemꝑ qñ eſt ꝯiunctio lune cum eo ipſa eſt in ecliptica: ſed ſtat habere latitudinē. poteſt ⁊ tertia coniunctio intelligi que vera eſt ⁊ ſepius accidit: que eſt ſm longitudinē ⁊ latitudinem zodiaci: vt quādo ea que ita coniunguntur equaliter a ꝑncipio Arietis diſtant: ⁊ cum hoc vel ambo ſint in ecliptica: vel ambo ab ea diſtant equalr̄ verſus partē eādem: qua coniunctione ſole ⁊ Luna coniunctis accidit eclipſis Solis in aliqua parte terre: ⁊ ita patet tres eſſe ſpecies coniunctionis que ſimiliter ad oppoſitionē poſſunt adaptari. Nam eſt ſm longitudinem oppoſitio quādo vnum oppoſitoꝝ ſex ſignis cōmunibus ab initio Arietis magis alio remouetur: oppoſitio ꝟo ſm latitudinem lꝫ improprie poteſt eē quādo oppoſitoꝝ eſt diſtātia ab ecliptica equalis ad partes oppoſitas: vt puta ꝙ vnū ab ecliptica verſus ſeptētrionem: reliquum ꝟo verſus auſtrū equali diſtātia elongatur. tertia ꝟo oppoſitio ſm lōgitudinem ⁊ latitudinē eſt quādo ita oppoſitoꝝ alterum altero magis ſex. ſignis cōmunibus a principio Arietis elōgetur: ⁊ equaliter ecliptica ad partes oppoſitas: ⁊ quando eſt prima oppoſitio Lune ⁊ Solis ſcilꝫ tm̄ ſm longitudinem ambobus videlicet in ecliptica exiſtentibus ipſa Luna defectum luminis patitur. Licꝫ vt dictum eſt oppoſitioni hec diſtinctio improprie attribuatur.

¶ Unde pꝫ ratio cur medio motu ſolis ſubtracto a medio lune: remaneat media eoꝝ elōgatio: ⁊ ea duplata centrū lune ꝓueniat. Diſtātia nāq; linee mediȷ̄ mot° lune a linea mediȷ̄ motus ſolis ſm ſucceſſionē ſignoꝝ media vocaſ eoꝝ elōgatio. Diſtātia autē linee mediȷ̄ mot° lune ab auge eccentrici ſm ſucceſſionē: centrū lune dr̄ vel lōgitudo duplex aut duplex iterſtitiū. Patet etiā ꝙ i oi mēſe lunari centrū epicicli lune bis pertrāſit orbes augem eccentrici deferentes.

¶ Concludit duo ex his que dicta ſunt. Pro quorum primo eſt ſciendum ꝙ media elōgatio ſolis ⁊ lune eſt diſtan-


tis linee medij motus lune a linea medij motus ſolis: vt in hoc circulo ⁊ zodiaco ſit linea medij motus ſolis . a b. ⁊ linea medij mot⁹ lune. a c. arc⁹. b c media vocaſ ſolis ⁊ lune elōgatio. i. elōgatio ⁊ diſtātia linearū mediorum motuū ſolis ⁊ lune. Cētrū ſo lune dr̄ diſtātia linee medij motus vel centri epicicli lune ab auge eccētrici eius: vt in ſuppoſita figura



ſit aux eccētrici lune in pūcto. d. erit cētrū lune diſtātia. d b c. cuius diſtātie qr̄ finis ⁊ terminus eſt. c. cētrū epicicli. a d. inchoans. Cētrū dicta eſt a fine ⁊ termino. Et qr̄ cōprehendiſ ex duplici diſtantia equali. ſ. d b. ⁊ b c. (vt dcm̄ eſt) lōgitudo duplex ſeu duplex ſpatiū ⁊ iterſtitium dr̄. ℭ Hic declaratio patet rō duoꝝ canonū tabulaꝝ pro vero loco lune repiendo ſeruientiū: quoꝝ p̄mus eſt: ꝙ dēpto medio motu ſolis a medio motu lune remanet eoꝝ. ſ. ſolis ⁊ lune media elōgatio: vt p̄n° Arietis exiſtēte in pūcto. e. lune medius motus eſt. e b c. a quo dēpto medio motu ſolis. e b. remanet elōgatio media. b c. ⁊ hec eſt ratio p̄mi. ſecūdus canon eſt ꝙ ex media elōgatione mō reperta geminata centrū lune reſultabit: cū eni ex dictis ſit manifeſtū arcū. b c. ⁊ b d. eſſe equales: habito arcu. b c. ⁊ geminato: arcus. d b c. duplū: qḋ lune cētrum dr̄ ꝑuenire: qre patet rō 2ᵉ canonis; qui lȝ ſint diſtincti eoꝝ tn̄ alter ad reliquū ordināſ: vt primus ad 2ᵐ. ℭ Scd̄m corelariū: ſingulis mēſib⁹ lunaribus cētrū epi. lune bis ptranſit deferētes augem eccētrici. Eſt qdē mēſis lunaris ſpatiū tp̄is īter ꝯiunctionē lune cū ſole ⁊ imediate ſequentē: qḋ alio noīe dr̄ lunatio: in tali tp̄e epicicluſ lune bis eſt in auge: quādo. ſ. eſt media ꝯiūctio: ⁊ 2° qn̄ eſt media oppoſitio bis quoqȝ in oppoſito augis qñ ſcȝ ſunt q̄drature medie eoꝝ vt patuit ſupra: ſȝ qr̄ dicta puncta inuariabilia ſunt in his orbib⁹ ſi bis tranſit hec puncta: ⁊ orbes quoqȝ bis in menſe lunari pertrāſit. ℭ Idem alio modo declaraſ: nam ſi orbes augem deferentes non mouerenſ ſȝ ſtarēt ſolo eccen. moto: cētrū epicicli in vna lunatione ſemel trāſiret noīatos orbes: ſicut ſol ſemel in anno trāſit orbes augē ei⁹ deferētes: qr̄ illi orbes nō mouenſ ꝯtra motū ſolis: ſȝ qr̄ orbes hij Lune mouenſ ꝯtra motus epicicli ei⁹ equalr̄ a linea medij mot⁹ ſolis ſe elōgādo ſicut epicicluſ lune ab eadē: ſequiſ ꝙ bis pertranſibit illos.


ℭ Sed orbis quartus ꝯcentricus caput draconis deferens moueſ ſuper axe zodiaci circa centrū mūdi regulariter ꝯtra ſucceſſionē omni die naturali tribus minutis fere: ſecū tali motu ꝯtinue aggregatum ex tribus orbibus quos ambit circuducens.

ℭ Poſtq̄ȝ expoſuit motus augē eccētrici lune deferētiūȝ ⁊ deferētis epiciclū euſdē in p̄ſti parte motū quarti orbis. ſ. deferētis draconē lune notificet: ⁊ 2° duo infert correlaria ibi. Unde fit vt circūferentia. ℭ Pro p̄me partis euidētiori itellectu eſt intelligēdū: ꝙ ꝑpter eclipſes luminariū ⁊ alias apparētias in luna ſaluādas aſtrologi (veluti patet 4° Almag.) coacti ſunt eccētricum deferētem epi. non totalr̄ ſub ecliptica ſituare: imo ab ea dicunt remoueri ſm̄ alterā ptē; ꝟ ſuo ſeptētrionē ⁊ reliquā verſus auſtrū: quare eclipticā in duob⁹ pūctis oppoſitis ſecat: ⁊ ſpatiū ab vna ſectionū ad reliquā inter medietatē ecliptice ⁊ eccētrici interceptū draconis noīe appellant ꝑpter ſīlitudinē ſpatij illius cū dracone. Draco naqȝ ⁊ quilibet ſerpens eſt groſſus in medio ⁊ tenuis in extremitatib⁹: eodē quoqȝ mō ſe hēt ſpatiū illḋ: cū circa extrema ⁊ ſectiōes ad angulū deſinat. Sȝ qr̄ altera extremitatū draconis caput ⁊ altera cauda dr̄: eodē mō ſectionū haꝝ alterā draconis caput ⁊ caudā reliquā ſilitudinē ſeruantes noīant. Quaꝝ q̄ ſit caput diſtincte ⁊ q̄ cauda īferius patebit. Quoꝝ exēpla patent in hac figura. Eclipſes qdē p° ſūt declarāde: ⁊ p̄mo Lune. Eſt



enim eclipſis Lune eius obſcuratio: nā cū ſit corpus opacum de ſe lumē non habens: ſed illud a Sole recipiēs: qñ ita eſt ꝙ radij ſolares ad eam ꝑuenire non poſſunt: neqȝ lumē eclipſim patitur: impediunſ qdem radij ſolis (ne ad lunam ꝑueniant) a terra: que cum ſit denſa non ſinit penetrare eos ad Lunam imo refrangit ⁊ reflectit cauſans vmbram: quare quādo ipſa Luna vmbram terre ingrediſ lumine p̄uaſ ⁊ eclipſim patitur: ſed vmbra terre ſēꝑ proijcitur ad oppoſitū corporis luminoſi. vt patet per. 14. p̄e me ꝑſpectiue: patet ꝙ illa vmbra proijciſ in ecliptica procedēs in oppoſito ſolis cum ſol eclipticā nunq̄ȝ deſerat: quare ſi luna ſemꝑ eclipticam poſſideret: quandocūqȝ ſoli opponeretur: qḋ ſemel contingit in mēſe lunari: ſemper terre vmbram ingredereſ: ⁊ eclipſim totiens pateretur: ſed cuȝ oppoſitum ſit verum ⁊ manifeſtum: non in omni oppoſitione lunam eclipſari ꝯcedendum eſt non ſemꝑ in ecliptica eſſe: imo ad partes oppoſitas ab ea recedere: ⁊ ex conſequenti neqȝ ſuꝑficiem eccentrici in ſuperficie ecliptice eſſe imo adinuicem ſe ſecari. Hoc etiā manifeſtaſ per eclipſim Solis. Cauſaſ quidem ſolis eclipſis que eclipſis diciſ improprie vt erit planum propter hoc ꝙ luna inter noſtrūȝ aſpectum ⁊ corpus ſolare interponitur: ⁊ tunc cum opacitate lune ſolares radij non poſſunt ad nos multiplicari: ſolem non videmus: ⁊ ita eclipſatur: non quia lumine priuetur quia lucet per eſſentiam: nec aliquo modo priuari poteſt: ſed eclipſaſ improprie reſpectu noſtri: qui eius lumen videre non poſſumus: vnde potius dici debet ſolis abſconſio q̄ȝ eclipſis: adeo licet nobis ⁊ aliquibus habitātibus in aliquo climate ſit ſolis eclipſis: non tamen alijs morantibus in alijs climatibus: quia etſi luna interponatur inter clima aliquod ⁊ ſolem non tamen inter alia: vt declarabitur in de paſſionibus planetarū: adeo eclipſis dicta eſt improprie. Eclipſis autem hec tm̄ in coniunctione luminarium accidit: ſed quia non accidit in omni eorum coniunctione cum nos ſimus in terra ⁊ ſol in ecliptica: patet non in omnibus coniunctione lunam directe inter aſpectū noſtrum ⁊ ſolē interponi: neqȝ lineam a centro terre per ſoleȝ trāſeuntē ad eclipticā per lunam tranſiri: nō eſt igiſ luna ſemꝑ in ecliptica: neqȝ eccētric⁹ lune ſub ecliptica ſituatur:

¶ Sed cum luna in oppoſito ſolis ſit in ecliptica: ⁊ in in-terſectioni altera vmbꝛam terre ingredif ⁊ lumine ꝑuat⁊ eclipſaf. Et in ꝯiunctione qñ eſt in ecliptica ⁊ in reliqua ſe-ctionū (q: īter nos ⁊ ſolē directe ponif) ſolis lumine priua-mur: ⁊ ſol eclipſari vꝫ. Patet igif ꝑ vtriuſq; luminaris ecli-pſes lune eccētricū ab ecliptica remoueri ad ꝑtes oppoſi-tas ac eā ſecare ⁊ caput ⁊ caudā cauſare. ¶ 2° hoc idē ma-niſeſtant inſtrumēta vt armille Ptolo. qb⁹ acceperūt an-tiqui lunā non ſemꝑ ſub ecliptica moueri imo ab ea ad ſe-ptētrionē ⁊ auſtrum tēporib⁹ diuerſis declinare: q̄re mo-do eodē eius eccētricus declinat: ⁊ eclipticā in duob⁹ oppo-ſitis locis reſecat: ⁊ caput ⁊ caudaꝫ facit. ¶ Ulterius hijſ-met duob⁹ ſignis ꝑceperūt dictas ſectiones non ſemper in eiſdē locis morari: neq; eccētricū in eiſdē pūctis eclipticā ſecare. Per ꝑmū q̄dē ſignū: qm̄ cū eclipſes ꝯtingāt lumi-naribus in īterſectionib⁹ vel ꝓpe exiſtētibus: ſi he īterſectio-nes in eiſdē pūctis ecliptice ſemꝑ eſſent ⁊ nō mutarēt locū luminaria ſemꝑ in locis eiſdē eclipſes incurrerēt: ſeu in lo-cis parū diſtantib⁹: qḋ nō apparet: imo ꝯtrariū eſt verū: cū ⁊ ſint contēplatiue ſolis eclipſim p̄mo in Leone deinde in Cācro poſtea in Geminis: anno ꝟo ſequēti in Ariete ⁊ ſic de reliq̄s ſignis: ⁊ eclipſes lune ꝯſimilr̄ in diuerſis cōtinue locis dephēſe ſunt: has igif ſectiones mouenf: ſicut vtriuſq; luminaris eclipſes ꝯcludit ⁊ notū eſt. ¶ Scḋm ſignū ad idem ꝓbādum eſt ꝙ ſi duo circuli ſe ſecant: in pūctis ſe-ctionum ſe tangunt nullo mō ibi diſtātes: diſtant aūt ma-xime in duaꝝ ſectionū medio vt ex geometria notum eſt. ꝟ.g. dato ꝙ eccētricus lune ſecaret eclipticam in Ariete ⁊ Libra maxima diſtātia eēt in Cancri initio ⁊ Capricorni: que equalr̄ diſtant a duobus ꝑfatis pūctis: quare in pun-ctis medijs eccētricus ab ecliptica maxime diſtat: ⁊ quādo luna eſſet in illo pūcto medio hērēt ab eadē latitudinē vl-timā: ſed ꝑceperunt lunā non ſemꝑ habere latitudinē ma-ximam in locis ſemꝑ eiſdem: imo in alijs: quare coacti ſunt ꝯfiteri pūcta eccētrici maxime remotionis ab ecliptica va-riari ꝯtinue ⁊ moueri: q̄re ⁊ ſectiones: qḋ ēt adiuuat q: lu-na exiſtēs in ecliptica in altera eſt ſectionū: non tñ reperta eſt in eiſdē locis ecliptice: q̄re ⁊ ſectiones nō ſunt imobiles imo ꝯtinue varianf ⁊ mouenf: qḋ duo dicta ſigna conclu-dunt: lꝫ ꝑmum ſignū ſumptū ab eclipſib⁹ ſit efficacius vt vult Ptol. 4° Almag. cap̄ ꝑ: cū 2m ꝓpter diuerſitatē aſpe-ctus que maxima īuenif in luna poſſit falſificari: his autē dictis ſignis ꝑceperūt has interſectiones moueri verū etiā ꝯtra ordinē ſignoꝝ equaliter ſupra centro mūdi ſingulis diebus. 3. m̄. 2. 10. 3. 38. qui motus cum ſit diſtinctus a mo-tu eccentrici qui eſt ſm ordinē ſignoꝝ. 13. gra. in die. Tum q: nō ſunt equalis velocitatis. Tum 2° q: ſunt ad ꝑtes op-poſitas. Tum 3° q: vnus pōt eſſe abſq; reliquo: vt patet in figura hac. a b c d. in qua eccentricus eclipticam ſecat in pūctꝭ. a. ⁊. c. ⁊ pōt eccē. moueri mo-tu ꝓpꝰ vt d. i. a: a. i. b: b. i. c. ⁊. c. in d. mutetur abſq; aliq̄ variatione ſectionū. Eodē mō poterit ſe-ctio. a. ⁊. c. moueri abſq; ꝙ ec-cētric⁹ mo-tu ꝓpꝰ mo-



ueaf: ſꝫ āt medius ⁊ ſenſibilr̄ declaf theorica mōli ſpherica in q̄ mot⁹ draconis ⁊ eccētrici diſtincti ꝑcipiunf: q̄ theori-ca per nos eſt inuēta ⁊ facta: cū igif motus ſm ſucceſſionē eccentrici ⁊ motus draconis ꝯtra ordinē ſignoꝝ diſtincti ſint adinuicē: ⁊ eccētricus motū habeat ꝓpꝛium ſm ordi-nem ſignoꝝ (vt ex ſupius dictis liquet) non poterit per ſe ⁊ tanq̄ motu ꝓpꝛio motu draconis moueri ſiq̄dē vnum corpus ſimplex vnū tm̄ hēat motum ſimplicē ꝑmo de ce-lo: igif datur alius orbis motus hoc motu: qui ꝓpter hoc ꝙ mouet orbem eccētricum eſt ſupioꝛ eo: quare cōtinet ⁊ ꝯcludet aggregatū ex duob⁹ orbibus augē deferentibus ⁊ deferēte epiciclum lune qui mūdo ꝯcentricus eſt ſimpli-citer hoc eſt ſm ꝯcauam ⁊ conuexā ſupficiem: ꝯcauā qui-dem q: ꝯtiguaf cōuexe maioris orbis orbium augē defe-rētiū que ꝯcentrica eſt: ⁊ ſm ꝯuexam q: ꝯtigua eſt ſphere Mercurij: ⁊ eius ſupficies plana eſt in ſupficie ecliptice: et ſupra cētro mūdi equaliter mouef ⁊ ſup axe ʒodiaci ꝯtra ordinē ſignoꝝ. 3. m̄. 10. 2. fere in die: quo motu rapit tres orbes quos ambit: ⁊ ex ꝯſiti illas ſectiones. ꝟ.g. interſectio exiſtens in. e. puncto ecliptice: per motum huius orbis ra-pientis eaꝫ fiet in. f. ⁊ ita de alijs: vnde q: draco lune caput ⁊ cauda ꝓpter motum huius orbis mouenf non imerite caput draconis deferente eum appellauerunt.


¶ Unde fit vt circūferētia eccentrici ꝯtinue ſupficiē ecliptice in alijs ⁊ alijs pūct⁹ ei⁹ ver-ſus occidētē īterſecet. Sequif ēt vt tali mo-tu poli augē deferētium circa polos ʒodia-ci mouendo pariferias circuloꝝ deſcribāt.

¶ Concludit ex dictis duo: que clarius maniſeſtanf theori-ca ſpherica. Quoꝝ ꝑm̄ eſt: ꝙ ecliptica ſecaf ab eccentrico nō ſemꝑ in pūcto eodē: imo ſemꝑ alius ⁊ alius pūct⁹ ꝟſus occidētem ⁊ ꝯtra ordinē ſignoꝝ īterſecaf: q: iſto mō mo-uenf ſectiones: vnde in tꝑe quo ſectiones cōplebūt circula-tionē ecliptice q̄bus pūctus. a deferēte ſecabif. ꝟ. grā capi-te draconis exiſtēte in pūcto. e. ecliptice: pūct⁹ ille ſecatur. deinde eodē in. f. facto. f. pūctus ſecabif: ⁊ ita de oib⁹ alijs. ¶ Scḋm correlarium orbes augē deferētes ab ecliptica: ⁊ eoꝝ poli a polis ecliptice declināt: qui cū rapianf ⁊ mo-ueanf a dicto orbe ſup polos ecliptice: circa illos duos cir-culos (quoꝝ ſemidiameter poloꝝ eſt diſtantia) deſcribūt: ꝙ ſimile eſt motui poloꝝ ʒodiaci circa polos p̄mi mobi-lis circulos arcticum ⁊ antarcticum deſignando.

¶ Epiciclus aūt circa cētrum ſuū corpus lu-nare ſibi infixum in ſupiori parte cōtra ſuc-ceſſionem: in inferiori ſm: deferēdo mouef ſup axe ſuo orthogonalr̄ ſuper pariferiā ec-centrici iacēte: ita ꝙ ſuperficies plana circū-ferentie epicicli (quam cētrum corporis lu-ne motū epicicli deſcribit) in ſuperficie pla-na eccētrici maneat nuſq̄ ab eo declinans.

¶ Declarat qualr̄ epiciclus lune moueaf: ⁊ duo agit. ꝑmo enim exponit epicicli motus qualitatē. 2° ꝟo eiuſdē equa-litatē ibi [Circumuoluif tñ epi.] Dicit igif ꝑ ꝙ epiciclus deferens lunā in ipſo infixā. ſ. in ſupficie plana eius a polo vtroq; equidiſtante mouef in ꝑte ſuperiori ꝯtra: in iferio-ri ꝟo ſm ordinē ſignoꝝ: circa ꝓpꝛiū cētrū ꝓpꝛios polos ⁊ axem orthogonaliter ⁊ ꝑpendiculariter ſuper ſupficie; eccētrici iacētem: ⁊ q: axis eadē ꝑpendiculariter cadit ſuꝑ ſupficie epicicli eſt in ſuperficie eccētrici: ſequitur ꝙ ſuper-ficies epicicli (que deſcribitur a linea exeunte a centro epi-cicli per centrum lune in ꝑfecta reuolutione) ſit eadem cū ſuperficie eccentrici: neq; ab ea declinet: neq; eam inte-

ſecūdo ī luna exiſtēs in ſuꝑficie epicicli etiā eſt in ſuꝑficie eccētrici. ¶ Pro notitia dictoꝝ eſt notādum ꝑmo ex ſnīa Ariſtotelis 7° phyſi. ꝙ oīs mot⁹ circularis corporis non circūdantis centrū mūdi ſed totalr̄ extra illud: componit̄ ex duob⁹ motib⁹: tractionis videlicet ⁊ pulſionis: vt ſi voluat̄ rota circulariter mouēs vnā ei⁹ partē ad ſe trahit: reliquā ꝟo a ſe pellit: qui mot⁹ ad diuerſas ſunt poſitionis dr̄ias. tractio nāqꝫ ⁊ pulſio ad ꝑtes diuerſas terminant̄: vt ibidē inquit pħs: cū termin⁹ a quo pulſionis ſit termin⁹ ad quē tractionis. Cū igit̄ epiciclus totalr̄ exeat cētrū mūdi ⁊ feraf̄ circulr̄ ad diuſas dr̄ias pōnis mouet̄ ſm diuerſas eius ꝑtes: ꝑ alterā videlꝫ ꝟſus occidētē ⁊ ↄtra ordinē ſignoꝝ: ⁊ alterā ꝟſus orientē ⁊ ſm ordinē: ꝗre alius mot⁹ parti ſuꝑiori alius qꝫ iferiori ↄ̄dūs eſt: ⁊ iō dixit epiciclū ſm ꝑtes ſuꝑiorē ↄtra: ſm ꝟo iferiorem ſm ſucceſſionē ſignoꝝ moueri: pars aūt ſuꝑior ⁊ iferior diſtinguunt̄ in duob⁹ pūctis ↄtact⁹ a lineis ex cētro mūdi exeūtib⁹ ad zodiacū. ꝟ.g. in cētro. a. zodiac⁹. b c d. ⁊ epiciclus in eccētrico. e f g h. deſignet̄: ducant̄ due linee epiciclū in pūctis. e. ⁊. g. tāgētes a cētro exeūtes mūdi ad zodiacū que ſint. a e b. ⁊. a g d. Arc⁹. e f g. dr̄ ſuꝑior in quo luna ↄtra ordinē ſignoꝝ mouet̄: reliquus ꝟo. g h e. iferior in q̄ fert̄ ſm ordinē. nāꝫ luna i. e. pūcto exñs ſi ꝑ ſuꝑiorē arcū mota ꝑueniat i. f. ex b in. c. in zodiaco mutatur ductī lineis vera loca ei⁹ oñdentib⁹. inde ꝟo ſi ꝑuenerit ad. g. loc⁹ ei⁹



in zodiaco erit punctus. d. mota igit̄ per epicicli ſuꝑius e f g. in zodiaco. b c d. ſpatiū ↄtra ordinē ſignoꝝ deſcripſit: inde ꝟo nō amplius ↄtra ordinē ſignoꝝ moueri pōt: cū ter minus remotionis ſit pūctus ↄtactus. g. ſed ſi ad. h. veniat ⁊. e. per iferius epicicli ex. d. in. c. ⁊. c. in. b. mota erit ſm ordinē ſignoꝝ. pꝫ mō qualr̄ epiciclus ſm ꝑtes diuerſas ſuꝑemā videlꝫ ⁊ infimā ad ꝑtes oppoſitas ſm ⁊ ↄtra ordinē ſignoꝝ moueat̄. ¶ Sed aliqs in hoc loco poſſet rōnabiliter dubitare dicēs. Motus q̄ dr̄ pulſus ⁊ tractus ex ſnīa pħi 7° phyſi. ſunt violēti. nā diuidit pħs ibi motū violentum in motū pulſionis vectionis tractionis: ⁊ vertiginis: ſi epiciclus igr̄ mouet̄ motu vertiginis: ⁊ ex ↄ̄ñti pulſionis ⁊ tractionis violēter mouet̄: qđ de his corporib⁹ nō ↄuenit dicere: q2 motus eoꝝ non eēnt ꝑpetui: quare videt̄ ꝙ non ſit epiciclus. ¶ Ad qđ dđm: ꝙ ſi volumus noīare motū epicicli motū vertiginis ⁊ pulſus ⁊ tract⁹: impropꝛie noīat̄ cum huiuſ motus ꝑpꝛie fiant in his que a corporib⁹ mouent̄: vt patet in loco ꝓallegato: motus nāqꝫ vertiginis ꝑpꝛie qui eſt motus violentus reperit̄ tm̄ in his inferioribus corruptibilib⁹: quoꝝ cētrum eſt extra centrū mūdi: ⁊ ſunt grauia vel leuia. nam mot⁹ vertiginis cōponit̄ ex aſcēſu ⁊ deſcēſu ⁊ motu laterali vt pꝫ: quo motu ſi grauia moueātur: motus aſcenſus violent⁹ eſt eis: ſi ꝟo leuia eſt violētus motus deſcēſus: ⁊ ſimiliter lateralis: qđ de corpore celeſte neqꝫ graui neqꝫ leui dici nō pōt. ¶ Sed dicet aliquis: ad minus habet̄ epiciclum ſm diuerſas partes aſcēdere ⁊ deſcendere: hoc non negat̄ neqꝫ habet̄ pro incōueniēti: dūmodo talis mot⁹ non ſit per lineas rectas: vt ſuꝑa in theorica ſolis demōſtratum eſt. ¶ Secundo eſt notandum ꝙ cauſa quare luna ſuꝑa cētro mundi ſit inequalis eſt epi. nam ſi nō haberet epiciclū ſemꝑ vniformis eſſet eius motus: vnde cum cētrum epi. regulariter moueat̄ ſuꝑa centro mundi: ſi vbi eſt epiciclus eſſet cētrum lune ipſa haberet eius equalitatē: ꝙ aūt nō habeat hoc eſt ꝓpter motū quem habet in epiciclo qđ declarat̄: ſit zodiacus deſignatus ſuꝑa cētro. a. in quo 4°ᵒʳ equi ⁊ recti anguli pingant̄ in 4°ᵒʳ quartas zodiacū diuidētes: que ſunt. b c. c d. d e. ⁊. e b. ductis lineis rectis ab. a. ad hec 4°ᵒʳ pūcta: notū eſt 4°ᵒʳ angulos q̄ ſūt ad. a. ⁊ quattuor q̄rtas zodiaci epiciclo equalib⁹ tēporib⁹ pertrāſire. Scribatur igitur quater epiciclus i his ſingulis pūctis f. g. h. i. epiciclo. igit̄ in. f. exñte ſit luna in pūcto. k. epici. erit loc⁹. b. lune ⁊ epi. idē mo




to epi. hinc ad. g. ⁊ luna in. l. loco epicicli: mouebit̄ ꝟo locus eius in zodiaco. m. exñte: quare luna tardior eſt epiciclo: vt angulus in centro minor ⁊ in zodiaco minor arcus oñdit. Sed epi. 2° moto in. h. ⁊ luna a pūcto priori epici. ſi in. n. mota erit loco ⁊ vtriuſqꝫ. d. exñte: quare nūc velocius mota eſt ꝙ̄ epiciclus angulis ac lineis eiſdem vt ꝑus hoc manifeſtātib⁹. Sed epiciclus in. i. ⁊ luna in ſole trāſlata erit loco eius in zodiaco. p. velocius epiciclo hinc ꝟo epiciclus in. f. ⁊ luna in. k. tardius erit mota: q̄re cū epiciclus in centro mūdi ſit ſemꝑ eq̄lis ⁊ luna qñqꝫ eo tardior ⁊ aliqñ velocior patet ꝙ rōne motus epi. inequalr̄ mouet̄. Et hoc videmus de motu eius: cū aliqñ mot⁹ ei⁹ verus ſit. 12. gra. ⁊ minus: qñqꝫ plus. 14. cum epiciclus ſemꝑ. 13. gra. ⁊ 11. mī. moueat̄. Et ſi quis ſpeculet̄ in hoc exēplo comprehendet lunā in parte inferiori epicicli velocē: ⁊ tardam in parte ſuꝑiori eiuſdem ꝓpter cauſam ſuꝑius dictam.

¶ Circūuoluit̄ tm̄ epiciclus talr̄ vt ſuꝑ cētro ꝓpꝛio atqꝫ axe irregulr̄ moueat̄. Sꝫ hec irregularitas ad vniformitatē reducit̄ iſtā: vt a pūcto augis epicicli medie quicūqꝫ ſit ille quolibet die nālī tredecim gradus ⁊ q̄tuor minuta fere recedēdo regulariter elōgetur. ¶ Aux aūt media epicicli eſt pūctus circūferēntie epicicli: quē oſtēdit linea a pūcto diametraliter oppoſito cētro eccētrici ī circulo paruo ꝑ cētrum epicicli ducta. ¶ Sed aux epicicli vera eſt pūctus eiuſdē circūferentie quē linea a cētro mūdi per cētrū epicicli ducta idicat: he due auges vnus pūctus ſunt: cū cētrū epicicli in auge deferētis vel oppoſito fuerit. Alibi aūt vbicūqꝫ differūt. ¶ Ex iſtis pꝫ ꝙ nullus idē pūctus ↄcauitatis: in qua epiciclus ſituat̄: ↄtinue ſuꝑ augē epici


cli media ſiue ꝟa maneat. nã talis pũct⁹ ↄcauitatis q cẽtro epicicli exñte ĩ auge deferẽtis vel oppoſito ſup auge media epicicli ⁊ vera fuerit: ſemp(vbicũq; cẽtrũ epicicli ſit) p lineã ductã a cẽtro eccẽtrici per cẽtrũ epicicli determinaẽ. Talis aũt pũctus centro epicli alibi q̄ȝ in auge vel oppoſito exñte. nõ eſt ſuper augẽ mediã epicicli neq; verã: imo taȝ aux vera q̄ȝ media ſunt tũc ſub locis eiuſdẽ ↄcauitatis alijs. Tres nãq; linee ṗdicta pũcta oñdẽtes in cẽtro epicicli tũc ſeſe ſecabũt: erit tñ ita vt aux vera ſemp duȝ ab auge media differt ſit iter augẽ mediã ⁊ pũctũ ↄcauitatis ſub quo aux vera(dum cẽtrum epicicli in auge deferẽtis vel oppoſito fuerit)eẽ ſolet. Quare ſeqtur vt tã aux media epicicli q̄ȝ vera ↄtinue varienẽ. Inferẽ ex hoc etiaȝ q reuolutio epicicli circa cẽtrũ ſuũ cẽtro epicicli per ſupiorez eccẽtrici medietatẽ diſcurrẽte ſit velocior: per iferiorẽ ꝟo tardior.

¶ Declarat eq̄litatẽ mot⁹ lune in epi. Pro quo eſt notãduȝ q tã a cẽtro mũdi q̄ȝ a cẽtro eccẽtrici q̄ȝ ẽt a quocũq; alio pũcto ĩtra eccẽtricũ ſituato ineq̄lr diſtat epicicli circũferẽtia: eo q nullũ eoꝝ eſt cẽtrũ ei⁹: q̄re eiuſdẽ circũferẽtie pũctus maxĩe a cẽtro mũdi remot⁹ aſſignaẽ: qui aux vera epicicli eſt appellat⁹: aux qdẽ q̄ſi maxima eleuatio ⁊ pũctus maxĩe remot⁹: vera aũt eꝗ̄ a cẽtro mũdi accipiẽ: pũctus aũt epicicli eidẽ cẽtro mũdi maxime ꝓpinquus oppoſitũ augis vere noĩaẽ: q̄ duo p lineã rectã a cẽtro mũdi p cẽtrũ epicicli trãſeũtẽ inueniũtẽ: q̄ cũ ſecet epiciclũ in duob⁹ pũctis: ſectio ſupior aux: inferior ꝟo oppoſitũ augis dr̃. vñ in cẽtro. a. eccẽtricus. b. c. deſigneẽ ⁊ cẽtrũ mũdi. d. ⁊ ſup pũcto. b. epi. e f g h. ⁊ linea. d b b e. ducaẽ p cẽtrũ epicicli eũ in duob⁹ pũctis. e. ⁊. h. ſecãs dico pũctũ. e. a cẽtro mundi remotiſſimũ ⁊ lineã. d e. lõgiſſimã: ⁊. h. ꝓpinqſſimum ⁊ d h. lineam breuiſſimam. Nam ſi linea. d e. non ſit longiſſima: erit. d f. ⁊ producta. b f. linea: erit linea. d b e. equalis lineis



d b. ⁊ b f. q̄ȝ linee. d b. ⁊. b f. ex quo ſunt duo latera triãguli. d b f. ſunt lõgiora 3⁰ latere. d f. p. 20. ṗmi. igiẽ linea. d e. longior. d f. q̄re e. pũct⁹ augis vere. Siĩr ſi. d h. nõ eſt breuior: erit. d g. ⁊ ꝓducta linea. b. g. erũt duo latera. g d. ⁊. g b. lõgiora 3⁰. d b. ex. 20. ṗmi. ex qb⁹ dẽptis lineis. b g. b h. eq̄libus p diffinitionẽ circuli d g. adhuc lõgior remanebit q̄ȝ

d h. h. igiẽ eſt oppoſitum augis vere. Sed q: cẽtrum eccẽtrici (ſicut ſupra mõſtratũ eſt) circa cẽtrũ mũdi moueẽ circulũ deſcribẽdo: in quo ſi accipiaẽ punctus diametraliter oppoſit⁹ cẽtro eccentrici q ſit. i. ducta diametro. a d i. linea ab illo pũcto p cẽtrũ epicicli ducta vſquequo occurrat circũferẽtie Epicicli augẽ mediã ⁊ ei⁹ oppoſituȝ oñdet. vñ ſi ducaẽ dicta linea p cẽtrum epicicli ſecans ipm in k. ⁊. l. k. ẽ aux media: ⁊. l. oppoſitũ: qḋ eodeȝ mõ oñdiẽ. nã ductis lineis. i n m. c m. ⁊. c n. erit linea. i c h. eq̄lis lineis. i c. ⁊. c m. q̄ cũ lõgiores ſint linea. i m. erit linea c k. lõgior q̄ȝ. i m. ⁊ pũctus. k. aux: eodeȝ mõ q: linee. n i. n c. ſunt lõgiores linea. i c. dẽptis equalib⁹. c n. c l. linea. i n. per cõem ↄceptionẽ longior erit linea. i l: l. igiẽ eſt oppoſituȝ augis medie: que q̄re media dicaẽ patebit. Et q: eadẽ linea trãſit per augẽ eccẽtrici per cẽtrũ eiuſdẽ per cẽtrũ mũdi: ⁊ per pũctum dictuȝ diametraliter cẽtro eccẽtrici oppoſitũ ⁊ per oppoſituȝ augis: vt pȝ de linea b a d i o. nã oĩa hec quinque puncta in linea eadẽ reperiunẽ (vt ex theorica ſolis liquet) ſequiẽ centro epicicli in auge eccẽtrici vel in eius oppoſito exiſtente augẽ verã ac mediã ⁊ eaꝝ oppoſita non differre. nã lineę (quaꝝ altera a cẽtro mũdi altera ꝟo a pũcto oppoſito cẽtro eccẽtrici per cẽtrũ Epicicli ducunẽ) epiciclo in locis dictis exiſtẽte vniunẽ q̄re ⁊ termini vt q's per ſe poterit in ṗdicta figura intueri: ⁊ in ſequẽti. Q. ſi epiciclus extra hec duo loca ſitueẽ vt in puncto. a. q: linee que trahũtẽ p duo dicta pũcta ⁊ per cẽtrum eccẽtrici non vniunẽ: q: in cẽtro epicicli ſe ſecant diuerſos terminos habẽt ⁊ fines: ⁊ nõ ad pũctuȝ eundẽ deſinũt: q: tũc linee in medio ſe ſecãtes vnũ terminũ haberẽt qḋ falſum eſt: habebunt igiẽ tres terminos vt demonſtrat figura. a. Et q: vbicũq; ſit epiciclus linea que ducitur a centro eccentrici per eius cẽtrum: ſemp eſt equalis ⁊ nunq̄ȝ variatur terminus eius in cõcauitate epicicli. i. in qua ſituatur epiciclus ſemper erit idem nunq̄ȝ variabilis: qui ſemper eſt. b. Sed cum epiciclo exiſtente in auge ſeu in oppoſito: tres linee que ducuntur a tribus dictis punctis per cẽtrum epi. vniunẽ: idẽ erit terminus. b. ſ. oium earum: quare. b. punctus augẽ veram ⁊ mediã mõſtrabit: neq; he auges diſtinguenẽ: ⁊ eodẽ modo epiciclo in oppoſito augis exiſtente. b. erit ſemp idem pũctus triuȝ linearum: ⁊ conſequenter aux vera ⁊ media. Epi. ꝟo in. a. moto: erit punctus. b. non variatus: ⁊ aux vera. c. ⁊ media d. (que cum non ſint amplius eedẽ cum. b.) erunt variate ⁊ mote: quare tria puncta. 3. dictas lineas terminãtia differunt: ⁊. c. aux vera erit ſemp in eoꝝ medio: eo q centrum



mundi eſt in medio centri eccẽtrici ⁊ puncti concauitatis. Eſt ſciendum pũctus. b. qui terminat lineã exeuntẽ a centro eccẽtrici per centrũ Epicicli nunq̄ȝ variaẽ vt dicit Auctor: cuius rõ eſt q: linea exiens a cẽtro eccentrici terminata hoc puto. b. eſt ſemidiameter eccentrici, ideo vbicunq;

¶ Eq̄tio itaqȝ octaue ſphere ē arcus ecliptice mobilis inť caput Arietis mobilis ⁊ iterſectionē eiuſdē ecliptice cū eqnoctiali iterceptus. Sȝ mot⁹ acceſſus ⁊ receſſus eſt arcus circuli parui iter caput Arietis mobilis ⁊ iter ſectionē eq̄toris ⁊ circuli pui ꝑ medietatē circuli ſeptētriōalē ꝓgrediēdo. Hoc motu ꝯtingit vt ſtelle fixe videanť nūc moueri v̄ſus orientē: nūc v̄ſus occidētē: nūc motu veloci: nūc motu tardo. Nā cū fuerit caput Arietis mobilis i q̄rtis parui circuli ab eq̄tore videlȝ ꝓpe ſitus ꝯtactuū (de qbus diximus) tarde videnť moueri v̄ſus eā ptē: verſus quā eſt mot⁹ earū: cū tunc eq̄tio octaue ſphere parū creſcat aut d̄creſcat. Sȝ cū fuerit caput Arietis mobilis in alterutra ſectionū eq̄toris ⁊ circuli parui vel ꝓpe velociter moueri videbunť ſtelle ad eā ptē ad quā eſt motus earū: eo ꝙ ſub eiſdem ſitibus eq̄tio octaue ſphere plurimū creſcat aut decreſcat. Hinc diuerſitas manifeſta in motu eaꝝ iuēta eſt. Ptolome⁹ eñi eaꝝ loca tꝑe ſuo verificata cōparauit ad loca earū ab Hipparco ⁊ aliīs iuēta: reperitqȝ motas motu tardo videlȝ in centrū annis gradu vno. Nā tūc caput Arietis erat ſepatū a pūcto q̄rte circuli pui meridiane v̄ſus eq̄torē accedēs. Poſteriores vō dū magis accederet iuenerūt moueri in ſexagintaſex annis vno gradu. Nūc nr̄o tꝑe ſcilȝ anno dñi. M.cccclx. ſcḋm eſt caput Arietis ſeptētrionale fere ſexagintaſex gradib⁹ a ſectōe parui circuli ⁊ eq̄toris diſtās. Uñ ⁊ a ſectiōe ecliptice mobilis cuȝ eq̄tore nouē gradibus q̄dragintaocto minutis fere diſtat. Sectio igiť iā fit ſuper.xx. gradu.xīj. minuto Piſcium ecliptice mobilis. Maxia aūt equatio octaue ſphere ꝯtigit dū caput Arietis mobilis fuerit ſup pūctis q̄rtas circuli parui ab interſectiōib⁹ ei⁹ cum equatore diſtinguentibus: ⁊ eſt decem graduū q̄dragintaquinqȝ minutoꝝ. Unde quilibet punctus a decēnouē gradibus qn decim minutis Piſciuȝ vſqȝ ad decē gradus q̄dragintaquinqȝ minuta Arietis ecliptice mobilis pōt fieri in loco interſectiōis: q̄ eſt pūctus eq̄litatis vernalis: idē itelligēdū de pūcto eq̄litatis autūnalis ī arcu oppoſito. Conſtat etiaȝ pūcta tropica nō ſemper eſſe in capite Cācri aut Capcorni mobilis: ſed in pūctis ꝑ quartā a ſectione equatoris cū ecliptica mobili diſtātibus. Ptolome⁹

itaqȝ

Itaqꝫ iudicās ſtellas tēpore ſuo moueri ab occidente in orientē credidit vnum tm̄ eſſe zodiacū fixū.ſ.qui ſemper eandē haberet declinationē ab eq̄tore: ad qđ ſequit̄ id qđ dixit. Nā ex quo ſtelle meridionales a tropico hyemali recedētes accedebāt verſus pūctū equalitatis vernalis: ⁊ exiſtētes īter hoc punctū ⁊ tropicū eſtiuū in partē ſeptētrionis recedebāt ab eq̄tore: iudicauit moueri ſm̄ ſucceſſionē ſignorū. Sꝫ ſuppoſito hoc motu tēpore ſuo ī rei veritate mouebantur contra ſucceſſionē ſignorū ecliptice fixe: verū eſt tamen ꝙ propter equationē octaue ſphere tūc decreſcētē moueri viſe ſūt ad ſucceſſionē ſignoꝝ: eo ꝙ ī īterſectione ecliptice mobilis cū eq̄tore putabat eē caput Arietis zodiaci īmobilis: q̄ꝫ īterſectionē ſemp fixā exiſtimabat. Hūc motū ſequuntur omnes ſphere īferiores ī motib⁹ ſuis: ita vt reſpectu hui⁹ ecliptice mobilis ſint auges deferētiū ⁊ declinationes earū ſemp īuariabiles.

¶ Determinat de motu acceſſus ⁊ receſſus magis practice ad operationem dirigendo. ¶ Pro quo aduertendum eſt ꝙ Thebit nō conſiderat tm̄ motum in longitudine zodiaci qui a motu acceſſionis cauſatur ⁊ receſſionis: immo pꝛincipaliter motū in latitudine a ſeptentrionē ad auſtrū ⁊ econuerſo: quia diuerſam ſortitur declinationem: quia Ariete a ſeptentrione ad auſtrum mutato plurime ſtellarum vel mutant declinationem ⁊ latitudinem: vel eam variant per augmentum ⁊ decrementū. Quo fit vt ſole exiſtente in pn̄° Arietis primi mobilis tam latitudinē q̄ꝫ declinationem contingit obtinere ad vtrāqꝫ partē: qua de cauſa diuerſatur eius altitudo in meridie vt inquit idem 3° cap̄lo ponens vtilitatem ſcientie huius motus. Licet enim ſit in pn̄° Arietis primi mobilis ſi ſeptentrionalis ſit ab eq̄tore altitudinē poſſidet maiorē q̄ꝫ ſi non declinaret: ⁊ quanto declinat magis: tanto maior eſt altitudo: econuerſo ſi ſit auſtralis: q: tunc altitudo eius minor eſt q̄ꝫ ſi eſſet in equatore: ⁊ tanto minor quanto ab eo ad auſtrū magis declinat. 2° diuerſat̄ quantitas arcus diurni ⁊ nocturni: eſt enim maior arcus diurnus ſi ſol ſit ſeptentrionalis q̄ꝫ ſi precise eſſet in equatore: ⁊ nocturnus minor. Si vero ſit meridionalis accidit oppoſitum.ſ.ꝙ nocturnus maior ⁊ minor diurnus. Et conſequēter dies diuerſantur cum noctibus ſuis in quantitatibus eorum: ſunt enim tāto maiores dies noctesqꝫ minores q̄ꝫto polo arctico ꝓpinquior ſit. Diuerſantur 3° altitudines ſtellarum ſecundum ꝙ ſeptentrionales fiunt vel meridionales magis: vt dictū eſt de ſole: ⁊ ſimiliter arcus diurni ⁊ nocturni: vel qui ſupra orizontem ⁊ ſub eo deſcribūtur. 4° diuerſantur ſigna in ortu ⁊ occaſu propter motum a polo ad polum: quorū non pono exempla cum parum exercitato in ſphera materiali: per ſe nota ſiant. ꝓpter iſta igit̄ non ſufficit ſcire loca ſiderum in lōgitudine: imo latitudinē ⁊ declinationē eoꝝ ſcire opꝫ. Solis aūt ⁊ fixarū ſtellarū declinationes variantur propter declinationes Arietis mobilis ⁊ latitudines ⁊ he variantur ꝓpter eiuſdē diſtantiā a ſectione ecliptice mobilis cū eq̄tore. naꝫ q̄n nihil diſtat ab hui⁹ ſectione declinatio nulla eſt: ⁊ q̄n maxime diſtat: declinatio reperit̄ maxima: igit̄ habitis locis ſtellarū fixarū ⁊ ſolis opꝫ habere hui⁹ diſtantiā: que eq̄bit oēm earū declinationē mō quē inferius exponā. Hui⁹ igit̄ diſtantia Arietis a ſectione ecliptice mobilis cum eq̄tore eq̄tio vocat̄ octaue ſphere: vt in prima figura capite Arietis in.n. ⁊ ſectione.ſ. totus arcus.ſ n. eq̄tio dr̄: fit aūt ⁊ inuenit̄ hec eq̄tio mediāte motu acceſſus ⁊ receſſus: ſi nāqꝫ Aries mobilis non moueretur in paruo circulo ſemp eſſet in ſectione eq̄toris cū ecliptica: q̄ de re non eſſet eq̄tio: vnde ſi libeat eq̄tionē inuenire pꝛius opꝫ motū acceſſus ⁊ receſſus ſcire. Eſt igit̄ motus acceſſus ⁊ receſſus arcus circuli parui a ſectione ei⁹ cū eq̄tore occidētali vſqꝫ ad dcm̄ Arietē ītercept⁹ ꝑ medietatē ſeptentrionalē q̄liter mouet̄ caput Arietis. v̄.g. capite arietis in.n. exiſte erit motus hic.m n. Incipit aūt a ſectione q: ibi exiſte capite Arietis nulla cōtigit ꝓdicta eq̄tio: ⁊ lꝫ eq̄tio nulla fiat tā in ſectione.m. occidentis q̄ꝫ.o. orientis ab m. tn̄ potius ichoat q: ide pn̄ᵐ Arietis verſus ſeptētrionē mouet̄ ad nos approximquando. Reperitur (vt dcm̄ eſt) eq̄tio per motū acceſſus ⁊ receſſus: nam cū hic nullus eſt Arietē in.m. ſectione denotans eſſe: vel ſex ſignoꝝ ſignificans eſſe in reliq̄.ſ.o. eq̄tio nulla eſt. Quādo vō motus talis denotat eūdē. Arietē eſſe in pūctis cōtactuū in.n. maxime eſt que eſt.ſ n. vel in.p. que eſt. p b. que eē equales eē patuit ſupra.ſ.10.gra.45.m̄. ¶ Qualiter aūt motus ſolis ⁊ ſtellarū fixarum equat̄ hac eq̄tione reſtat ſubiungere de mente Thebith: etſi Auctor non dicat in lr̄a. Si enim ſol moueret̄ cōtinue ſub ecliptica fixa: q̄n eſſet in pn̄° Arietis nullā haberet declinationē: ſed q: eſt continue ſub ecliptica mobili que ſub fixa non ſemp ſituat̄: ſtat ꝙ ſit in Ariete pmi mobilis ⁊ patiat̄ latitudinē: vt ſupra dcm̄ eſt. v̄.g. in prima figura ſi ſol ſit in pn̄° vtriuſqꝫ Arietis ⁊ mobilis Aries ſit in.n. cum ſole: notū eſt ꝙ declinationem patit̄ ſeptentrionalē: que tāta eſt q̄ꝫta eēt ſi delatus ſub ecliptica fixa tantū diſtaret ab initio Arietis fixi quantū nūc remouet̄ a ſectione: remouet̄ aūt a ſectiōe arcu.ſ n. ſi poſit⁹ ſub ecliptica fixa eq̄li remoueretur remotione ab.a. loco eius vero hāet tāta ꝑciſe declinationē quātā nūc hꝫ: haud alr̄ ſi eſſet in.p. ēt initio Arietis habēs declinationē auſtralē tātā quātā hāet ſi delatus ſub ecliptica fixa v̄ſus auſtꝝ eq̄li remotione diſtaret ab initio Arietis fixi. v̄.g. ī tali caſu remotus ē ab ecliptica īterſectione cū eq̄tore arcu.p b. ſi igit̄ ponat̄ in ecliptica fixa tātū diſtās ab.a. eq̄lē hāet declinationē quā nūc hꝫ: ⁊ igit̄ tūc ab eius vero motu eq̄tio ſi demat̄ remanet in tali ſitu quātā declinationē hāet. Et ideo canon eſt ponendus: q̄ñcūqꝫ motus acceſſus ⁊ receſſus eſt minor ſex ſignis vt.m n. Aries habet declinationē ſeptentrionalē: q̄re eq̄tio addi debet: vt habeat̄ punctus ecliptice fixe ad ſeptētrionē declinās tātum quātū Aries mobilis. Si vō motus ꝓdict⁹ eēt plus ſex ſignis vt.m n p. Aries mobilis meridionalē hāet declinationē: q̄re eq̄tio demi debet: ⁊ habebit̄ fixe ecliptice punctū tante declinationis: quāta eſt Aries mobilis in hoc ſitu: huius mot⁹ fundamēto oīa que antiqui perceperūt de motu octaui orbis. Thebith verificare conat̄ ⁊ ſaluare. viſe ſunt etenī pꝛioribus (vt patuit) ſtelle fixe retrograde q̄nqꝫ: ⁊ aliq̄n directe. Tarde quādoqꝫ ⁊ veloces: qđ cōtingit ꝓpter variationē ſectiōis ecliptice mobilis cū eq̄tore: illi nanqꝫ non percipiētes eclipticā moueri hui⁹ motu immo credētes eq̄torē ſemp in capitibus Arietis ⁊ Libre ſecare: ⁊ videntes ſtellas ex auſtro per eq̄torē trāſire in aquilonē ⁊ ecōtra: iudicabāt hoc fieri motu in longitudine: quo ſuppoſito capite Arietis in p. exiſtente fiet ſectio in.b. ⁊ ſtelle in tali loco meridionalem declinationē habēt. Sed Ariete facto in.n. ⁊ ſectione mutata in.ſ. ſtelle ille facte erunt ſeptentrionales: ⁊ iſti dicunt motas eſſe in lōgitudine ⁊ ſectionē Arietis ptrāſiſſe eē: ſicut credidit Ptolomeus ꝙ ſtelle ſm̄ ordinē ſignorū mouerent̄: cum Aries tempore ſuo eſſet prope. p. accedēs

ſectioni: ⁊ conſequenter ſtelle meridionales ad boreaꝫ mouebantur cū in veritate ſecundū qualitatē huius motus Aries moueretur eo tempore contra ordinem ſignorum: tamen propter hoc ꝙ accedebat ſectioni ⁊ equatio meridionalis minor fiebat cenſebantur ordine ſignorum moueri: quādo vero Aries eſt in .n. ⁊ per .o. mouetur in .p. quia ſectio (que fiebat in .ſ.) facta eſt in .b. ⁊ ſtelle ſeptētrionales ad meridiem mote ſunt alij exiſtimabant eas retrogradari ⁊ motas eſſe cōtra ordinē ſignorum. Quādo vero Aries eſt in parui circuli punctis .n. ⁊ .p. cōtactum ſeu prope: quia tūc parum appropinquat vel remouet ab equatore: ⁊ cōſequēter equatio paruuꝫ creſcit vel decreſcit tarde moueri viſe ſūt: qua de cā Ptolo. comparās loca ſtellaꝝ ab eo inuēta ⁊ verificata locis earū ab hipparco cōſiderans inuenit motas eſſe tarde .ſ. 100. annis gradu vno: et quo tempore caput Aries erat ꝓpe punctum cōtactus meridionalis .ſ. p. ab eo ſeparatus: ⁊ verſus .m. mouebat: quādo vō idem eſt ꝓpe ſectionē parui circuli cū equatore velocius moueri videt: quia magis appropinquat equatori vel ab eo elongat: quare equatio multū minuitur vel auget: vt pꝫ in figura. Et iō poſteriores Ptolomeo inuenerunt eas velocius moueri .60. annis gra. vno vt dictum eſt de opinione Albategni: cuius ratio eſt quia tempore eoꝝ Aries magis propinquus erat ſectioni parui circuli cū equinoctiali: vbi magis ſectioni ecliptice cū eodem ⁊ cōſequēter Arieti ſtelle fixe meridionales appropinquare videbātur. Poſt hos vero tpe Auctoris anno nr̄e ſalutis .1460. Aries ſectionem trāſiens in ſeptētrionē motus eſt ab eadē ſectione parui circuli cuꝫ equatore 66. gradibus diſtās: vnde equatio eſt ſeptentrionalis .9. gra. 48. mi. hoc eſt diſtat .9. gra. 48. mi. a ſectione ecliptice mobilis cum equatore: quare talis ſectio fit in Piſcium .20. gra. mi. 12. Et ita patet ꝙ ab illo tēpore vſqꝫ ad tēpus Auctoris magna velocitate declinationē acquiſiuit ſeptentrionalem: ⁊ ſtelle fixe velociter moueri viſe ſunt ſm ordinem ſignorum. Et ita Thebith ſaluat velocitatem tarditatem: directionē ⁊ regreſſionē ſtellarum cū huiꝰ motu octaue ſphere. Uerum an hec opinio poſſit ſuſtentari: ⁊ an ſaluet apparētias nō oportet impreſentiarum diſcuti: quia fortiſſima rōne cōſtringi poſſet: ꝓcipue ratione motus in longitudine qui apparet in ſtellis fixis: quo fit ꝙ caput Arietis mobilis magis remouetur a ſectione ecliptice cuꝫ equatore ⁊ maiorem acquirit declinationē quā dicat Thebith. Similiter nō eſt hic dicēdū an opinio Thebith conueniat cum opinione modernoꝝ in ſituando caput Arietis mobilis in paruo circulo ⁊ in equalitate motus eius: quia pꝫ hoc tā ex dictis ſupra ꝙ̄ ex tabulis Alphonſij de motu octaue ſphere ⁊ ex tabulis ipſius Thebith de motu acceſſus ⁊ receſſus. Hoc autem ſcire opꝫ: ꝙ eo motu vel illis motibus quibus mouet octaua ſphera: mouent et orbes deferentes auges planetarum (vt ſepius dictum eſt) iō in tabulis ſi libeat loca augium reperire: opꝫ motus octaue ſphere ꝑus calculare: ſiue moueatur vnico tm̄ motu in longitudine: ſeu acceſſus ⁊ receſſus: ſiue vtroqꝫ: quod valde difficile eſt contemplari ⁊ ſcire: ⁊ (vt reor) illi tm̄ eſt notū per certitudinem qui creauit octauā ſpherā ⁊ cetera corpora celeſtia: ⁊ dedit illis motus ſm ꝙ placuit ſublimi maieſtati eius: qui eſt glorioſus ⁊ benedictus in ſecula. Amen.


¶ Theoricarū nouarū planetarū ⁊ octaue
ſphere cū expoſitione dñi Joānis Ba
ptiſte Capuani de Manfredonia
Canonici Regularis San
cti Auguſtini Epiſcopi
Cōgregatiōis La
teranenſis
Finis.

¶ Incipit liber Ptolomei de Speculis: q diuidit in duos libros. Liber ꝑmus.


Duobus ſenſibus exiſtētibus per quos fit via ad ſapientiā ſm Platonē: auditu .ſ. ⁊ viſu: Amborū ſpeculatio de hijs q̄ auditꝰ muſica cōſiſtit ſymphoniarū: ⁊ armoniaꝝ ſciētia: ⁊ vt ſūmatim dicat: melodioſe ⁊ armoniꝫate nature ſpeculatio: de eo n. qđ ē coordinatū eē ſꝫ muſicā armoniā multa ⁊ varia ꝓdūt ratiocinatio. Diſtributo enī celo toto i ſpheras octo numero. videlicet in ſeptem planetarum: ⁊ in continentē omne: ⁊ ferentem nō erraticas: accidit in ipſis proceſſum aſtrorū melodioſum: ⁊ armoniꝫatū exiſtere ꝓpter cōſonū vigorem motuū inter ipſa ſicut ⁊ in inſtrumento lyre melodiꝫant chorde. Sonos enī quoſdā intelligere opꝫ proceſſu aſtroꝝ per aerē: ⁊ quidē grauiores ipſorum: hos aūt magis acutos ſicut hec qdē tardiorē: hec celeriorē faciunt motū. Quo ergo mō pulſa chorda fluctuantē intelligimus aerē: ita ⁊ aſtris per ꝫodiacū delatis cogitare: opꝫ alteratū ⁊ tranſmutantē cōtinue aerē bonā ꝯtēperantiaꝫ nobis exhibere. Negociū aūt qđ circa viſus diuidit i opticū .i. viſuā: ⁊ diopticū .i. ꝑſpectiuaꝫ: ⁊ catoptricū .i. inſpectiuū negociū: ⁊ opticū qdē opportune ab his qui ante nos deſcriptuꝫ eſt: ⁊ maxime ab Ariſtotele. De dioptico aūt a nobis in alijs dictuꝫ eſt copioſe quanta videbant. Uidētes aūt ⁊ catoptricū negociū eſſe dignū ſtudio: ⁊ habere quādā admirabileꝫ ſpeculationē. Per ipſuꝫ enī cōſtituunt ſpecula oſtēdētia dextra ⁊ ſiniſtra. Similr ſiniſtra cōibꝰ ſpeculis cōparātibꝰ nāe ⁊ ꝯ̄ria oſtendētia. Eſt aūt per ipſa videre poſteriꝰ apparētes: ⁊ ſe inuerſos: ⁊ ſup capitales habēteſqꝫ tres oculos: ⁊ duos naſos: ⁊ luctꝰ inſtat diſpſis partibus faciei. Nō aūt ad ſpeculationē vtilis exiſtit tm̄: ſed ⁊ ad opportunitates neceſſarias. Quomō enī nō bene vtile exiſtimabit quis: degētes in habitatione aduerſa videre ſi contingat pſētes in vijs quot ſint: ⁊ qd agentes exiſtāt? Aut quomō nō vtiqꝫ admirabile exiſtimabit aliqs cōſiderare ꝑ ſpeculū nocte: ⁊ die inſtātē horā per apparētia idola? Quot enī noctē aut die exiſtant hore tot ⁊ idola apparēt. Et ēt ſi ꝑs diei exiſtit: ⁊ idolū appebit. Quomō ēt ⁊ nō mirabile exiſtimabit qs per ſpeculum neqꝫ ſeipſum: neqꝫ aliū videre: ſolū aūt qđcunqꝫ qs elegerit. tali igitur exiſte negocio puto neceſſariuꝫ exiſte accepta ab his qui añ nos deſcriptione ſignificari: vt in nullo deficiat negocium.

¶ Dubitatū eſt vtiqꝫ fere ab oībus q de dioptico: ⁊ optico ſcripſerūt negocio: ꝓp quam cām in ſpeculis radij a nobis incidētes refringunt: ⁊ refractiones in angulis equalibus faciunt. Qđ aūt ſm effuſiones rectaruꝫ a viſu videamus ſi ꝯſideret. Omnia enim q̄cūqꝫ ferunt cōtinua velocitate: hec in recta linea feruntur: ſicut videmus ſagittas emiſſas ab arcubus: ꝓp violentiā enī emittenteꝫ conat qđ fert ferri linea breuiſſima in diſtātia nō habēs tēpus tarditatis: vt ⁊ feratur linea maiori: ⁊ diſtantia nō ſuncte violentia trāſmittētes ꝓp qđ vtiqꝫ pꝫ velocitatem conat breuiſſima fieri: recta aūt lineaꝝ habe eadē vltima eſt minima. Qđ aūt ⁊ radij emiſſi a nobis velocitate infinita ferant hīc eſt addiſcere: qn̄ .n. poſt clauſurā oculorū reſpexerimus ad celū nō fit aliq̄ diſtātia tēporis ꝑtingentie ipſoꝝ ad celū ſimul aſpicere videmus aſtra cū tn̄ vt eſt dcm̄ ſit diſtantia infinita. ⁊ ſi ergo maior vtiqꝫ eſſet vtiqꝫ hec diſtātia idē accideret vtiqꝫ: vt ex hoc palā fit ꝙ velocitate infinita emittunt emiſſi radij: ꝓp quod interruptionem nō hīt: neqꝫ circuitionē: neqꝫ fractionē acapiēt aliquā


aliq̃. Minima aũt. ſ. recta ferentur. Quod quidem igiť ſecundum rectam videamus ſufficienter dictũ eſt. Quod autem radij incidentes ſpeculis adhuc autem ⁊ aquis: ⁊ omnibus planis corporibus refringuntur nunc oſtendemus. Politorum enim corporum natura exiſtit in ſuperficies ipſorum ſpiſſas eſſe. Specula igitur ante politionem quidem habebant aliquas raritates quibus radij incidẽtes non poterant repelli. Poliuntur autem atritione qua tenus loca rara repleanť a ſubtili ſubſtantia: deinde ſic incidentes radij ſpiſſo corpori reſideant: puta ligno alicuiꝰ aut muro: molli autem lane aut alij tali: que ⁊ quia vis emittentes aſſequitur: ⁊ in duo quidem cedere non potens adhuc proſequi ⁊ mouere emiſſim: molli autem incidens iacet: ⁊ abſcedit ab emiſſo. Eodem modo ⁊ radij multa velocitate delati vt demonſtratum eſt: ⁊ apulſi ſpiſſo corpori refringuntur: in aquis autem ⁊ vitris omnes refringuntur: quia habent vtraſq̃ ſubſtantias raritates: cõponunturq̃ ex ſubtiliũ partiũ rebus: ⁊ ſolidis corporibus: per vitrum enim ⁊ per aquas videmus noſipſos: ⁊ vltra iacentia: in perluſtris etiam aquis que in fundo videmus: ⁊ per vitra: ⁊ que vltra iacent. Quicunq̃ enim radij ſolidis corporibus incidunt ipſi repulſi refringuntur: quicunq̃ autem per rara corpora penetrant ipſi vltra iacentia vident: propter quod vtiq̃ in talibus non perficere videntur que repreſentantur: quia non omnes radij ad ipſa referuntur. Sed quidam vt dictum eſt per raritates exterminant: quod quidem igitur incidentes politis corporibus refringuntur ſufficienter demonſtratũ eſſe putamꝰ. Quoniam autem ⁊ refractiones faciunt in angulis equalibus in ſpeculis planis ⁊ circularibus per eadẽ demõſtrabimus celeritati incidentie ⁊ refractionis. Neceſſarium eſt rurſum per ipſas minimas rectas conari. Dico igitur ꝙ omnium incidentium ⁊ refractorum in idem radiorum minimi ſunt qui ſecundum equales angulos in ſpeculis planis ⁊ circularibꝰ: ſi autem rationabiliter refringuntur.




Sit enim ſpeculũ planũ. a. b. viſus autem ſignũ. g. viſum aũt d. ⁊ incidat ipſi radiꝰ. g a. ⁊ copuletur cum. a d. ⁊ ſit equalis angulus. e a g. angulo. b a d. ⁊ alius radius ſimiliter icidat: ſcilicet. g b. ⁊ copuletur cũ b d. Dico ꝙ minores ſunt. g a. ⁊. a d. q̃. g b. ⁊. b d. Ducatur enĩ ſuper. a b. perpendicularis. g e. ⁊ ducatur. g e. ⁊. d a. ad. 3. ⁊ copuletur. 3 b. quoniam equalis eſt q ſub. b a d. hoc eſt q ſub. 3 a e. ei qui ſub. e a g. que autẽ. 3 b. ipſi. b g. Quoniam igiť minor. 3 d. q̃. 3 b. ⁊. b d. eq̃lis aũt. 3 a. ipſi. a g. que aũt. 3 b. ipſis. b g. minores. ẽ ſũt. g a. ⁊. a d. q̃. g b. ⁊. b d. Quia enĩ eq̃lis eſt qui ſub. e a g. ei qui ſub. a d. ſed angulo qdã qui ſub. e a g. eſt minor. e b g. angulo aũt q ſub. b a d. ẽ maior q̃ ſub. h b d. multo ergo maior qui ſub. h b d. q̃ qui ſub. e b g. Sit aũt ſpeculũ circulare cuius periferia ſit. a b. viſus aũt. g. viſuũ. d. ⁊ incidant in equalibus quidem angulis. g a d. in inequalibus autẽ. g b. ⁊. b d. Dico ꝙ minores ſunt. g a. ⁊. a d. q̃. g b. ⁊. b d. Ducať enĩ contingẽs. e a 3. equalis ergo eſt. e a g. qui ſub. 3 a d. Si ergo copuletur. 3 d. ꝓpter paulo demonſtratũ minores ſunt. g a. ⁊. a d. q̃. g 3. ⁊. 3 d. que autẽ g 3. ⁊. 3 d. ſunt minores. g b. ⁊. b d. que ergo. g a. ⁊. a d. ſunt minores. g b. ⁊. b d. vniuerſaliter igitur in ſpeculis: ⁊ ſiue in angulis equalibus refringi poſſunt radij incidentes opꝫ conſiderari in ſpeculo ſignum: vt radiusꝰ a viſu incidens: ⁊ refractus ad id quod videtur faciat ſimulť vtrũq̃. ſ. incidentem: ⁊ refractũ minorem omnibus ſimiliter incidẽtibus ⁊ refractis.



¶ In planis ſpeculis eſt aliquis locus quo apprehenſo non adhuc videtur idolũ. Sit enim ſpeculũ planum. a g. aut in recta ſibi oculus autẽ. b. viſibile autẽ. d. ⁊ perpẽdiculares ducantur ad ſpeculum. a d. ⁊. b g. ⁊ ſecetur. a g. in. h. ita vt ſit vt. a d. a d b g. q̃. a h. a d. h g. ſi eo apprehenſo loco h. nõ adhuc videtur. d. Copulentur cum. b h. h d. propter proportionem atq̃ ſimilia erunt trigona. eq̃lis enim eſt angulus. e. angulo. 3. quare ꝑ ſignũ. h. apparebiť. d. apprehẽſo. ergo loco teram: vel aliquo alio non adhuc videbitur. d. Si autem ſignũ. h. excidat a ſpeculo apparebit idolũ in ſpeculo: omnes enĩ radij incidẽtes ſpeculo in angulis eq̃libus refringentur. In ſpeculis planis viſus refracti neq̃ concurrent inuicem: neq̃ equidiſtantes ſunt. Sit enim ſpeculum planum. a g. viſus autem. b. ⁊ incidant. g d. ⁊. a e. equales ergo ſunt anguli. 3. ⁊ maior autem eſt angulus. 3. angulo. k. hoc eſt angulo m. maior ergo eſt angulus. t. q̃. m. ergo. g d. ⁊. a e. neq̃ equidiſtantes ſunt: neq̃ concurrunt verſus. d e. In ſpeculis conuexis viſus refracti neq̃ concidunt inuicem: neq̃ equidiſtantes ſunt. Sit enim ſpeculum conuexum. a b g d. viſus autem. c. ⁊ incidant radij. e g. ⁊. e b. refringantur enĩ. g 3. ⁊. b h. equalis ergo eſt angulus gdez. t. angulo. l.







⁊ angulus.m.angulo.t.ꝓpter hoc itaq; maior eſt angulus.o t.q̃ ſit.x.Ergo.g z.⁊.b h.neq; equidiſtātes ſunt neq; concidunt ex parte.z b.

℄ Explicit liber primus.Incipit.Secundus.


IN ſpeculis concauis quādo oculus ſuper centrū poſitus fuerit viſus refracti ad oculum refringentur.Sit ſpeculum concauum.a g d.cuius centrum.b.apud.b.autem iaceat oculus:⁊ incidāt radij.b a b g. equales.ergo ſunt refractiones.ergo facient angulos apud pariferiam quia anguli ſemicirculorum equales ſunt:refractiones ergo in ipſis.b a.b g.b d.erunt apud ſignum.b.ergo concurrent hoc eſt apud oculum.Ex hoc autē manifeſtū eſt q̄ ſi fiat ſpeculū cōcauum velut ſpherē in ſphere autē centro oculus poſit⁹ fuerit:nihil aliud q̃ oculus in ſpeculo apparebit.




℄ In ſpeculis concauis quādo in circūferentia oculus poſit⁹ fuerit refracti radij inuicē cōcurrēt. Sit ſpeculum cōcauū.b g a.viſus.b.aūt:⁊ incidāt radij.b g.⁊.b.a.refringant aūt g a.x n.dico q̄.g x.⁊ a n.cōcurrent.viſus.n x.qm̄.n.maior eſt.b a.q̃.g b a.maior ergo eſt angulus.z.angulo.t.ſit etq;.t.q̃.b.reliquie ergo qui.l.maior angulo.k.angulo autem.l.maior.m.maior ergo eſt angulus.m.q̃.k.que ergo.g x a n.concurrent ex parte.h x.




℄ Speculum dextrū conſtruere exponatur circulus.a b g.in magnitudine qua volumus conſtruere ſpeculum:⁊ inſcribatur in ipſum quidem latus pontagon.a b.exagon autem.b g.⁊ ſecentur ad abſcides.a e b.⁊ b z g.abſciſſas arcus a b.⁊.b g.ex circulo horum quidem altitudinis ad abſcidem.a e b.ſuſpenſus




ſit qualis qui.z h t k l m.latitudinis autem que ſit ad abſcidem.h z g.qualis qui.x o p.⁊ preparetur ſpeculum de rectangulum altitudinem quidem habens equalem recte.a b.latitudine autem quidem ipſi.q g.Superficierum autem eam quidem que longitudinis conuexam ad operatam ad concauam ſuperficiem.a e b.eam aūt que latitudinis concauaz ad operatam ad conuexam pariferiaz.b z g.apparent autem dextra dextra dextra:⁊ ſiniſtra:ſimiliter ⁊ diſtante quaſi duobus cubitis apparet idolum commenſuratum:⁊ ſimile vero:magis autem diſtante videbitur apparentis idolum in anterius protendi:propius autem accedente viſu vt ad conuexā




ſuperficiē ſpeculū ſit vniforme idolum apparentis:⁊ magis accedente adhuc magis conuerſo in eo qd̄ ſpeculatur ex cōtrario adhuc accedente prolixius idolum apparet:⁊ facies conſimilis ſpeciei eque ſit ⁊ ſemper magis inclinato ſpeculo:⁊ idolum inclinatum apparet:propter qd̄ ⁊ opportunum eſt ipſi preparare ſedem volubilem in qua conſeruatur ſpeculum:vt apparens idolum quandoq; q̄ habeat caput ſurſum:quandoq; autē deorſum.




℄ Si autez duaꝝ faciērum fiat ſpeculum hoc eſt ex poſterioribus:⁊ anterioribus partibus dextris dextra apparebunt:ex poſterioribus autem ſup capitale demonſtrabitur ſicut antipoda.℄ Speculum autē cōſtituere qd̄ dicitur polyth^c oſon id eſt multinidum facit autem dextra dextra apparere adhuc autem ⁊ notum facit apparere atteſtatur quia Pallas genita fuit ex vertice Jouis:facies manifeſtat vnum digitum facit multos deinde diſcreta hominum capita manifeſtat. Sunt duo ſpecula erea rectangula plana ad regulam operata inuicem iacentia.a e g.ſuper eandem baſim exiſtentia ſtilum.d z.ita vt lat⁹.b.e.ſit cōmune amborum:habeant autem ſpecula altitudinem.b c.duplam latitudinis.a b.placet autem quibuſdam facere altitudinē emolū latitudinis nibil ſit differt gratia bone proportionis facere eam menſuram quis voluerit:vt igiē aperiantur ⁊ claudātur



dantur ſpecula: ⁊ reuoluantur ſm cōe ipſorum latus.b c. ſed nihil variantia idolis eſſe: ⁊ erit factum.




Speculum conſtruere moꝛon exponantur due recte.a b.⁊.b g.⁊ ſit.a b.dupla ipſius.b g.vel pꝛopoꝛtionem alias habeant quamcunqꝫ voluerit: ⁊ ſit quidem.a b.altitudo ſpeculi.b g.autem latitudo: ⁊ cētro quod extremitatibus latitudinis: diſtantia autem ipſa.b g.pariferie deſcripte ſe cent inuicem penes.d.⁊ rurſum centro quidem.d.diſtan-tia autem vtrunqꝫ ipſarum.d b.⁊.d g.pariferia deſcriba-tur concaua.b e g.⁊ ſit factus ad eam que in recta.b e g. pariferiam.b e g.concauus.ʒ b t.⁊ pꝛeparetur ſpeculum ereum rectangulum habens altitudinem equalem ipſi.b e g.latitudinem autem ipſi.b e g.recte ſuperficierum autē eam quidem que altitudinis rectilineam: eam autem que latitudinis conuexam ad concauum emboleã.ʒ b t.ope-ratam: ⁊ erit factū cilindri ſectio figura cōuexa ſupficiei.




Speculum conſtruere quod dicitur theatrale expona-tur circuli pariferia contingens.a b g d.centrum autem ipſius ſit.h.⁊ ſit diuiſa.a b g d.in partes equales quinqꝫ ſcilicet.a t b.g t d.d t e.⁊.t ʒ.⁊ copulentur ſubtendentes pa riferias.a b.b g.g d d e.e ʒ.⁊ intelligantur a centro ad ſi-gna.a b g d e ʒ.copulate recte.h a.h b.h g.h d.h e.h ʒ.⁊ ablatis his que ſuper.a b.b g.g d.d e.e ʒ.pariferijs.a t.b b. t g.g t.d d.t ʒ.ſuper rectas.a b.b g.g d.d e ʒ.erigantur ſpe-cula erea ſuſpenſa figure quidem tetragona ſuperficie-bus autem plana equidiſtantia ipſis.m b.k g.l d.m e.n ʒ x.tangentia baſim ita vt ſint communia ipſorum la-tera.k b.l g.m d.n e.Inclinata autem ita vt anguli con-tenti ab.a i.i k.o k.k l.g l.l m.d m.m e.e n.n x.ſint equa-les angulis contentis ab.h a.a b.h b.b g.h g.g d.d h.e e ʒ. ⁊ vt ſint quidem per.a b g.ſ.d e ʒ.plano in ſuppoſito plano latera autem.i k.k l.l m.a m.m x.ſtantium ſpeculorum eleuatorum in quibus planum iaceant equidiſtantia pla no quod per ſigna.a b.b g.g d.d e.e ʒ.attentis erunt neceſ-ſaria ad centrum.h.Aliter idem pꝛeparare oppoꝛtunum.

Eſto trigonum rectangulum.a b g.⁊ in duo equa ſecet.h g.t.⁊ ſuper lineam quidem.a g.planam.o ʒ h.ſpeculum ſit.m e.ꝙ autem ſuper a g.ꝙ.d e.planum ſpe-culum ⁊ ſit que quidē intuetur.t k.oculus autem ipſum ſignum.t.intuens.m.vtrunqꝫ voluerit ſpeculorum: ⁊ erit factum iacente autem altero ſpeculo: dico autem exiſtente recto veniet radius vſqꝫ ad ſignuꝫ quod eſt in calcaneo intuentis in ſpeculo: ⁊ putabit volare.d.



In aliqua domo fe neſtra exiſtente oppoꝛ-tunum ſit ponere in do mo ſpeculuꝫ per quod apparebunt in aduer-ſo venientes ſiue in ci-nis: ſiue in plateis con uerſantes videntes in aliquo dato loco in do mo. Tunc ſit g quidē in domo locus.a.quod autem volumus appa rere.b.feneſtra autem. g.⁊ copulata que.b g.educatur: ⁊ incidat in pariete dom° ⁊ planiti.ſ d,⁊ copuletur que.a d.opoꝛtebit ergo per.a d radium quēdam pꝛocedentem a viſu: ⁊ ſpeculo incidente ſecundum.d.in angulo equali refringi ad.b.iaceat igitur ſpeculum.ʒ b.rectum ad planum quod per.a d.d b.equa-les.ergo erunt anguli qui ſub.ʒ d.a b.d b.ſecatur itaqꝫ in duo equa angulus qui ſub.a d b.per rectā.d.e.ꝗ ergo.d e.ad rectos eſt ſpeculo.ʒ h.quoni-am igitur datum eſt vtrunqꝫ ipſorum.b g e pone: ergo radius ipſo rum.b g d.pone autē ⁊ cū incidat muro: da-tum ergo.d.ſed.ʒ a.po-ne ergo que.a d.datus eſt.ergo angulus qui ſub.a d b.⁊ in duo eqſe ratur per rectā.d e.po-ne.ergo que.d e.⁊.a.da to.d.ad rectos pꝛodu-cta eſt ſuper.ʒ b.pone ergo ⁊ planum hoc eſt ſpeculum componetur ſic: itaqꝫ iaceat apud ſi gnum.g n.g x.⁊ mo-ueatur circa.d.donec vtiqꝫ per ipſum videa-tur ſignum.b.Conſide



retur ſignum aliquod planorum continentium domum: ⁊ ſi conſideratū ſit.d.⁊ copuletur que.a d.⁊ i duo equa ſe cetur angulus qui ſub.a d g.per rectam.d e.ſecabitur.ita-qꝫ ſic ſi copulata que.a g.recta ſecetur penes.e.ita vt ſit vt que.a d.ad.d g.vterqꝫ eius ipſarum. Data itaqꝫ.a e.ad.e g.conſtruatur itaqꝫ ⁊ ſpeculum planū: ⁊ iaceat ad angu-

tatem. ſm ſpeciem vt ſi volumus grauitatem auri in ſpecie ad grauitatem argenti cõparare: ⁊ hoc debet fieri ſuppoſita duorum corporum auri ⁊ argenti equalitate ſm numeroſitatem ſit relatio grauitatis vnius duorum corporum ad aliud quando volumus decernere per pondus an maſſa auri ſit grauior q̃ maſſe argẽti cuius magnitudinis ſunt date maſſe duorũ corporũ: grauius ſm numeroſitatẽ dicitur cuius virgula inſtrumẽti facit eiſdẽ corporibus in extremitatibus virgule appẽſis: vel eius põdus ponderi plurium calculorum equantur corpora eiuſdẽ generis dicunt inter que nulla de ſubſtantialis differẽtia: vt auri ad aurũ cõparati: ⁊ argenti ad argentũ: differentia duorum corporum in magnitudine eſt magnitudo in qua maius excedit minus: in pondere vo põdus in quo grauius excedit leuius. Duarũ quantitatũ vnius ad aliaʒ ꝓportio tanq̃ numeri q̃ illa cõis menſura in ipſa cõtinet ad numerum quod continet in alia.

Petitiones.

p° Nullũ corpus in ſeipſo graue eſſe vt aque in aquam. oleũ in oleũ: aer in aerẽ nõ eſt alicuius quantitatis.

2° Omne corpus in aere q̃ in aq̃ maioris eſſe ponderis.

3° Duorũ equaliũ corporũ alterũ grauius eſſe ſpecie cuius pondus maioris calculorum numero adequat.

4° Corporũ eiuſdem grauitatis magnitudinum: ⁊ põderum eandem eſſe proportionem.

5° Omnia pondera ſuis calculis ꝓportionalia eſſe.

6° Aque grauia in ſpecie corpora dicuntur quorũ equalium pondus eſt equale.

Propoſitio prima.

Omnis corporis corporis põdus in aere plus q̃ in aqua maius eſt per pondus aqua ſibi equalis in magnitudine.

Sit enim aqua.b. pondus aqua.a. ſi.a. in aere ponderet: igit cũ.a. in aqua nihil ponderet per poſitionem primã.b. in aere ponderabit: ſed.a. aqua eſt equalis aqua.b. ergo.a. in aere q̃ in aqua pondus maius eſt per pondus aque ſibi equalis in magnitudine: idẽ etiã pʒ ⁊ de omni alio corpore. Sit enim.a. corpus aureũ cuius põderis in aere ⁊ in aqua.g. ſit differẽtia.f. qð qdẽ.a. ſi in aquã.d. paulatim infundat ita.f. q eius differentia pars tm̃ ſubmerſa ſit neceſſe eſt totius.f. differentie differẽtiam eſſe eius.f. qð eſt in aere: ⁊.a. cuius. 10ma vel. 8ma eſt vniuerſa in.e d. ⁊ ſic de aliis partibus differentia ſubmerſi corporis. Sed quantũ de auro igredit tantundum de equa erit neceſſario: ita q octaua pars aque equalis auro egredit. Si auri octaua pars auri in.d. autẽ immergitur: ⁊ ſic de aliis partibus. ſitq; ratio eque equalis.a. in quantitate ⁊ nõ in pondere: ⁊ eius pondus.b. quantũcunq; ergo erit ex.e. de aqua.d. in qua ſubmergitur.a. tantum decreſcit de partibus ponderis.b. eſt ergo proportio.a. auri ſubmerſi ad differentiaʒ f. ſicut aque.e. egreſſe. ad põdus.b. ergo permutatim ⁊ ſic liquet propoſitum.

ppõ 2° Omnium duorum corporum eiuſdem ſeu diuerſi generis eſt vnius ad aliud proportio in magnitudine tanquaʒ differentie ponderis vnius eorum in aere ad pondus eiuſdem i aqua ad differentia ponderis alterius in aere ad põdus eius in aqua.

Sit vnus duorum corporum.a. ⁊ aqua ei equalis in magnitudine.b. ⁊ pondus illius aque.c. ⁊ ſimiliter.b. corpus reliquum: ⁊.d. aqua ei equalis in magnitudine: ⁊.f. pondus illius aque. Cum ergo per precedẽtẽ. aqua ſit eq̃lis.a. corpori ⁊.d. aqua ſit equalis.b. corpori erit proportio.g. ad.f. tanquam.c. ad.d. per quartam petitioneʒ. ergo tanq̃.a. ad.b. qð ꝓponebatur q̃.a. eſt equalis c. ⁊.b. equalis.d.

ppõ 3° Sit alicuius corporis in duobus diuerſis liquoribus ⁊ aere fuerit 3° data grauitatis vnius eorũdem liquorum ad grauitatem alterius erit portio data.

Sint duo liquores aqua ⁊ oleum ⁊ ſit.a. corpus eius põdus in aere.b. ⁊ in aqua.c. ⁊ in oleo.d. ponderabit itaq;.d. magis in aere q̃ in aqua: vel q̃ in oleo p ſecundaʒ portionem. Sit.c. differentia ponderis quam in aere habet.a. ad id q̃ in aqua ⁊ ſit.f. differentia ponderis: quoniam in aere habet ad id quod in oleo: erunt itaq;.c. ⁊.f. differentie ponderis aque ⁊ olei corporum quorum vtrunq; eſt equale corpori.a. per primam propoſitionem. Sit igitur.g. aqua cuius pondus eſt.c. ⁊ ſit.h. oleum cuius pondus eſt.f. quoniam igitur.g. ⁊.h. ſunt equalia corpora diuerſorum generum: ⁊.g.f. ſunt eorum pondera data habemus propoſitũ per tertiam petitionem.

In corpore duobus mixto quantum ſit in eo de vtroq; declarare. Fac tria corpora equalia in magnitudine quorum vnum mixtum ex duobus: ⁊ alia duo ſint ſimplicia vt duo ſint aurum: ⁊ argentum: ⁊ tertium ex his mixtuʒ equalis magnitudinis. Dico q erit pars mixti que in ipſo eſt de genere grauioris portio ad aliam ſui partem que eſt de genere leuioris tanquam portio differẽtie ponderis mixti ad pondus leuioris: ad differentiã ponderis eiuſdem mixti ad pondus grauioris: Unde ſi differentie ſint equales erit in mixto equaliter de ſimplicibus: ſi differentie ſint equales ſm proportionem earum inuenies quod tu queris. ppõ 4°

Si duorum quorumcunq; corporum vt auri: ⁊ argenti pondera in aqua ⁊ in aere fuerunt data eorũdem corporũ proportione in magnitudine: ⁊ in ſpecie erunt date. ppõ 5°

Sint illa duo corpora.a. ⁊.b. ⁊ ſit pondus corporis.a. in aere.b. ⁊ in aqua.c. ⁊ differentia ponderis.c. ad pondus.c. ſit.b. ⁊ ſit pondus corporis.b. in aere.d. ⁊ in aqua.f. ⁊ differentia ponderis.f. ad.d. ſit.b. ⁊ ſit i. corpus de genere.a. eq̃le corpori.b. ⁊ ſit pondus eius in aere.k. dico ergo q.a. ad b. vel ad i. equalis eſt portio qua.g. ad.h. per primam propoſitionem: ⁊ eſt.a. ad i. tanquam.c. ad.k. per quartum petitum: ⁊ eſt alia que.g. ad.b. ſed.g. ad.b. portio eſt ſcita: quare.c. ad.b. eſt ſcita: ſed.c. pondus eſt ſcitum. ergo.k. põdus eſt ſcitum ⁊.d. fuit ſcitum per hypotheſim. ergo portio põderis.k. ad põdus.d. eſt ſcita: q̃re proportio ponderis corporis.a. in ſpecie ad corpus.b. in ſpecie: ⁊ magnitudinis.a. ad magnitudinem.b. proportio eſt ſcita per tertiã propoſitionem: ⁊ ſic habemus propoſitum.

Corporis mergibilis: vt ferri ad corpus immergibile vt ceram proportionem: ⁊ magnitudine: ⁊ proportionem in pondere ſm ſpeciem inuenire. ppõ 6°

Sit.a. corpus mergibile.b. cuius põdus in aere.c. cuius pondus in aqua.d. differentia ſit.e. corpus immergibile ⁊ coniungantur in.a. ⁊.e. ita q.a. poſſit ſecum trahere.e. ad fundum: ⁊ ſit.f. pondus coniuncti in aere: ⁊.h l. põdus cõiuncti in aqua.k l. differentia: ⁊ ſit.f. partiale pondus tanquam.b. ⁊.h. tanquam.c. ⁊.k. tanquam.d. remanebit ita q.g. pondus in aere corporis.e. 24^or. pondus in aqua corporis.b e. ⁊.b. differentia erit ergo.d. ⁊.l. differentiarum portio tanq̃.a. ad.d. corporum per tertiam propoſitionem: ⁊ ſit.m. corpus de genere.q. equale corpori.e. ⁊.k. ſit pondus in aere corporis.m. q̃re corporis.a. ad.e. vel.a m. ꝓportio ẽ ſcita: quare.h. ad.k. eſt ſcita: ſed.b. pondus eſt ſcitũ per hypotheſim: ergo n. pondus eſt ſcitum: cum ergo.m. ⁊.e. corpora ſunt equalis diuerſorum generum ⁊ n. ⁊.g. eorum põdera ſunt ſcita eſt proportio ponderis ⁊ ſphere per quartã petitionem: ⁊ eorum corporum proportio in magnitudie eſt ſcita: quod proponebatur.

Si fuerint due quantitates inequales inter quas ponatur aliqua quãtitas minor vna: ⁊ maior alia erit quod ppõ 7°

ſit in differentia extremorum in media equale eis que ſue rit ex differentia minoris in maximá ⁊ maioris in minimá pariter acceptis.

Sint due quantitates.a.maior.b.minor.c.media que ſit minor.a.maior.b.differentia.a.ad.c.ſit.d.⁊ differentia.c. ad.b.ſit.e.cõpoſitũ ex.d.⁊.e.ſit.f.erit.f.diã.a d.b.dico q̃ f.ex.f.in.c.equũ eſt ei quod ſit ex.e.in.a.ſiat.b.eritq̃3.b.q̃tũ ſit ex.e.in.d.⁊ in.c.que ſunt.k.⁊.b.iteruz ⁊ ex.d.in.c.ſiat.l. erit ⁊.l.quantum quod ſit ex.d.in.e.⁊ in.b.que ſunt n.⁊.m. ⁊ q2 ex.d.in.e.⁊.e.in.d.producitur eq̃lia:erit.k.equalis n. Cũ igitur.g.cõſtet ex.k.⁊.b.ſitq̃3.k.equalis n.erit.g.equa le.h.⁊ n.addito ergo.m.vtrobiq̃3 erunt.g n.tanquaz.h n. ⁊.m.⁊ quia n.⁊.m.componuntur.l.erunt.g m.tanquam h l.quare patet propoſitũ:ſiebat.n b.ex.a.in.c.⁊.m.ex.d. in.h. At vero.h.ex.c.e.⁊.l.ex.d.in.e.

ppõ 8ª Si fuerit tria corpora equalia quorum duo ſint ſimpli cia diuerſorum generum:aliud vero ex vtriſq̃3 ſimpliciuz genere:⁊ fuerit ſimplicium vnũ grauius reliquo erit par tis mixti que in ipſa eſt genere grauioris ad partem que in ipſo eſt de genere leuioris proportio differentie ponderis mixti ad pondus leuioris ad differentiam ponderis gra uioris ad pondus mixti.

ppõ 9ª Si fuerint tria corpora equalia quorum duo ſint ſimpli cia diuerſorum generum inequalium ponderum. Tertiũ vero corpus ex vtriſq̃3 ſimplicium genere mixtum erit partis mixti que in ipſo eſt de genere grauioris ad partez. que ĩ ipſo ẽ de genere leuioris proportio tãquã proportio differentie ponderis mixti ad pondus leuioris ad differen tiam ponderis ad pondus mixti corporis.

Sint duo corpora ſimplicia.a d.equalia ⁊ mixtũ ex eis b.inequale vtriq̃3 eorum:⁊ ſit.b.pars eius de genere.a.⁊.c. pars eius de genere.d.⁊ ſit.a.grauius.d.⁊ ſit.e.põdus cor poris.a.⁊.h.pondus corporis.d.⁊.f g.pondus corporis.b c.ita q̃.f.partiale pondus ſit corporis.b.partialis:⁊.g.p tiale pondus corporis.c.partialis:erit itaq̃3.e.pondus ma ius.h.pondus per differentiã.k.⁊ ſit.l.corpus equale.b.to tiens ſumpto quot vnitates ſunt inſunt ex ⁊ ſit.m.corpus equale.c.totiens ſumpto quot vnitates ſunt in.l.k.quare erit.l.ad.m.tanquam.b.ad.c.⁊ ſit n.pondus equale.f.pon deri totiens ſumpto quot vnitates ſunt in.i k.⁊ ſit.o.pon dus equale.b.ponderi totiens ſumpto quot vnitates ſunt in.i k.quare erit ⁊ i.ad.o.ſicut.f.ad.g.⁊ ſint.p.corpus ⁊.q. pondus equalia.a.corpori:⁊.e.ponderi totiens ſumpto q̃t vnitates ſunt in.k.⁊ ſint.k.corpus ⁊.s.pondus equalia.d. corpori ⁊.h.ponderi totiens ſumpto quot vnitates ſunt in c.quare.k.erit.p.corpus ⁊.c.pondus tanquam.k.differen tia ad i.differentiam. Item proportio i.corporis ad cor pus.b.partialem tanquam ponderis.e.ad pondus.f.par tiale:⁊ tanquam corporis ad corpus i.partiale:⁊ tanquã ponderis.q.ad pondus partiale. Item proportio corporis d.ad corpus.c.partiale eſt ſicut proportio ponderis.h.ad põdus.b.partiale:⁊ ſicut corporis ad corpus.m.partiale: ⁊ ſicut põderis.s.ad pondus.o.partiale.

Venetijs impenſis nobilis viri dñi Luceantonij de giũta Florentini. Die vltimo Iu nij.1518.

Joannis Baptiſte Bracteoli In laudez Hieronymi Nu cerelli Phyſici Excellentiſ.ac Medici.

Ode Dicolos diſtrophos.

Liuida Turba procul:Uulgus procul eſto profanum:
Nefas adire templa diuorum impios.
Nec licet aſtrigeras homini contingere ſedes:
Cui non ſit omni pura mens a crimine.
Terra petat terram:Celeſtia pectora celum.
Nil improbandum Momus hic rapax habet.
Nam liber hic vitio mortali excelſitus omni
Iter recludit in Deum palatia:
Humanoſq̃3 docet variantia ſidera caſus.
Nouem quid orbes quinq̃3 quid cone ferant.
Quinq̃3 quid errones:duodenaq̃3 ſigna minentur:
Quid luna:quid ſol proſit:obſit Aureus.
Unde hominum genus:ac pecudum:quo machina celi
Surſum deorſum ſemper inceſſu ruat.
Deniq̃3 que nouit Babylon:que ſidera Memphis:
Uireſq̃3 eorum tradit hic omnes liber.
Utris maior honos:meritum:laus:gloria:nobis
Tantum priores qui tulere muneris?
An nucerello artis medice:ſophieq̃3 perito.
Hieronymo? Quales vigent nunc pauciſſimi:
Qui ſua verba locis cum ſenſibus omnia reddit.
Et nocte pulſa lucis affert plurimum:
Authoreſq̃3 nigro viuos bonus euocat orco
Iudex:Et inſtar monſtra vincit Herculis:
Monſtra:quod aſtrorum vix toto nomine libros.
Notes:ſub axe vix poli ſuſpexeris.
Iudicium ſibi quiſq̃3 ſuum:ſua vota ſequatur:
Hoc ego libenter ſentiens contenderim:
Hoc opus egregium Nucerelli Excellere priſcis
Laboribus:Quo viui preſtant mortuis.



Regiſtrum

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T U X Y Z AA BB CC DD EE FF GG.

Primus ⁊ vltimus terni ceteri vero quaterni.

BIBLIOTECA NAZ.

1968
R. SAL[illegible]
RESTAURO
Via Val Sassina, [illegible]
Tel. 899.223